aſtrologia de motu celoꝝ: de angelis: de trinitate: ⁊ hmōi ⁊ completo ſmone: illi hoīes groſſi ⁊ beſtiales dicebāt vnꝰ ad alteꝝ: o ꝙ̄ mirabilis ē iſte: ⁊ dū vnꝰ obuiaret cuidā cōpatri ſuo dixit: o cōpater mi: interfuiſti ad ſermonē: q̄ reſpōdit nō: qui dixit. o pauper hō ꝑdidiſti nobiliorē ſmonē qui vnꝙ̄ audieris. Qui cū diceret: ⁊ qd dixit iſte p̄dicator: Reſpondit. in veritate predicauit ita alte ⁊ ſubtiliter ꝙ nihil intellexi. Sꝫ certe nullꝰ vnꝙ̄ dixit ſic bene: Qui dixit ei. O macharone: ⁊ quomō p̄dicauit bn̄. ſi nihil intellexiſti: Dico ergo ꝙ neceſſe eſt ꝙ doctrina mea ⁊ ēt cuiuſlibet ſit clara ⁊ diſtincta atqꝫ palpabilis ⁊ non obſcura atqꝫ confuſa: ſeu intrincata ad hoc vt maximꝰ fructꝰ aīaruꝫ ſequat̄: qđ probo quadrupl'r. ¶ Primo auctoritatibꝰ. ¶ Secundo ratione. ¶ Tertio diſtinctione. ¶ Quarto ſilitudine. ¶ Prio pbo auctoritatibꝰ. Nā ppha dicit. Declaratio ſermonū. t. illu. ⁊ int. d. p. Itē apl's. i. coꝝ. xiiij. ait. Etenim ſi incertaꝫ vocem det tuba: quis parabit ſe ad bellū. Ita ⁊ vos per linguaꝫ niſi manifeſtū ſermonē dederitis quō ſcietur id qđ dr̄. Eritis. n. in aera loquentes. Et Tullius in reth. i. que ars vetus dicitur ait. Narratio ē reꝝ geſtaꝝ clara expoſitio que hꝫ habere tria. ſ. ꝙ ſit breuis ⁊ pbabilis. ⁊ apta. Idē quoqꝫ libro de oratore ſic dicit. Narratio obſcura totam obcecat rationeꝫ: erit aūt perſpicua oratio ſi verbis vſitatis ⁊ claris ſi at: ordine tempoꝝ obſeruatio. Idem quoqꝫ ibidem ait. Malo non intelligi orationem ꝙ̄ reprehendi: hoc enim prouerbium oratoris. rō grauis ꝑſpicua ⁊ ornata etiam oīum hominū ſenſibus ac mētibus accōmodata. Et phs. vi. ethicoꝝ. Non ſufficit ad ſcientia alicuius. vt ſciat ⁊ doceat in vniuerſali ⁊ confuſe: ſed requirit̄ ꝙ determinate ⁊ diſtincte. Et. vi. Thopi. dicit. Oportet diffinientem ⁊ demōſtrātē planiſſima interpetratiōe: vti ⁊ non obſcura. Et ꝑmo Phiſicoꝝ dicit. Notiora nobis ⁊ magis certa ſunt magis vniuerſalia ⁊ magis ꝯfuſa. vnde via doctrine ex cōfuſis ⁊ vniuerſalibꝰ ad ſingularia oportet ꝓcedere. Salomon etiā ꝓuer. ix. ait. Doctrina prudentium facilis. vbi Auguſt. dic̄. Nihil prodeſt clauis aurea: ſi aperire quod volumꝰ nō pōt. Ex p̄dictis auctoritatibꝰ pꝫ neceſſitas doctrine diſtincte ⁊ plane ad hoc ꝙ ſit ſalutifera. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione vꝫ executiōis. Fundamentū rōnis ponit phs. x. Metha. di. Cognitio finis ⁊ boni mouet ſimpl'r opantē ad agendū. patet hec regl'a. Nā agricola nō laborat cāpū: qꝛ cognoſcit ꝙ exinde fructū colligat nequaꝙ̄ faceret: ſi ſciret ꝙ inde fructū non extraheret. Similiter homo pecunia diligit: quoniā ſcit eam eē bonā quā nequaꝙ̄ diligeret: ſi eius bonitatē nō cognoſceret. Quo p̄ſuppoſito certū eſt ꝙ doctrina clara ⁊ plana demōſtrat bonitatē ipſius veritatis: qua cognita: appetitus fertur naturaliter ad ipaꝫ diligendā: quia vt dr̄ primo ethicoꝝ. Bonū naturaliter eſt diligibile. Sed eū ſm Greg. in omel'. pente. Amor nunꝙ̄ ē ocioſus. Operatur. n. magna ſi eſt: ſi autem operari renuit amor nō eſt. hinc eſt ꝙ poſt amorē elicitū cōfeſtim ſequitur actus imperatus: dū. ſ. potentie ſenſitiue ex imperio amoris ⁊ volūtatis mouentur ad actꝰ ⁊ operationes exteriores. Oppoſitū vō eſt qn̄ doctrina eſt cōfuſa ⁊ obſcura: qm̄ tunc non cognoſcitur per eam bonitas v̄itatis occulte: ⁊ per conſequēs nō diligitur: nec pro ipſa aliquid boni operat̄. Hinc phs primo de generatione ait. Qđ nō ē cognitū nō ē diligibile. Et. 3. de aīa dicit. Volūtas nō fert̄ niſi in precognitum. Et. 12. metaph. inquit. Appetimus ſimpliciter: qđ bonū eſſe conſpicimus. Et Augu. in. i. de tri. ait. Inuiſibilia diligere poſſumꝰ. incognita autē nequaꝙ̄. Et. x. de tri. dicit. Firmiſſime nouimus: non niſi nota amari poſſe. Deinde idē phs. vi. Ethicoꝝ. dicit. Affirmatio ⁊ negatio ſunt in intellectu: ⁊ quod intellectus affirmat bonum: hoc appetitur ⁊ deſideratur ⁊ qđ intellectꝰ negat bonum: appetitꝰ fugit. Ex qua ratione patet ꝙ tāto qs cōuertitur ad diuina precepta quāto doctrina veritatis ei plana ⁊ clara impenditur. Econtra vero tanto quis perſiſtit in peccatis: ⁊ in iniuſticia quāto audit vel ſuſcipit doctrinā cōfuſam ⁊ tenebroſam. ¶ Tertio inſup pbo intentū meū vnica diſtinctione. Vñ Tho. in ꝑma pte ſum. q. i. ar. iiij. in corpe. q. dicit cuꝫ querit̄. An qs debeat vti metaphoricis locutionibꝰ: ſeu ſimilis exēplis: dū ſcāꝫ doctrinā predicat. Rn̄dit di. Cōueniēs eſt oīno ſacre ſcripture diuina ⁊ ſpūalia ſub corporalium metaphoris tradere. Deꝰ in oībus prouidet ſm ꝙ cōpetit eorum nature. Eſt autem naturale hoī vt per ſenſibilia ad ſublimia itelligenda veniat: qꝛ vt dī libro de ſenſu ⁊ ſen. Ois noſtra cognitio ortum hꝫ a ſenſu. Unde conuenienter in ſacra doctrina traduntur nobis ſpūalia ſub methaphorica locutione. Et hꝫ eſt quod Dyo. dicit. 3. c. cele. hyerar. Impoſſibile eſt nobis aliter ducere diuinum radium. niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Conuenit etiam ſacre ſcripture que cōiter omnibus ꝓponitur. ſm illud Ro. i. Sapientibus ⁊ inſipientibus debitor ſum: vt ſpiritualia ſub corꝑaliū ſimilitudinibus proponantur. vt ſaltem vel ſic rudes ea capiant qui ad intelligēda ſecundum ſe capiēda non ſunt ydonei. hec Tho. Et ad confirmationē iſtoꝝ facit ꝙ Phs prio Iconomi. dicit. Exēplis vtimur in docendo vt facilius intelligatur qđ dr̄. Et prio priorum ait. Exēpla aliqñ ponimus nō vt ita ſint ſed vt melius intelligant qui adiſcunt. Ex qua etiam diſtinctione pꝫ qualiter doctrina ad hoc ꝙ ſit fructifera neceſſario debet eſſe clara ⁊ plana. ¶ Quarto deniqꝫ hoc idem probo ſimilitudine. nam Phs. i. Phiſicorum dicit. Cecus natus non pōt diſputare de coloribus qꝫtum ad rem: ſed bene quātū ad nomen. ꝙ ſi ſic eſt: ergo non poteſt colores vere diligere: cuꝫ eos videre non poſſit. Sic dico a ſimili. ꝙ intellectus cui proponitur doctrina confuſa ⁊ obſcura cū veritatē nō percipiat: nō pōt ꝑ volūtatē ferri in amorem eius veritatis. Econtra vero ſicut oculus ſanus videns colores diuerſos ⁊ cognoſcens fertur in illos ꝑ amorem: ſic potentia intellectiua audiens doctrinam claram: ⁊ planam eam intelligit. ⁊ ꝑ cōſequēs voluntas quaſi cogitur ad diligendum eam. Et ideo in hac noſtra doctrina me volo habere ad auditores. ſicut ſe habet intellectus meus agens ad intelligibilia: pro eo ꝙ ſicut intellectus ſpecificat ⁊ demonſtrat omnia intelligibilia actu: que prius erant potentia. ſic me oportet facere: ad hoc vt doctrina mea ſit vtilis. De hoc intellectu Philoſophus in. 3. de anima dicit. Intellectus in anima eſt duplex: ſcilicet potentialis: qui eſt omnia fieri: ⁊ agens: qui eſt omnia facere. Vñ ſicut lumen facit colores potentia viſibiles actu viſos. ſic intellectus agens potentia intelligibilia facit actu intellecta. hec ibi. Super que verba Commē. ait. Operatio intellectꝰ agentis eſt oīa abſtrahere. intelligere autem eſt recipere intellectiua prout ſunt oportet igitur abſtrahere intelligibilia potentia actu vō intelligibilia demonſtrare. hec ille. Ergo modo cōſimili oportet ſe habere qui vtiliter alios vult docere: vt. ſ. veritatis que ſunt in potentia intelligibiles apud mentes auditorum actu fiant intellecte. Similiter phs. iij. de anima ponit aliam ſimilitudineꝫ de intellectu practico ⁊ ſpeculatiuo: quoniam ⁊ ſi ſpeculatiuus vniuerſaliter intelligit: practicus tamen intellectus illud vniuerſale ꝑticulariter clarificat ⁊ demonſtrat. Unde duplex inquit eſt intellectus ſcilicet practicus ⁊ ſpeculatiuus: qui differunt in mō conſiderandi: quia ſpeculatiuus ſimpliciter conſiderat rē ⁊ vniuerſaliter. practicus vero cōſiderat vt res habent eſſe particulariter. Differunt ēt in fine. quia finis ſpeculatiui eſt veritas. finis autem practici eſt opus hec ibi. Ex predictis igitur omnibus pꝫ ſecunda conditio quaꝫ habebit iugiter doctrina noſtra que dicitur cōditio claritatis.

¶ De tertia conditione quā quelibet ſalutifera doctrina requirit que dr̄ cōditio puritatis.

t Ertia cōditio optima ⁊ excellens doctrine noſtre ex qua facilime quiſqꝫ auditor ſeu peccator ad deū ſe conuerti poterit. dicitur conditio puritatis: qꝛ nō tantū doctrina noſtra vt ſit vtilis. dꝫ eſſe ſubtilis ⁊ clara: ſed oportet ꝙ ſit etiaꝫ pura: id eſt remota ab omni falſitate. Unde ſm phm̄. Purum dicitur cui nihil contrarium eſt admixtum ſicut res dicitur pure alba ſeu dulcis: que nihil ſecum habet aut de amaritudine aut de nigredine. Et ideo in hac noſtra doctrina intendo dimittere omnes falſitates. ⁊ inſuper opiniones ſeu rationes negatiuas: pure enim: ⁊ ſimpliciter veritates eorū declarabo. dimiſſis omnibus falſis ⁊ negatiuis rationibus: qm̄ non ſunt de pane lucrando: ſed nec ad ſalutē animarum proficiunt: ſed potius inficiunt veritateꝫ. ꝙ autem ſimpliciter vera doctrina ⁊ precipue in predicando debeat a ſe abijcere omnem falſitatē ſeu argumenta negatiua. niſi eſſet forte euidens neceſſitas ⁊ vtilitas tripliciter probo. ¶ Primo auctoritatibus. ¶ Scđo ratione. ¶ Tertio ſimilitudinibus. ¶ Nā phs primo poſteriorum. ait. Affirmatio potior eſt negatione: qꝛ melior eſt ſemꝑ demonſtratio que eſt de eſſe: ꝙ̄ que eſt de non eſſe. Et. iij. Methaphiſice dicit. Magis dicimus illum ſcire qui ſcit rem affirmatiue prout eſt: ꝙ̄ qui ſcit negatiue prout non eſt. Et primo Elencorum. Sapientis inquit opus eſt in vna quaqꝫ re non mentiri, ſed mentientem potius manifeſta

¶ Scđo hoc idem probo vnica ratione vȝ finalitatis. Fundamentuȝ rõnis ponit cõmentator ſuper ſcđo phyſicoꝝ. di. Ea que ſunt ad finem debent eſſe ſimpliciter ſ̃m ordinem finis. patet hec regula. Nam medicina que datur ad finem ſanitatis. oportet ꝙ habeat ſimilitudinẽ cum pſa ſanitate. aliter ſi daretur medicina falſa: ſeu ꝯtraria fini ſanitatis nequaq̃ȝ infirmus ſanitatem conſequeretur: ſed potius mortem. Quo preſuppoſito, certum eſt: ꝙ cum finis ſeu beatitudo anime rationalis. ſit veritas increata prout tradunt theo. in. iij. di. xlix. Et ſaluator ipſe Jo. xviij. di. Ego ſum via veritas: ⁊ vita. Oportet ſimiliter ꝙ ipſa rationalis anima ad eundem finem perueniat mediante veritate. ꝙ ſi aliquando eidem anime rationali falſitas ꝓponatur de facili credit: ⁊ relinquit veritatem: ⁊ hoc p̄cipue ꝓpter grauitatem carnis que magis trahit ⁊ inclinat intellectum ad bona apparentia: q̃ȝ ad bona vera ⁊ exiſtentia. Sic enim dicitur ſapientie. ix. Corpus qđ corrumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſuȝ plurima cogitantem. Accedit etiam ꝙ quandoqȝ argumenta negatiua ſunt fortiora ratõnibus affirmatiuis ⁊ per conſequens difficiliter põt poſtea intellectus credere veritatem. Sic enim phs. viij. topicorum dicit. Nihil enim ꝓhibet: quedã falſa probabiliora eſſe quibuſdam veris. Pretermitto ꝙ etiam aliq̄ auditor audiet falſitatem: ſeu ꝑtem negatiuam. qua audita: aut tedio: aut neceſſitate ductus ſtatim recedit. Et cum non audierit partem affirmatiuam adheret in poſterꝫ falſitati. Cum igitur tales falſitates opponantur fini ⁊ beatitudini anime rationalis: ecõtra vero pura ⁊ ſimplex veritas ſit conueniens cũ ipſo fine. ideo dimiſſis argumentis falſis: ⁊ rationibus negatiuis ſimpliciter demonſtrabo puram veritatem. Pretermitto quoqȝ de perditione temporis: que fit in allegando rationes falſas. in quo tempore poſſent dici multe veritates animaȝ in veritate roborantes. Hoc totum concludit phs. Cum ȝ. de anima conſulit. di. Intellectus in actu omnino ſe debet habere ſicut ⁊ res. quia ſicut ſe habet res ad eſſe ſic ſimpliciter debet habere ad cognoſci: ⁊ intelligi. ¶ Tertio hoc idem probo ſimilitudinibus. Nam philoſophus. xviij. de animalibꝰ ait. Ars ⁊ natura ſemper eijciunt ſuperflua. Patet primo de arte. Nam ſutor cum accipit formam alicuius perſone: ſolum tm̃ pannũ incidit: prout exigit forma ipſius perſone. reliquum vero relinquit cum non ſit neceſſarium. Similiter ⁊ natura hoc idem facit: quia ſtomachus poſtq̃ȝ cibum in ſe ſuſcepit: retinet ſimpliciter qđ eſt ſibi neceſſarium: reliquum vero trãſmittit ad cetera corporis membra. ꝙ ſi hoc facit ars: ⁊ natura: a fortiori. hoc idem debet facere ⁊ obſeruare veritas ſeu doctrina a ſpiritu ſancto per gratiam in corde predicatoris infuſa: cum gratia in infinitum ſit perfectior qualibet arte atqȝ natura. Et ideo vicioſum eſt ſuperfluitates dicere: aut falſa argumenta allegare ſine euidenti neceſſitate ⁊ vtilitate. ex quo talia animarum ſaluti non poſſunt prodeſſe: ſed magis vt dictum eſt obeſſe. di. Pho. viij. Topicorum. Peccatum inquit eſt oſtendere per lõgiora aliquid: qđ poteſt oſtendi per minora. Et peccatũ eſt fieri per plura: qđ põt eque bene fieri ꝑ pauciora. Aliam ſimilitudinem hẽre poſſumꝰ: de anima egreſſa a corpore ⁊ itura ad gloriam: que ſi haberet ſolam maculam venialis culpe: que eſt contraria bonitati increate: que nihil eſt aliud: q̃ȝ increata veritas: quoniam ſ̃ȝ Phm̃. Verũ ⁊ bonũ conuertuntur: q2 omne ens verum eſt bonum ⁊ ecõuerſo: Impoſſibile eſt talem animã coniungi cum ipſa veritate increata: ſine aliqua ſatiſfactiõe penitentie implicita: vel explicita. prout aſſerit Ric. in. iiij. di. xvi. arti. v. q. i. in corpore. q. ꝑꝑ qđ dicitur Apoc. xi. Nihil coinquinatum intrabit in illud nec abhominationẽ faciẽs. ⁊ de cõſe. di. iiij. c. non põt. dicitur. Non poteſt quis vite celeſtis gratiã acquirere niſi purgatus fuerit ab omni ſorde pcti. Ut ergo veritas doctrine create ſit conformis veritati increate. oportet ꝙ ſit ſemota ab omni falſitate contraria. Et ſic ex predictis omnibus patet conditio tertia doctrine noſtre: que dicitur conditio puritatis: q̃ȝ puritatem doctrine: ⁊ cõſcientie. nobis concedere dignetur ſaluator noſter Jeſus xp̃s qui cum omni puritate viuit ⁊ regnat deus per infinita ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria ſecunda poſt dominicam ſeptuageſime iterꝫ de conditionalitate ſacratiſſime fidei: ſeu de quattuor alijs conditionibꝰ quas q̃libet ſalutifera doctrina req̃rit. Sermo ſcđs

f Ides tua te ſaluum fecit. Iterum Luc. vij. Declaratis heſterno die tribus primis ⁊ optimis cõditionibus: quas doctrina noſtra iugiter habebit. Ne forte prolixius nimis efficiat in dictãdo ⁊ p̄dicãdo et quã prolixitate tediũ plerũqȝ mentibꝰ auditoꝝ generat: deſtiti a declaratione aliarũ quatuor: q̃s in hodierno ſermone diſcrete declarandas reſeruaui: vt ex hoc viſa tota ſimul perfectione doctrine nr̃e. animꝰ quilibet fortiꝰ feruentiuſqȝ diſponat ad eã audiẽdã ⁊ ad eã bonis ⁊ ſcis moribꝰ imitãdã: ⁊ vt ordinẽ ſcientie: q̃ȝ etiã veluti quid optimũ. tota ſenſibiliũ natura obſeruat prout expreſſe tradit. Arꝫ. ij. metha. ⁊. iij. de celo. ⁊ mũdo. ⁊. viij. phiſ. Ad alias reqſitas conditiones venio. Accipe igit̃ quartã cõditionẽ. ſ. medietatis.

¶ De quarta cõditione quã q̃libet ſalutifera doctrina reqrit: q̃ di ꝯditio medietatꝫ.

q Uarta igit̃ ꝯditio optima ⁊ excellẽs: quã iugiter hẽbit nr̃a doctrina: et qua faciliter poterit q̃ſqȝ auditor ſeu peccator in merito ꝓficere: ⁊ ad deũ ſe conuertere: dicitur cõditio medietatis ita ꝙ ſermones noſtri nõ ſint nimis ꝓlixi ⁊ lõgi ne faſtidiũ generent: nec inſuꝑ nimis breues: ne ꝟitates predicãde remaneant obſcure: ⁊ indeclarate apud mẽtes auditoꝝ: ſed volo in ipſis ſermonibus ſeu predicatione noſtra tenere quoddam mediũ: omnem vicioſaȝ extremoꝝ ſuꝑfluitatẽ reſecãdo: quod vtiqȝ erit valde gratũ: vtile atqȝ ſalutiferũ oĩbus vobis. Hoc. n. mediũ requirit q̃libet vera doctrina ad hoc vt ſit ſalutifera: auditoribuſqȝ ꝓficiat: qđ quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secũdo rõnibꝰ. Tertio ſimilitudibus. Quarto exemplo. ¶ Primo auctoritatibꝰ. Nã phs. vi. poli. ait. Oĩs exceſſus vel defectus rerũ: vel nocet: vel nõ ꝓficit. Item. ij. de celo ⁊ mũdo ait. Illud quod per paucas rõnes acquiritur facilius tenetur. Sed qđ ꝑ plures acquirit̃ difficiliꝰ retinet̃. Idẽ quoqȝ phs in. ij. ſue rethorice ait. Oĩs ſermo ſi breuior ſit q̃ȝ oporteat: obſcurat intellectũ: ſi lõgior: difficilis erit retẽtiõis: ⁊ diſcipulo obliuionẽ inducet. Idem quoqȝ. ij. ethico. dicit. In oĩbꝰ medietas ẽ laudãda. extrema ãt vituꝑabilia ſunt. Tuliꝰ quoqȝ in p̃rio de offi. ait. In pleriſqȝ rebꝰ mediocritas optima ẽ. Deniqȝ Grego. ſuꝑ Ezech. ait. Pauca loquẽda ſunt: ⁊ fortaſſis hec vtilius proderunt: q2 ſepe alimenta q̃ minus ſufficiũt: auidius ſumunt̃. Sic ſi autẽ [illegible] multa ferre non valet: verbum exhortationis vel increpationis longius trahimus: auditorẽ noſtrũ ad faſtidiũ ducimus. ¶ Secũdo hoc idẽ ꝓbo duplici rõne. Primo rõne virtuoſitatis. Secundo rõne ꝑfectibilitatis. ¶ Primo probo rõne virtuoſitatis. Fundamentum rõnis ponit phs. ij. Ethicoꝝ. di. Uirtus eſt ſimpliciter habitus electiuus immediate cõſiſtens: quo ad nos determinata ⁊ vt vtiqȝ ſapiens determinabit. hec ibi patet hec regula. Nam cũ auaricia que pro ſe omnia vult tenere: ⁊ prodigalitas: que omnia vult indiſcrete effundere: ſint quedã extrema medium egredientia: ideo inter vitia computantur. Liberalitas autẽ que medium tenet: dum partem pro ſe retinet: ⁊ partem effũdit: optima virtus eſſe cenſetur. Quo preſuppoſito certum ẽ: ꝙ ſi doctrina ſeu p̄dicatio noſtra ſit nimis lõga: prolixa: ſeu breuis cũ mediũ egrediatur: nequaq̃ȝ erit virtuoſa: ⁊ per conſeq̄ns nõ poterit bonificare animã ſeu ꝑficere. Ecõtra ſi mediũ teneat: vtiqȝ virtuoſa erit. ⁊ ꝑꝑ hoc auditores recipiẽt ꝑfectionẽ ſue bonitatis dicente pho. ij. Ethi. Uirtꝰ ẽ habitus: qui habentẽ perficit: ⁊ opus eius bonum reddit. ¶ Secũdo hoc idẽ probo rõne perfectibilitatis. Fundamentũ rõnis ẽ vniuerſaliter omniũ Theo. ſ. ꝙ gratia diuina eſt perfectior natura: eo ꝙ naturã perficit. Patet hec regula. Nã aĩa rõnalis ꝑ naturã eſt minus nobilis: q̃ȝ ſit quilibet angelꝰ. di. ꝓpheta. Minuiſti eũ paulo minꝰ ab angelis: ſed tamẽ per gratiã dei nobilior ſit ipſo lucifero: ⁊ ceteris angelis damnatis. Quo preſuppoſito certũ ẽ: ꝙ natura ꝓijcit a ſe oĩa ſuperflua tanq̃ȝ vana ⁊ inutilia. di. pho. iij. de aĩa. Natura inquit non agit fruſtra. nec deficit in neceſſarijs: nec abũdat in ſuꝑfluis. hec ibi. Qđ ſi hoc natura facit: a fortiori hoc facere debet doctrina: q̃ ꝓcedit a ſpũſſancti gratia: aliter ſequeretur ꝙ gratia dei eẽt imꝑfectior natura: qđ vtiqȝ vitioſuȝ eẽt. ¶ Tertio deniqȝ probo idẽ ſimilitudinibꝰ. Nã videmꝰ ꝙ nimia abũdãtia cibi ⁊ potus: ſeu defectꝰ: corrũpit fortitudinẽ ſui organi: vt di. phs. ij. Ethi. Ergo a ſimili: ſi doctrina. ſeu p̄dicatio hẽat defectũ beatitudinis: ſeu abũdantiã nimie ꝓlixitatis vtiqȝ intellectiuã potentiã que eſt organum ipſiuȝ. ſ. anime: corrumperet. Quod bene confirmat Joan. os auri de cõſecra.

di.v.c. Nihil. Fames (inqt) in paucis dieb[9]
aufert hoiem ꝛ liberat eũ ex hac vita pena
li. Exceſſus vero ciboꝝ ꝯſumit: ꝛ cõputre/
ſcere facit corpus humanũ. ꝛ macerat egri/
tudine diurna: ꝛ. tũc cũ morte crudeli cõſu
mit. Alia ſimilitudo hĩ de medico corporali
qui ſi dederit medicinam egroto: aut nimis
acutam: aut nimis defectuoſam eũ occidit
hoc idem facit predicator in predicatione
ſua ſpiritualiter: qđ ille corporaliter facit.
Aliam ſimilitudinẽ ponit Ariſto. de medio
diuitũ ꝛ pauperum in quo conſiſtit ꝑfectio
dicẽs. iiij. Poli. In omni ciuitate ſunt mul
te ſpecies hominũ. i. diuites paupes. ꝛ me
diocres. inter quos mediocres ſunt optimi
qꝛ medium ſemper eſt optimum. Idem ibi/
dem ait. Optimi ſunt mediocres ciues in
ciuitate. qꝛ ipſi non deſiderant aliena: ſicut
pauperes: nec per inuidiam diuitum ſubſtã
tiã deſiderant: ergo nec inſidias patiuntur
nec fraudes ferunt: vnde ſꝑ ſine ꝑiculo vi/
uunt. hec ille. Hanc mediũ laudabilem ꝛ op
timam virtutẽ Salomon petebat a dño cũ
Prouer. xxx. dicit. Mendicitatẽ ꝛ diuitias
ne dederis mihi. Sed tribue tm̃ victui meo
neceſſaria. ne forte ſaciatus alliciar ad ne
gandum: ꝛ dicam quis eſt dñs: aut egeſta/
te compulſus furer: ꝛ ꝑiurẽ nomẽ dei mei.
Ex predictis ergo ſimilitudinibus pꝫ: qua/
liter tam in doctrina ſacra ꝙ in ceteris vir
tutibus moralibus. mediũ tanꝙ laudabile
debet obſeruari. ¶ Quarto poſtremo hoc
idem probo vnico exemplo. vꝫ dñi noſtri ie
ſu xpi[*]. qui in actibus ſuis medium tanꝙ
ꝗ optimũ ꝛ laudabile ſeruauit. ¶ Primo
in natiuitate ſua: qꝛ natus eſt in medio ter
re habitabilis: ꝛ iacuit in medio duoꝝ ani
maliũ: vꝫ bouis ꝛ aſini. de quo medio pro/
phetauerat Abachuch. iij. c. di. In medio
duoꝝ aialiũ cognoſceris. Et Yſa. primo de
hoc medio dicit. Cognouit bos poſſeſſorem
ſuum. ſ. xp̃m: ꝛ aſinus preſepe dñi ſui. In
hoc docẽs nos xp̃s tenere mediũ circa pru
dẽtiã: cui[9] extrema ſunt fatuitas vel groſ/
ſities: que per aſinũ. ꝛ doloſitas que ꝑ bo/
uẽ que eſt cornupeta ſignificat: de quo ẽt
medio tenẽdo. i. pe. ij. di. Quaſi mõ geniti
infantes. ꝑ innocẽtiã rõnales contra fatui
tatẽ. ſine dolo. ſ. malicie ꝛ doloſitatis. lac
ſ. prudentie concupiſcite. vt in eo creſcatis
in ſalutem. ¶ Secundo tenuit xp̃s mediũ

in templo cum voluit ſedere in medio do/
ctoꝝ. de quo medio Luc. ij. di. Inuenerunt
eum in medio doctorum: audientem eos: ꝛ
interrogantem. Quo exemplo docuit xp̃us
nos tenere medium circa iuſticiã: cuius ex
trema ſunt crudelitas: ꝛ remiſſio ꝑꝑ qđ in
figura. vt hĩ Luc. x. Samaritanus infudit
oleum. contra crudelitatẽ: ꝛ vinũ quod eſt
valde acutũ ꝛ penetratiuũ: ꝛ ſanauit inte
gre hominẽ a latronibus plagatũ: ꝛ ſemi/
uiuũ relictũ. Hoc mediũ iuſticie tangit Sa
lomon Prouer. viij. dicẽs. In viis iuſticie
ãbulo: ꝛ ĩ medio ſemitaꝝ iudicij. ¶ Tertio
tenuit xp̃s mediũ dũ ambulat per medium
iudeoꝝ: de quo medio Luc. iiij. di. Jeſus au
tẽ tranſiens ꝑ medium illorum ibat. Quo
exemplo docuit nos xp̃s debere tenere me
dium circa fortitudinẽ: cuius extrema ſunt
puſillanimitas: ꝛ temeritas. Ipſe. n. nõ pu
ſillanimiter timuit: nec etiam iudeos impe/
git: ꝛ ſic ſecure tranſiuit ſine ipſorum iudeo
rum ꝛ ſuipſius leſione. Hoc mediũ Dauid
tenebat: cum dicebat. Expectabam eũ: qui
ſaluum me fecit: a puſillanimitate ſpũs ꝛ
tẽmpeſtate. De quo optimo medio in figu/
ra Dan. iij. di. Fecit deus mediũ fornacis
quaſi ventum roris flantẽ. ¶ Quarto xp̃s
tenuit medium pendens in medio latronũ
De quo medio. Jo. xix. di. Jeſus baiulans
ſibi crucem: exiuit in eum qui di. caluarie lo
cum: ibiqꝫ eum crucifixerunt: ꝛ cum eo ali/
os duos. hinc ꝛ inde: medium autẽ Jeſum.
Quo exẽplo docuit nos Jeſus tenere me/
dium circa temperantiam: cuius extrema
ſunt nimia cura per ſiniſtrum latronẽ: ꝛ ni/
mia mac ratio quod per dextrum ſignifica
tur. ¶ Quinto deniqꝫ xp̃s tenuit medium
dum ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum.
De quo medio di. Jo. xx. Cum ſero eẽt die
illa vna ſabbatorum: ꝛ fores eſſent clauſe
vbi erant diſcipuli congregati: ꝑꝑ metum
iudeorum. venit Jeſus ꝛ ſtetit in medio di/
ſcipulorum: ꝛ dixit eis. Pax vobis. hec ibi.
Quo exemplo docuit nos xp̃s debere tene
re medium circa dilectionem omnium: ꝛ nõ
diligere vnum ſicut filium: alterum vero ſi/
cut filiaſtrum: cuius extrema ſunt nimia ꝛ
inordinata vel pauca dilectio. ſeu docuit nos
xp̃s in hoc debere tenere medium circa cõ
uerſatõnẽ: cuius extrema ſunt ſingularitas
ꝛ tumultuoſitas. vt nec homo a communi

tate ſe ſeparet: nec ẽt tumultibus ſeculari/
bus ſe implicet. Nec ẽt facere ſicut guelfi:
qui non cõuerſant cũ gebelinis. Nec econ
uerſo. Sꝫ inter iſtos ſi tut[9] vult viuere: me
diũ dꝫ tenere. Quod medium tenebat Da/
uid cum. 3. Re. 3. dicebat. Habitauit ſeruus
tuus ſꝑ in medio populi tui: quẽ elegiſti. Ex
predictis auctoritatibus ratione ſimilitudi
nibus ꝛ exemplo patet quarta conditio: ꝙ
habebit iugiter doctrina noſtra: que dicitur
conditio medietatis.

¶ De quinta conditione: ꝙ quelibet ſaluti
fera doctrina requirit: que dicitur conditio
diuerſitatis.

Quinta conditio optima ꝛ excellẽs
quã iugiter habebit doctrina no/
ſtra: ex qua faciliter poterit quiſqꝫ
ꝛ inerito proficere: ꝛ ad deũ ſeu ad piiam
ſe conuerti di. conditio diuerſitatis. Pro eo
ꝙ non tm̃ veritatẽ vnius rei declarabit: ſed
veritatẽ diuerſarum rerum Immo ꝛ plerũ/
qꝫ eadẽ regula phiſica ad diuerſas res ac/
commodabitur: vt propter hoc potentia in
tellectiua auditoris delectabilius proficiat
in auditione talis doctrine: ꝛ ꝙ doctrina ſa
lutifera debeat ſe extẽdere ad diuerſas ma
terias: ſeu ad diuerſas veritates tripliciter
¶ Primo auctoritatibus.
¶ Secundo ratione.
¶ Tertio diſtinctione.
¶ Primo ergo auctoritatibus. Nam pro/
bat Grego. in ꝓlogo ſuꝑ Ezechielẽ dicẽs.
Dum cogito ꝙ ſepe inter quotidianas deli
tias ẽt viliores cibi ſuauiter ſapiunt. ideo
minima ꝛ viliora legenti plerũqꝫ propono.
¶ Item in appologia ait. Similitudo rerũ
aliquando moleſtat: varietas vero faſtidiũ
tollit. Item Caſſiodorus li. vij. ait. Nemo
dubitat homines ex varietate ſuauiter re/
creari: quia in continuatis magnum cõſtat
eſſe faſtidium: dulcedo mellis ſi aſſidue ſu
matur omnibus perhorreſcit. Deniqꝫ Tu/
lius ĩ primo li. veteris rethorice ait. Varia/
re orationem magnopere oportebit. Nam
in omnibus rebus ſimilitudo ſocietatis eſt
mater. ¶ Secundo hoc idẽ probo rõne ꝑfe
ctionis. Fundamẽtum rationis ponit. Phs
xij. Methaphiſice. di. Diuerſitas ſpecierum
eſt ad decorem ꝛ perfectionẽ totius vniuer
ſi. Patet hec regula. Nam ſi mundus eſſet
plenus ſolis liliis: ſeu ſolo genere liliorum

vtiqꝫ potentiam viſiuam aliquantulum de/
lectaret. Sed dum plenus eſt diuerſitate flo
rum: vtpote liliorum: roſarum: violarum: et
huiuſmodi. magis potentiam viſiuam per/
ficit ac ceteros ſenſus delectat. hoc idem
exemplifica de varietate ciborum: erga po/
tentiam guſtus. ꝛ de varietate inſtrumento
rum erga potentiam auditus. Quo preſup
poſito certum eſt. ꝙ ſi cognitio vnius veri/
tatis potentiam intellectiuã perficit: ꝛ dele/
ctat multomagis ipſam perficit: ꝛ delecta/
bit diuerſitas multarum veritatum. Quam
vtiqꝫ regulã iugiter chriſto ſeruabo. ¶ Ter
tio inſuper probo idem diſtinctione. Nam
Tho. prima parte ſumme. q. i. art. x. in cor/
pore. q. dicit. Cum queritur an ſacra ſcriptu
ra: ſeu doctrina etiam ſub vna littera debe
at habere plures ſenſus ꝛ ſignificationes.
reſpondeo ꝙ ſic: quia Auctor ſacre ſcriptu/
re eſt deus. in cuius poteſtate eſt: vt non ſo
lum voces ad ſignificãdum accõmodet (ꝙ
etiam homo facere poteſt) ſed etiam res ip
ſas. Et ideo cũ omnibus ſcientiis voces ſi/
gnificent: hoc habet proprium iſta ſcia. ꝙ
ipſe res ſignificate ꝑ voces: ẽt ſignificãt ali
ud. Illa ꝗ pria ſignificatio: qua voces ſigni
ficãt res ꝑtinet ad primũ ſenſum: q ẽ ſenſus
hyſtorie vel litteralis. Illa ꝟo ſignificatio
ꝗ res ſignificat ꝑ voces. iteꝝ res alias ſi/
gnat di. ſenſus ſpũalis: q ſupra lr̃alẽ fun/
dat: ꝛ eũ ſupponit. Hic aũt ſẽſus ſpũalis tri
pharie diuidit. Sic. n. dicit Apo. ad Hebre
os. vij. Lex vet[9] figura ẽ noue legis: ꝛ ipſa
noua lex. vt Dyoni. di. in cel. hierarch. Eſt
figura future glĩe. In noua ẽt lege ea ꝗ ĩ ca
pite geſta ſũt: figura ſũt eorũ: ꝗ agẽ debe/
mus nos. Scđm ꝗ ꝙ ea ꝗ ſunt legis veteris ſi
gnificãt ea ꝗ ſũt noue legis: ẽ ſẽſus allego
ricus. Scđꝫ ea ꝟo ꝗ in xp̃o ſunt facta. vel ĩ
his ꝗ ꝑ xp̃m ſunt facta: ſunt figura eoꝝ: ꝗ
nos agẽ debem[9]: ꝛ ẽ ſenſus moral. Prout
ꝟo ſignificãt ea: ꝗ ſunt in eterna glĩa: ẽ ſen
ſus Anagogicus. Quia ꝟo ſenſus lr̃alis
ẽ: quẽ auctor intẽdit. Auctor aũt ſacre ſcri
pture ẽ deus: q oia ſuo intellectu ꝯphẽdit
iõ nõ ẽ incõueniẽs. vt Aug. dicit. xij. cõfeſ.
Si ẽt ſm vniuerſalẽ ſenſum in vna lr̃a ſa/
cre ſcripture: plures ſunt ſenſus. hec Tho.
ad lr̃am. Quã Thome ſniam phs etiã cõ
firmat. dũ. ij. poſterioꝝ dicit. Demonſtrari
põt optime: id eſt ꝑ plures cãs: ꝛ ecõuerſo

Et Cōmētatoꝛ ſup̄.v. Phiſy. ait. Non eſt
inconueniēs ſed valde congruum. ꝙ idē ſe
extēdat ad diuerſa. Dic exempli gratia. Ui
demus ꝙ faber cum vno maleo facit diuer
ſa inſtrumēta: vtputa: gladiū. lāceā. ligonē
⁊ hmōi: que omnia ſunt ad decoꝛez ⁊ perfe
ctionem ⁊ vtilitatem totiꝰ vniuerſi. Sic a ſi
mili dico ꝙ predicatoꝛ debet p̄dicare res di
uerſas. lȝ aliqñ eaſdez res diuerſas ponat
ſub titulo ⁊ noīe vnius tractatus. Et inſup̄
eandē auctoꝛitatē ſeu regulam phicam dȝ
accōmodare ad diuerſas ỽitates: que oīa
ſunt demonſtratiua magne ꝑfectiōis. Hūc
modum. ſ. predicādi diuerſa ego iugiter ob
ſeruabo. licet quadrageſimale noſtrū ſub ti
tulo xp̄iane fidei ſimpliciter ponat̄. Ex pre
dictis ꝯ patet ꝯditio h: quam nr̄a doctrina
habebit: que dicitur ꝯditio diuerſitatis.
¶ De ſexta ꝯditōe q̄ꝫ q̄libet ſalutifera doc
trina reqrit: q̄ dicitur ꝯditio vigoꝛoſitatis.

ſ Exta conditio i oꝛdine optima ⁊ ex
cellens doctrine noſtre dicit̄ condi
tio vigoꝛoſitatis: q̄a ipſa erit valde
potens: ⁊ valde vigoꝛoſa ad inducendū ad
virtutes: ⁊ virtuoſas operationes: ⁊ etiā ad
remouendum ab omnibꝰ vitijs atqȝ pecca
tis. Certum eſt. n. ꝙ quilibet intellectus na
turaliter appetit certificari de rebus ⁊ ỽita
tibꝰ quātū pōt. Propt̄ ꝙ phs. i. phiſy. dic̄.
Certitudo in omnibus intantum querenda
eſt: quātum recipit natura rei. Et. i. ethico.
ait. Certitudinem non opoꝛtet in omnibꝰ ſi
militer expetere: ſed in ſingulis ſm̄ ſubiectā
materiam: ⁊ intantū quātum eſt ꝓpꝛiū do
ctrine. h ibi. Talis autem certitudo ⁊ ſi ha
beatur per auctoꝛitatem ⁊ exempla: tñ ve
hementius per rationes naturales acqrit̄:
vnde ſola naturalis ratio preualet i foꝛtitu
dine ⁊ vigoꝛe omnibus auctoꝛitatibꝰ mun
di. Ut igit̄ doctrina noſtra ſit vigoꝛoſa non
tm̄ auctoꝛitatibus ⁊ exemplis: ſed iugit̄ foꝛ
tiſſime etiam naturalibus rationibus ipſaȝ
roboꝛabo. Ad qḋ faciendū tripliciṫ cogoꝛ:
Primo auctoꝛitatibus.
Sc̄do ratione.
Tertio ſimilitudine.
Probo ꝯ auctoꝛitatibus: ꝙ cogoꝛ ſic ꝓce
dere. Nā phs. i. methe. ait. Di recte docent:
q̄ cauſas d̄ ſingulis reddunt. Et. 3. ethi. dic̄.
Bonus ſingula rationibus probat ⁊ indi
cat. Et. iij. phiſy. dic̄. ꝙ pulcherrime demō
ſtratur: optimū ⁊ delectabile ē. Et. vij. ethi.
dicit. Non opoꝛtet ſolum dicere verum: ſed
etiam opoꝛtet cauſam veri vl' falſi aſſignar̄
Et. 2. metha. dicit. Uerum neſcimus ſine cā
⁊ ratione. Et. 3. metha. ait. Ueritatem q̄ren
tes ſine demonſtratione ſunt ſimiles ignoꝛā
tibus quo ire debeant. Deniqȝ Tuliꝰ lib. 3.
de tuſculanis. ait. Sapiens animus ita ſp̄
eſt affectus: vt in vna quaqȝ re rōne vtat̄.
¶ Sc̄do h idē ꝓbo vnica rōne: vȝ ꝑfectio
nis. Fundamētū rōnis ponit phs. v. meth.
dicēs. Perfectū tūc eſt vnūqḋqȝ ⁊ omnis
ſubſtātia perfecta: qñ ſm̄ ſpēm ꝓpꝛie ỽtu
tis nulla pars deficit. hec ibi. patet h regl'a.
Nam domus tunc ſimpliciter ē ꝑfecta: qñ
hec tria ſimpliciter habet. vȝ fundamentum
tectum: parietes: cui ſi vna harum partium
deficeret: vtiqȝ domꝰ imperfecta eēt. Quo
p̄ſuppoſito: certum eſt ꝙ a ſimili tunc ỽi
tas dicitur perfecte eſſe pꝛobata: qñ ē muni
ta auctoꝛitate ⁊ exemplo: ſed precipue rōne
Que ratio ſi deficeret: dū ſit ꝑfectioꝛ ⁊ po
tentioꝛ oī auctoꝛitate ceteris paribus: vtiqȝ
doctrina ſeu pꝛedicatio aliqualiter imꝑfe
cta eſſet. Ut igitur doctrina noſtra ſit perfe
cta: cōmuniter auctoꝛitatibꝰ ⁊ exemplis etiā
validis rationibus vtar. Nihil enim vt di
cit phs. i. d̄ celo ⁊ mundo. Simpliciter eſt ꝑ
fectum vbi trinitas. Et vltra h intendo po
tius vti rōe q̄ꝫ auctoꝛitate: qm̄ potentia itel
lectiua ſemper cogitur ab obiecto ỽitatis:
⁊ per conſequēs quaſi cogit (⁊ ſi libera ſit)
ipſam voluntatē ad id amādū qḋ itellectꝰ
cogitur creder̄. ¶ Tertio deniqȝ ꝓbo ſimili
tudine ꝙ doctrina vt ſit autentica maxie in
diget rōne: quā ſimilitudinē colligo a Com
mentatoꝛe ſuper. 2. de anima: ſicut coloꝛ ait.
non eſt viſibilis ſine lumine: ſic nec verū ē
viſibile ſine rōne h ibi. Et ſic ex predictis au
ctoꝛitatibꝰ rōne atqȝ ſimilitudine. hec ſexta
conditio.
¶ De ſeptima cōditione quā quelibet ſalu
tifera doctrina requirit que dicit̄ conditio
caritatis.

ſ Eptima conditio ⁊ vltima optima
⁊ excellens doctrine nr̄e dicitur cō
ditio charitatis. Non. n. tm̄ p̄dica
tio mea ſeu doctrina: ſupꝛadictas ꝯditiōes
habebit: ſȝ potiſſime volo ꝙ habeat i ſe ca
ritatēm. Non. n. volo pꝛedicare ꝓpter cupi
ditatem pecunie: fame: honoꝛe: humane lau
dis ⁊ hmōi: ſed ſimpliciṫ pꝛedicabo pp̄ amo
rem dei: ⁊ pp̄ caritatem ⁊ ſalutē ꝓximoꝛuȝ:
ꝙ ſi aliter facerē nequaq̄ꝫ vtiliter ⁊ fructuo
ſe pꝛedicarē. qḋ aūt doctrīa ⁊ p̄dicatio ad
hoc ꝙ ſit fructifera exigat caritatē tripliciṫ
ꝓbo. Primo auc̄tibus. Sc̄do rōne. Tertio
exemplo. ¶ Probo auctoꝛitatibus. Nam
glo. ſuper illa ỽba ꝓphe. Docebō iniquos
vias tuas ⁊ impij ad te ꝯuertent̄. ait. Ua
na eſt doctrina pꝛedicatoꝛis ſi nō fuerit ſuc
cenſa igne diuini amoꝛis. Et Grego. ait. Li
gua pꝛedicatoꝛis inuanū laboꝛat. ſi ardoꝛe
⁊ flāma caritatis ignita nō fuerit. Et Apl's
i. Coꝛin. xiij. Si linguis hoīum loquar ⁊ an
geloꝛū. caritatem nō hēam: factus. ſ. ve. eſ.
ſo. a. cimb. tinniens. ¶ Secūdo h idez ꝓbo
vnica rōne: vȝ aſſimulatōis. Fundamentuȝ
rōnis ponit Phs. i. de gene. ⁊ coꝛru. dicēs.
Agens agit i patiēs: trahēdo ipm̄ in ſuam
nām. Pȝ hec regula. Nā ignis ꝯiūctus cuȝ
ferro ferrū calefacit: ⁊ inſup̄ ipȝ rubeſcē fa
cit. Et ecōtra. Si carbo moꝛtuꝰ ponat̄ apud
ferrū: nūq̄ꝫ facit eū rubeū ⁊ calidum. Quo
p̄ſuppoſito certū eſt: ꝙ ſi pꝛedicatoꝛ i ſe hȝ
caritatē: de facili pōt cū doctrina ſua cale
facer̄ pctōꝛes: ſeu auditoꝛes: caritate ⁊ igne
diuini amoꝛis. Ecōtra vero ſi p̄dicatoꝛ non
hēat caritatē: velut carbo moꝛtuꝰ. nequaq̄ꝫ
poterit pctōꝛes cōiter ꝯuertere: aut ad cari
tatē reducere. Uñ vulgare ꝓuerbium eſt.
Nō po altri bruſar̄ o reſcaldare: chi i ſe nō
bruſa o arde. Et iō videmus p̄ experientiam:
ꝙ magis fructificat vnꝰ p̄dicatoꝛ idiota: q
p̄dicat ex caritate: q̄ꝫ vnꝰ maximus Theoꝰ
⁊ lr̄atus: q pꝛedicat ex humana laude vel
cupiditate. ¶ Tertio deniqȝ ꝓbo: exemplo
Helie ꝓphe. de quo eccl'. xlviij. di. Surrexit
Helias q̄ſi ignis: ⁊ verbū eius quaſi facula
ardebat. ſ. coꝛda ipm̄ audiētiū. Et i ſignum
ꝙ doctrina ad hoc ꝙ ſit fructifera: debȝ fie
ri ex caritate. legit̄ actuū. ij. c. ꝙ ſpūſſanctꝰ
datus ē apl'is i linguis igneis: vt. ſ. poſſent
ignire ⁊ calefacē coꝛda auditoꝝ igne diuini
amoꝛis ⁊ caritatis. Et pp̄ h hī ibidez ꝙ ſta
tim vt acceperūt apl'i ſp. ſan. i liguis igne
is: illa die Petro pꝛedicāte in vno ſermo
ne ꝯuerſi ſunt circiter tria milia viroꝛuȝ ac
mulieꝝ. Bene ergo ꝓbaui ꝙ noſtra doctri
na dȝ hīe caritatē: que eſt ſeptima ⁊ vltima
cōditio. ¶ Ex pꝛedictis ergo ſeptem ꝯditio
nibus quas iugiter intendo obſeruar̄ in no
ſtris pꝛedicatōnibus atqȝ doctrina: pȝ qua
liter quiſqȝ poterit faciliter: ⁊ remiſſionem
peccatoꝛū ⁊ diuinam gr̄am in hac quadra
geſima ſuſcipe: quā vobis ⁊ mihi donar̄ di
gnet̄ dn̄s nr̄ ihs xp̄s q cū p̄re ⁊ ſpū ſcō ⁊c.
¶ Feria tertia poſt dn̄icā ſeptuageſime de
ſc̄do reſpectu: quo hī firma fides ⁊ ſpes de
gr̄a ⁊ ſalute audientium doctrinam ſacraȝ
ſermo tertius.

f Ides tua te
ſaluū fec̄. Luc. vij. Demon
ſtrato heſterno die. p̄mo re
ſpectu: quo ſpem firmā ha
beo: ⁊ etiā vos habere pote
ſtis: de ſalute veſtra. h mane
in p̄ſti ſermone hēo demonſtrare ſm̄ reſpe
ctū: per quē hēo eandem ſpem: q dicitur re
ſpectus veſtre diſpōnis. Ante cuius decla
rationē occurrit mihi loco ꝓhemij vna nā
lis ⁊ ỽa ſnīa Phi. 2. Phiſy. dicētis. Ois
res ad finē aliquē oꝛdinata: nālit ipm̄ deſi
derat: pȝ h regl'a. Nā qꝛ potētia nutritiua
oꝛdinata eſt ad actū gnāndi: iō nālit: vt hī
2. de aīa. illū deſiderat. Silr' qꝛ potētia viſi
ua ⁊ auditiua oꝛdinate ſunt ad videndū ⁊
audiēdū. hinc ē ꝙ illū actū nāliter deſide
rāt. Silr' qꝛ potētia volitiua oꝛdinata ē ad
bonū: iō nāliter illud deſiderat. Oia. n. vt di
cit Phs. i. eth. Bonū oia nālr' appetūt. Et
bonū nālit ē oībus diligibile. Silr' qꝛ mā oꝛ
dinata ē ad foꝛmam. iō vt dī. i. Phi. Ois
mā appetit foꝛmā. Ergo a ſilii: qꝛ potētia in
tellectiua oꝛdinata ē ad itelligēdū: iō nālr'
deſiderat illū actū. dicente pho in p̄ncipio
metha. Oēs hoīes nā. i. p̄ nām ſeu nālr' ſci
re deſiderāt. Rō aūt potiſſima: quare q̄libȝ
potētia appetit ſuū actū ⁊ finē eſt: qꝛ q̄libȝ
potētia ꝑficit̄ p̄ ſuū actū: ſeu recipit ꝑfectō
nē maximā in ſuo actu: ſicut oculus ꝑficit̄
videndo: auris audiēdo: ⁊ hmōi. Qḋ cōfir
mās Phs. ix. Metha. ait. Actus ē finis et
ꝑfectio ipſius potētie. Non. n. videt qs vt
viſum hēat. Sed ecōuerſo: viſum hȝ vt vi
deat. h ibi. Et tēt. ix. Metha. ait. Actꝰ ē me
lioꝛ potētia in bonis: in malis aūt ecōuerſo
Et idē dicit: Actus magis facit itelliger̄: q̄ꝫ
potētia. Et. i. Metha. Finis ē bonū vniuſ
cuiuſqȝ rei. ⁊ vniuerſaliter eſt qḋ optimum
⁊ ꝑfectū in oī natura. hec ibi. Quibus pꝛe
miſſis: dico ꝙ lȝ quelibet potētia: ⁊ p̄cipue

intellectiua appetat ſuũ finem ⁊ actũ: tãq̃
q̃nádã ipſius ꝑfectionẽ: tñ nulla potẽtia fi
nẽ deſideratũ conſequi poteſt: niſi prius ha
beat ꝑcuias diſpoſitões ⁊ preparationes
ad ipſum finem cõſequẽdũ: qm̃ finis (vt di
citur) .2. phiſi. naturaliter iponit neceſſitatẽ
oibus hꝭ: que ſunt ad finem. Et propterea
q̃uis potẽtia itellectiua cuiuſlibet hoĩs na
turaliter appetat ſcire ⁊ cognoſcere diuer-
ſas ꝟitates: qbus cognitis rõnalis aĩa fa-
ciliter conſequitur gratiã dei: ſalutem pro-
priã: atq; gloriam ſempiternã: tamen doctri
nã ipſam: ex qua intellectus veritates ſue
ſalutis percipit ⁊ cognoſcit: nequaq̃ acqui
rere põt ſine aliqua debita diſpõne atq; ꝑ-
paratione: que oĩno neceſſaria eſt ad queʒ
libet finẽ conſequendum: ⁊ precipue ad hoc
ꝙ noſtram recipiat doctrinã ſalutarem: qđ
probo. primo auctoritatibus. ſcđo rõne. ter
tio diſtinctione. ¶ Primo probo auctorita
tibus. Nam phs. 2. de aĩa dicit. Actus acti
uorum ſunt in patiente bene diſpoſito. Et
Plato in Thimeo. Forme dant̃ ſimpliciť
ſm̃ diſpoſitionẽ ipſius materie. Et ſanctus
Bonauẽtura in ꝓhemio primi ſniarũ ait.
Omnis perfectio .i. forma perficiẽs. ꝓſup-
ponit ſuum ꝑfectibile .i. ſubiectũ eſſe diſpo
ſitum. Denique Phs. ix. Ethi. ait. Ad hoc ꝙ
doctrina deſcendat: ⁊ efficaciã habeat i au
ditione: oportet aĩam auditoris oĩno eẽ be-
ne diſpoſitam ⁊ preparatã: ſicut terra anq̃
ſemen mittat̃ in ea. Et .2. đ aĩa dĩ. Duri car
ne: inepti ſunt mẽte: Molles autẽ carne be
ne apti ſunt. ¶ Scđo h̄ idẽ ꝓbo vnica rõe:
videlicet argumentationis. Fundamentuʒ
rationis habetur .2. Topicorũ. Si de quo
minus vĩ ineſſe ⁊ ineſt: ergo ⁊ de quo ma-
gis. Patet hec regula. Nam ſi miles põt
expugnare caſtruʒ: a fortiori dñs qui eſt eo
potentior. Et ſi vnus pauper põt dare de-
cem ducatos: a fortiori poterit dare ditior
ipſo. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ ars ⁊
natura anteq̃ tribuant formã ſeu perfectõ
nem alicui materie: prius requirunt ꝙ ma-
teria ſit diſpoſita. Patet de arte. Nam for
ma ſigilli non iprimit̃ cere: niſi prius fuerit
mollificata. Item natura hoc idem facit: q2
campus ſeu ager non fructificat: niſi prius
fuerit cultiuatus ⁊ diſpoſitus: dicẽte Boe-
tio metro .i. tertij lib. Qui ſerere ingenuum
volet agꝛ liberat arua pri⁹ fructib⁹: fal-
ce rubos filiceq; reſecat: vt noua fruge gra
uis ceres eat. Sed claruʒ eſt ꝙ grã diuina
infundenda aĩe mediante doctrina: eſt no
bilior ⁊ perfectior incõꝑabiliter omni arte
atq; natura. Ergo per conſequens maio-
rem requirit in anima diſpoſitionẽ: dicente
Tho. ꝓa ſe. q. i. art. vi. Operatio gratie cũ
nobilior ſit natura: nõ minus ſed magis or
dinate ꝓcedit q̃ operatio nature. Quod
totum confirmans Tulius in li. tuſculana
rum queſtionum ait. Ut ager q̃uis fertilis
ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt: ſic
nec ſine diſpoſito doctrina ſalutis aĩus re-
cipiet. ¶ Tertio h̄ idẽ ꝓbo dĩ. beati Tho.
i. ij. q. cxij. art. ij. in corpore. q. dĩ. Cum quæri
tur an ad ſuſcipiendũ doctrinam ſacram: ⁊
per ꝯñs diuinam gratiã requiratur aliqua
diſpoſitio in homine peccatore reſpondeo
ꝙ gratia dupliciter accipitur. vel pro habi
tu. vel habituali dono dei. ſo pro auxilio dĩ
vel ipſum diuinum auxilium mouens aiaʒ
ad bonum. Primo mõ accipiendo gratiaʒ
ad gratiaʒ exigitur aliqua preparatio grẽ
que eſt quedam forma accidentalis: q2 nul
la forma imprimitur niſi in materia diſpo-
ſita. Sed loquamur de gratia: ſm̃ qđ ſigni-
ficat auxiliũ dei mouẽtis ad bonũ: ſic nul-
la preparatio requiritur ex parte hominis
preueniens diuinum auxilium. Sed potius
quecunq; preparatio in homine eſſe põt: ẽ
ex auxilio dei mouentis animam ad bonũ.
Et ſm̃ h̄ ipſe bonus motus li. ar. quo gſq;
preparatur ad bonum gratie ſuſcipienduʒ
eſt actus li. ar. moti a deo. et quantum ad h̄
dĩ homo preparare animum. ꝙ ẽ principali
ter a deo mouente liberꝫ arbitriũ. et ſm̃ h̄
dĩ a deo voluntas hoĩs preparari: ⁊ a dño
greſſus hominis dirigi. ¶ Ex predictis igiť
auctoritatibus rõne ⁊ diſtinctione pʒ quali
ter ad doctrinam ſalutiferam audiẽdã. re-
quirit̃ aliqua diſpõ preuia: et ſi queris que
ſit illa rñdeo: ꝙ pro nunc ſunt ſepteʒ diſpo
ſitiones neceſſarie ad ſuſcipiendum vtiliter
doctrinam ſalutiferam. Quaruʒ prima dĩ
diſpõ acceſſiõis. Scđa dĩ diſpoſitio feſtina
tionis. Tertia dicit̃ diſpõ continuationis.
Quarta dĩ diſpõ attentionis. Quinta dĩ
diſpõ creditionis. Sexta dicitur diſpõ ſu-
ſceptõnis. Septima dĩ diſpõ executionis.
¶ Prima diſpõ ex qua acq̃rit̃ ſalutaris do
ctrina: ⁊ per ꝯñs diuina grã ⁊ eterna glĩa
dicitur diſpoſitio acceſſionis. Experientia te-
ſte videm⁹: ꝙ quicunq; vult adiſcere ſeu ac
quirere aliquã artẽ: ſeu vanã mũdanã ſa
pientiã: neceſſe ẽ ꝙ vadat: vt videat: vt au
diat magiſtrũ illius artis: ſeu doctorẽ illi⁹
ſcientie: aliter nec artẽ illã: nec ſcientiã vnq̃
adiſcere poſſet. A ſimili oʒ facere cũq vult
doctrinã ꝟitatis: ⁊ ꝑ ꝯñs diuinã grãʒ acq-
rere: ſeu magnitudinẽ ⁊ turpitudineʒ ſuoꝝ
peccatoꝝ intelligere: qm̃ oʒ vt actualiter ac
cedat ad audiẽdũ doctorẽ ⁊ ꝑcipue ꝑdica
torẽ ipſius ꝟitatis: qm̃ ex tali auditione il-
li⁹ doctrĩe faciliter, gſq; adiſcet ea: ꝑ q̃ ⁊ pec
cata dimittunt̃: ⁊ diuina grã ſeu eterna ſa-
lus acq̃rit̃. Ergo neceſſe ſit actualiter acce
dere ad audiendũ doctrinã predicationis.
ꝓbo ſexpliciter. Primo auctoritatib⁹. Se
cũdo rõne. Tertio diſtinctiõe. Quarto ſimi
litudine. Quinto figura. Sexto exemplo.
¶ Primo auctoritatib⁹. Nã apl's. ad Ro.
x. inquit. Omnis quicũq; inuocauerit nomen
dñi ſaluus erit. Quõ ergo inuocabũt eum
in quẽ nõ crediderũt: Aut quõ credẽt ei:
quẽ non audierũt: quõ audiẽt ſine ꝑdican
te: quõ ꝟo ꝑdicabũt: niſi mittant̃: ſicut ſcri
ptũ ẽ: q̃ ſpecioſi pedes euãgelizãtiũ pacẽ:
euagelizãtiũ bona: ſed nõ oẽs obediũt euã
gelio. Iſaias .ii. dicit. Dñe quis credit au-
ditui noſtro: Ergo fides ex auditu: auditus
autẽ per verbũ xp̃i. Sed dico: nũquid non
audierunt. Et qdẽ in oẽ terrã exiuit ſonus eorũ. ⁊ in fi.
o. ter. ver. eo. h̄ ibi. Itẽ ad hebreos. iiij. ait.
Uiuus eſt enim ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ pene
trabilior omni gladio ancipiti: ⁊ pertingẽs
vſq; ad diuiſionẽ aĩe ⁊ ſpũs. Itẽ Iac. i. dĩ
In manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ
qđ põt ſaluare aĩas veſtras. Tullius etiaʒ
.i. iij. prime rethorice dicit. Hi maxime doci
les ſunt: qui attentiſſime parati ſunt audi-
re. Phs etiã lib. de ſen. ⁊ ſenſato ait. Audi
tus plurimã ꝑtẽ cõfert ad prudentiã. Ser-
mo .n. audibilis cã ẽ diſcipline: nõ ſm̃ ſe ſʒ
ſm̃ accidens: q2 noĩa ſunt que ſignificant
intellectũ: ex quo accipitur conſequentia re
rum huiuſmodi. Idem quoq; phs in ꝓhe-
mio metaphi. ait. Auditũ non habentia in-
diſciplinabilia ſunt: hñtia ꝟo diſciplinabi-
lia. Itẽ ꝓs ait. Lucerna pedib⁹ meis uerbũ tuũ.
⁊ lu. ſe. m. Et puer. xxx. dicitur. Omnis ſmo
dei igneus: clipeus eſt omnibus ſperanti-
bus in ſe. Et Hiere. xxiij. Uerba mea ſunt
quaſi ignis: ⁊ quaſi malleus cõterẽs petras
Et Cant. v. dĩ. Aia mea liquefacta ẽ: cũ di
lectus meus locutus eſt. Et propheta dic.
Factũ eſt cor meũ tanquã cera liqueſcẽs
in me. vẽn. meo. ſ. ex auditione ꝟbi dei. Et
Iſa. xviij. dĩ. Oĩpotens ſermo tuus domine
ſanat oĩa. ſ. ſcelera peccatoꝝ. Et ꝓpha di
cit. Miſit verbum ſuum ⁊ ſanauit eos. De-
niq; propha ait. Lex dñi immaculata con-
uertẽs aĩas: teſtimonium dñi fidele ſapien
tiã preſtans paruulis. Ex quibus auctori-
tatibus patet neceſſitas huius prime cõ-
ditionis. ¶ Scđo hoc idẽ probo vnica ra-
tione vʒ ſpecificationis. Fundamentũ ra-
tionis ponit phs. vi. ethi. dĩ. Nõ ſufficit ad
ſciam alicuius: vt ſciat in vli ⁊ cõfuſe. Sed
oʒ ſcire determinate ⁊ diſtincte. pʒ hec regu
la. Non enim ſufficit medico ad hoc ꝙ ſa-
net infirmũ: ꝙ ſciat medicinã eſſe bonã in
vniuerſali: ſed oportet ꝙ intelligat in ſpe-
cie hanc medicinã: ⁊ hãc fore tali ⁊ tali in-
firmitati neceſſariam: qm̃ ſi in genere daret
oẽs medicinas: nõ ſanaret infirmũ ſed occi
deret: cũ medicinarũ alique ſint calide: ali
que frigide: ⁊ huiuſmõi. Similiter infantu-
lus ⁊ ſi in ſua pueritia in genere ⁊ vĺr co
gnoſcat quẽlibet hominẽ fore hominẽ: ⁊ nõ
beſtiã. pp qđ ⁊ vĺr quẽlibet appellat patrẽ
tamen talis cognitio generalis eſt imperfe
cta: Unde vt perfectam ſcientiam habeat
de patre ſuo: oportet ꝙ in ſpecie ſciat ꝙ di
cat. Hic eſt pater meus ⁊ nõ alius. Iʒ in ꝑti
culari tñ mr̃ ei⁹ hoc ſciat. vt habet̃ ix. ethi.
quia ipſa eſt certa: ꝙ eum concepit: quod tñ
pater ignorat. Sed debet hunc in ſpecie ap
pellare patrem ſuum ⁊ non alium: ſm̃ cõeʒ
opinionẽ ſeu exiſtimatõnẽ. Quo ſuppoſito
certũ ẽ ꝙ ſicut duplex eſt ſcientia de felici-
tate ⁊ beatitudine: prout ponit ſanct⁹ Bo-
nauentura in .iiij. diſtinctione .xlix. articulo
primo ⁊ tertio. Et Ricardus ibidem articu
lo .ij. queſtione prima. ⁊ Scotus ibidẽ que-
ſtione ſecunda. et Thomas in prima parte
ſumme. queſtione ſecunda. videlicet genera
lis ⁊ ſpecialis. ſic a ſimili duplex eſt ſcientia
que habetur de vitijs ⁊ virtutibus ſcilicet
generalis ⁊ ſpecialis. Sed manifeſtuʒ eſt
quod ſcientia communis ⁊ vniuerſalis:
qua vniuerſalitas apppetit ſummum bo
num: non eſt ſalutifera: nec ſaluat ani-
mam. Prout dicunt theologi ſupradicti.

Et ꝑꝑ hoc philoſophi habentes ſcientiam
in vniuerſali dānati ſunt. propter qđ opꝫ
ꝙ talis felicitas cognoſcat̃ ⁊ credat̃ inpti/
ri: nquantū. ſ. ſolū conſiſtit in clara dei vi/
ſione ⁊ non in generali: put ſimpl'r ē quod
dā bonuꝫ ſufficientiſſimum. Ergo a ſimili
de virtutibꝰ ⁊ de vitijs ē dicendū: qm̄ opꝫ
in ſpecie cognoſcere hāc eſſe virtutē: ⁊ hoc
eē vitium ⁊ peccatū. ſimiliter hoc eē bonū:
⁊ illud eē malū: quam ſpecialitatē nullus
acquirit: niſi per ſcientiā ⁊ doctrinam aut
auditionē ſanctiſſime p̄dicationis. ſ. quam
p̄dicator: non in genere: ſed in ſpē ꝟitatis
virtutū atqꝫ vitioꝝ p̄dicat: ſpecificat: ⁊ de/
clarat. ⁊ iō ſicut phi. vt dicit Ar. i. Eth. c.
vij. errauerūt in felicitate: dū quidā poſue
rūt eā in voluptatibus. quidā in diuitijs.
quidā in honoribus: ⁊ huiuſmodi. ⁊ p con
ſequēs dānati ſunt. ſic ⁊ multi xp̄iani ob/
miſſis predicationibꝰ cadunt in diuerſos
errores atqꝫ peccata: dū nō audiūt verbum
dei ſeu p̄dicatiōes. de quibꝰ Boetius pſa.
ij. tertij libri. O nimis mortaliū cura q̄ mul
tiplicium ſtudioꝝ labor exercet. diuerſo qui/
dē calle procedit: ſed ad vnū tamē finē bea
titudinis nititur peruenire: ⁊ infra ſubiūgit
di. Ineſt etiam mētibus hominū veri boni
naturaliter inſerta cupiditas. ſed ad falſa
deuius error abducit. Et ideo errant grauiſ
ſime illi beſtiales viri: qui volentes ire ad
p̄dicationē dicunt. O h quid oportet ire tā
tū ad predicationē: Ego bene ſcio quid di
cit predicator. Dicit enim ꝙ quiſqꝫ dꝫ facē
bonū ⁊ dimittere maluꝫ. Ego bene ſcio qđ
debeo facere. O macharone. O groſſola/
ne. o beſtialis ⁊ inſenſate homo: licet bonū
ſcias eē faciendū in genere: ſimiliter ⁊ ma
lum fugiendū: non tamen intelligis illud in
ſpecie: ⁊ iō ꝑꝑ hoc corruis in diuerſa pecca
ta: eſtimando eē bonū: quod ē malū: ⁊ ma
lū quod ē bonū. Et propter hoc merito oī/
bus talibus conuenit illa cōminatio. Iſa.
v. di. Veh vobis q dicitis malū bonū ⁊ bo
nū malū: ponētes tenebras lucē. ⁊ lucē te/
nebras: ponētes amarū dulce: ⁊ dulce ama
rum. Veh qui ſapientes eſtis in oculis ve/
ſtris: ⁊ corā vobiſmetipſis prudentes. Ex q̄
ratione ēt patet: qualiter quiſqꝫ tenet̃ ire
ad predicationem ad hoc vt illuminetur de
veritatibus neceſſarijs ad ſalutē. ¶ Tertio
hoc idem probo diſtinctione. Ric. in iiij. di.
xvij. ar. ij. q. vi. in corpe. q. dicentis. Cū q̄rit̃
an ex cōfeſſione facta peccata remittantur:
rn̄dit: ꝙ aut tēpore cōfeſſiōis penitēs adhi
buit debitam diligentiā examinādo conſciē
tiam: ⁊ petēdo cōſiliū a peritis: ⁊ inſuper ſe
informando de doctrina ſacra ab hꝭ qui
intelligūt eā (put de lege cōi humana per/
mittit fragilitas) vt memoriā hēret oīum
peccatoꝝ ſuoꝝ mortaliū. Aut fac̄ ignorās
ex malitia: aut ex ignorantia affectata vel
craſſa. Si p̄io mō: dico ꝙ tali remittuntur
pctā in cōfeſſione. Si ꝟo ſcđo mō dico ꝙ
nec aliqđ pctūm oblitū ſeu ēt cōfeſſum ei
remiſſum ē. Et ꝙ plus ē (prout idem Ric.
ait in iiij. di. ix. ar. ij. q. i. in corpe. q.) talis
ſic ſuſcipiēs euchariſtiā mortaliter peccat:
pro eo ꝙ voluntarie irreuerenter illud ſuſci
pit: dū audire ſacras predicationes noluit.
Ex quibus in ſpecie peccata ꝓpria intelle/
xiſſet: ⁊ ſic ea confiteri potuiſſet. Ex qua di
ſtinctione patet qualiter quiſqꝫ dꝫ accede/
re ad audiendū ſacrā doctrinā: vt illumine
tur. ¶ Quarto inſup probo ſiītudie. ꝙ. ſ.
dīna doctrīa q̄ accipit̃ in p̄dicatōe illumiat
⁊ ꝯuertit peccatores ad dm̄. Nā Luc. vij. le
gitur. ꝙ dn̄s ſuſcitauit iuuenē mortuū ꝟbo
ſuo dicēs. Adoleſcēs tibi dico ſurge: q ſta/
tim ſurrexit viuus nō tm̄ corpe ſed ēt aīa.
Nā vt dī Ezech. xviij. Aīa que peccauerit
ipſa morieẗ. ſ. morte peccati. Sicut. n. corpꝰ
dī mori dū aīa ſeparatur ab ipſo. ſic ⁊ aīa
ſpūaliter per peccatum moritur: dum deus
vel diuina gratia ab ipſa ſeparatur. Sic̄
enim xp̄s ꝟbo ſuo adoleſcentem mortuum
viuificauit corporaliter. Sic etiā in predica
tor verbo diuino ſpūaliter viuificat aīas
peccatoꝝ dū ex accepta cōtritione: deꝰ ⁊ di
uina gratia iterū cū aīa coniungit̃. Et ꝑꝑ
hoc ſaluator. dicit Io. vi. Amē amen dico
vobis: q₂ venit hora ⁊ nunc eſt: qñ mortui
audient vocē filij dei. ⁊ qui audierint vi/
uent. Super que ꝟba Bernard. ait. Mor/
tuus in peccatis viues: ſi vocē dei audieris.
Si cor tuū induratū fuerit emittet ꝟbum
ſuū ⁊ liquefaciet illud. Sic. n. promiſit xp̄s.
Quicūqꝫ audierit vocē filij dei viuent. Et
puer. xiij. Salomō ait. Lex ſi fons vite vt
declinet qs a ruina morti. Et iō Ezech. xxxvij.
p̄cipit̃ ipſi Ezech. cōtra pctōres ſpūaliter
mortuos clamare ⁊ dicere. O ſſa arida au/
dite verbū dn̄i. Hec dic̄ dominꝰ deꝰ: Ecce
ego intromittā in vos ſpm̄: vꝫ gr̄e ⁊ ꝟtutis.
Alia ponit̃ ſiītudo Io. xi. De ſuſcitatiōe la
zari. vbi clamauit dn̄s. Lazare veni foras: ⁊
ſtatim prodijt viuus: qui fuerat mortuꝰ. vt
oſtēdat̃: ꝙ animā quatriduanā. ſ. iamdiu in
peccatis mortuā ⁊ diu ſepultam. diuinum
ꝟbum ſpūaliter rēſuſcitat: Et iſta reſurre
ctio facta. maior ⁊ nobilior ē materiali reſu
ſcitatione oīum corpoꝝ humanoꝝ dicente
Greg. in. iiij dialogoꝝ. Si inuiſibilia penſa/
mus nimirū cōſtat: ꝙ maius ē miraculū p̄
dicationis ꝟbo atqꝫ orōnis ſtudio peccato
rē ꝯuertere ad deū: q̄ tarde mortuos ſuſci
tare: In illis. n. ſuſcitat̃ caro iteꝝ moritura
In iſto vero anima in eternū victura. h ille
O igit̃ pctōres in peccatis mortui currite
⁊ venite ad audiēdū verba diuina. Et tūc
vitam diuine gratie faciliter ſuſcipietis.
¶ Quinto h ideꝫ figurat̃. Nā populo iſrae
li die noctuqꝫ deꝰ faciebat p̄ceder̃: ſeu ab ā/
gelis portare quandā columnā igneā. Exo.
xiij. Ex qua dū filij iſrael illuminarent̃ egipti
os fugabāt ⁊ maris p̄cipitiū euadebāt ipꝫ
trāſeundo. Quid. n. figuratiue p columnā
igneam: niſi p̄dicationē ignitā caritate acci
pimꝰ: quā dū peccatores audiunt ⁊ imitāt̃:
vtiqꝫ liberāt̃ a p̄cipitio maris. i. iferni: ⁊ ma
nibꝰ Pharaonis: atqꝫ egiptioꝝ. i. manibus
luciferi atqꝫ ſatellitū ſuoꝝ: ¶ Sexto dniqꝫ
h idem ꝓbat̃ exēplo. ⁊ attende q̄ſo cū q̄ta
cundū diſpoſitionem vnam: tamen vnaqqꝫ
rerum recipit eā ſecundū modū potentie
ſue: quedam recipiunt eam receptiōe vnica
quedā receptione multiplicata: quedā rece
ptione eterna: quedā receptione tpali. que
dam ſpūali: quedā coꝛpoꝛali: Et hec diuerſi
tas non fit ex cauſa pꝛima: ſed pꝛopter reci
piens: quod diuerſificatur. ¶ Secūdo hoc
idem pꝛobo ratione argumentationis. Fun
damētū rōnis ponit phs. ij. ⁊. iiij. topicoꝝ.
dicens. Si de quo magis videt ineſſe ⁊ nō
ineſt: nec de quo minus. Patet hec regula.
Nam ſi rex valde diues ⁊ potens non pōt
expugnare aliquod caſtrum ſine auxilio al
terius domini: a foꝛtioꝛi nec miles valde
pauper poterit illud expugnare ſine auxilio
alicuiꝰ dñi. Quo pſuppoſito certū ē: ꝙ hō
ēt in gratia exiſtēs: nō pōt ſine ſpāli gratia
aliquod bonū operari: dicente Auguſtino
in libꝛo de natura ⁊ gratia. Sic oculus coꝛ
dis pleniſſime ſanꝰ niſi candoꝛe lucis adiu
tus non pōt aliquid cernere: ſic ⁊ hō perfe
ctiſſime iuſtificatus niſi eterne luce iuſtitie
diuinitꝰ adiuuetur nō pōt recte viuere: nec
aliquid bene operari. hec ille. Quod ſi ſic
ē: ergo a foꝛtioꝛi etiam ē impoſſibile ꝙ hō
in moꝛtali culpa exiſtens: aliquid operetur
niſi per ſpeciale adiutoꝛium diuine gratie.
Qd' egregie confirmans Tho. i. ij. q. ar. ſt.

in coꝛpoꝛe. q. dicit. Cum queritur an etiam
ille qui conſecutus eſt gratiam dei: per ſeip
ſum poſſit operari bonū: reſpōdit: ꝙ ad re
cte viuendū homo eget auxilio dei. ¶ Pꝛi
mo modo quantum ad aliquod habituale
bonum: per quod humana natura coꝛrup
ta ſanetur: ⁊ que ſanata eleuetur ad opan
dū opera meritoꝛia vite eterne: que excedūt
pꝛopoꝛtionē nature. ¶ Scdo eget auxilio
diuine gratie: vt a deo moueatur ad agēdū
Quantū ad pꝛimū auxilij modū: homo nō
eget aliquo auxilio gratie. vꝫ alio gratie in
fuſe habitu: Quātū ad ſm vt. ſ. bene opere
tur: eget auxilio gratie pꝛopter duo. Pꝛimo
ratione generali: qꝛ nulla res creata poteſt
in quemcunqꝫ actū pꝛodire ſine virtute mo
tionis diuine. Secūdo ratione ſpeciali. pꝛo
pter conditionem ſtatus humane nature: q̄
licet ſanetur per gratiam q̄tum ad mentē:
remanet tñ in ea infectio ⁊ coꝛruptio q̄tum
ad carnem: per quā ſeruit legi peccati: vt di
ad Roma. vij. Hec Tho. ad litteram. Ex q
bus rationibus patet idē: qđ ſupꝛa. ¶ Ter
tio etiam pꝛobo diſtinctionibus. ꝙ. ſ. rōna
lis anima quicquid boni operat ſm actum
intrinſecum ⁊ extrinſecum: operat in virtu
te diuine gratie: ſine qua moueri non poſſet
ad talia opera facienda. Pꝛima igitur di
ſtinctio eſt Tho. qui in. ij. ſen. di. xxviij. ar. i.
ſententialiter dicit. Cum querit an liberum
arbitriū ſine ſpeciali gratia dei poſſit ſe mo
uere ad faciendū opera bona reſpondit: ꝙ
circa libeꝝ arbitriū quidā dupliciter errauerunt.
Quidam enim negauerunt ipſum eē.
Quidam vero nimis ipſum ampliauerūt.
Quidaꝫ. n. hřetici vt manichei ⁊ Iouiniani
naturā lib. ar. deſtruebāt dicētes. ꝙ hō vel
neč́itate peccat: vel de neč́itate bene opatur
quoꝝ rō talis erat. Manichei. n. dicētes ꝙ
ſenſibilis natura ē mala. vtpote a malo deo
hoc eſt a demone facta: ponunt ꝙ homo de
neceſſitate peccat: nec bonū facere poteſt.
ſicut lapis de neceſſitate tendit deoꝛſuꝫ Io
uiniani autem attendentes ꝙ natura intel
lectualis eſt bona: vtpote a bono deo facta
dicunt ꝙ homo de neceſſitate bene opatur.
⁊ nunq̄ poteſt peccare. ſicut leue ex ſe ſemp
fertur ſurſum: ⁊ nunq̄ deoꝛſum. ¶ Quidaꝫ
vero alij volentes naturā liberi arbitrij ſer
uare nimis eius virtutem ampliauerūt dicē
tes. Qd' homo poteſt quodcūqꝫ bonū intrin

ſecū ⁊ extrīſecū ēt meritoꝛiū facere ex ſeip
ſo ſine aliqua gr̄a ſupaddita. Nos aūt ſm
catholicā fidē confitemur libeꝝ arbitrium
bona ſic mala poſſe facere. Homo tamē in
actus meritoꝛios pōt exire ſine gr̄a gratū fa
ciente. Vñ lib. arb. ſine ſpeciali gratia dei nō
ſufficit q̄tum ad quinqꝫ: contra Pelagiuꝫ
Pꝛio ad bene opandū. Scdo ad vitiū vi
tādū. Terio a peccato reſurgēdū. Quarto
ad pſeuerandū in bono. Quinto ad pmiū
eternū cōſequēdū. ¶ Et ratio pdictoꝝ eſt:
qꝛ duplex ē bonū. Quoddā. n. ē nāle. qđ nō
excedit facultatē nature: ⁊ tale qđcunqꝫ ſit
illud: pōt hō facere ſine gratia dei. ¶ Aliud
eſt bonū ſupnaturale: qđ facultatē nature
excedit: ⁊ tale nō pōt homo opari ⁊ facere
ſine gr̄a dei. dicēte Augu. li. de coꝛrectiōe ⁊
gratia. Sine gratia dei nulluꝫ pꝛoꝛſus ſiue
cogitādo: ſiue dolēdo ⁊ amando: ſiue opan
do faciunt homines bonū. Hec Tho. ſnialiter.
Aliā diſtinctionē ponit ſeraphicꝰ ſanctꝰ
Bonauētura in. ij. di. xxviij. ar. i. q. 3. i coꝛpe
q. dicēs. Cū querit an. li. ar. hoīs oī gratia
deſtitutū poſſit facere aliqđ bonū in gener
rñdeo: ꝙ opus aliqđ tripliciter pōt dici bo
num. Uno mō dicit aliqđ bonū ſimpliciter:
⁊ hoc eſt bonū: qđ eſt directe oꝛdinatū in fi
nē. ⁊ tale eſt bonū meritoꝛiū. Et hoc bonuꝫ
nō pōt li. ar. opari abſqꝫ auxilio gr̄e gratū
facientis. Scdo mō dī aliqđ bonū ex hoc:
ꝙ aliquo mō de cōgruo diſponit ad bonuꝫ
meritoꝛiū vite eterne: ⁊ tale eſt bonū qđ ſit
extra caritatē: nihilominus tñ cū recta intē
tione ad deū: ⁊ in tale bonū nō pōt li. arb
abſqꝫ munere gratie gratis date. per qđ il
luminet ⁊ dirigat: ⁊ excitetur: vt velit facere
aliquid qđ ſit deo placitū. Et ꝙ ad hoc bo
nū munus gr̄e gratis date ſit neceſſarium:
expꝛeſſe innuit Sapieñ. ix. vbi Salomō ait.
Sciui ꝙ aliter nō poſſum eē cōtinens: niſi
deus det. Et hoc ipſum erat ſapia ſcire cu
ius hoc donū eſſet. Vñ. nō eſt puū donū co
gnoſcere ipm munus gratie: ⁊ cognoſcere ꝙ
ſine gratia hō ſaluari nō pōt. Tertio modo
dī aliqđ bonū: qꝛ in finē eſt oꝛdinabile: ⁊ hꝫ
aliquam oꝛdinationem intra ſe. ſicut ex trā
ſitu ſup materiam debitam: ſicut paſcere eſu
rientē ex debita circūſtātia ſuperaddita. ſ.
cū hoc facit cū exigit tēpus: ⁊ locus: ⁊ opoꝛ
tunitas. Ad illud aūt genus boni cōplēduꝫ
gratia gratis data oīno neceſſaria eſt: vt ſcꝫ

oꝛdīeꝫ ad meritū. Relicto tñ libe. arbi i pu
ris nālibꝰ ꝑ inſtinctū ⁊ nāle iudicatoꝝ poſ
ſet in tale bonū: deo ſibi cōparāte: ſicut coo
paꝫ alijs creaturis. Nā ſine pꝛio agēte nul
lū agēs pōt agere. Hec. d. Bonauē. ad lr̄az
Aliā diſtinctionē ponit qdā magr̄ oꝛdis he
remitaꝝ ſup ſc̄do. di. xxviij. di. quū querit:
an hō ſine gr̄a ſpāli poſſit ſufficienter ſe di
ſponere ad opꝰ meritoꝛiū: r̄ndeo breuiter ꝙ
nō. Nā generalr̄ tria ſunt neceſſaria ad me
ritū gr̄e gratū facientis: q̄ ſine aliq̄ gr̄a grat̄
data heri non pn̄t. Primū ē q̄dā cognitio
fidei. Opꝫ. n. agnoſcere deū ſumme reuerē
dū: ⁊ ꝙ ei ē ꝑ oia obediēdū: ac ꝑ hoc oꝫ
aliquo mō cognoſcere quid iuſtū ⁊ qd in
iuſtū. Secūdū ē odiū ⁊ diſplicētia mali. Si
cut. n. in nālibꝰ trāſmutatiōibꝰ nō pōt eſſe
acceſſus ad vnū extremoꝝ: niſi ſit receſſus
ab altero. ſic in ꝓpoſito. Unde. s. Grego. dic.
Niſi malū oderimꝰ: bonū diligere nō poſ
ſumꝰ. Tertiū: amoꝛ ⁊ deſideriū boni in quo
eſt terminꝰ pꝛeparatiōis ad meritū. Cōſtat
autē: ꝙ hec ſine multiplici dei gratia habe
ri non poſſunt: maxime ſine bono iudicio ra
tionis: ⁊ ſuaſibilitate ipſius voluntatis ad
bonū vel ſine interna inſpiratione ad bo
nū: ⁊ huiuſmodi. Ex quo ſequitur: ꝙ ex pu
ris naturalibꝰ ſine aliqua noua gratia non
pōt hō ſufficienter de ſe diſponere ad opꝰ
meritoꝛiū: ⁊ gr̄az gratū faciētē. Quidā ali
us doctoꝛ ſic diſtinguit. Cū queris (inquit)
an hō egeat noua gr̄a in qualꝫ ſua opatōe:
r̄ndeo: ꝙ opationū tres ſunt ſpēs. Alique
ſunt nāles ⁊ volūtarie. alique ſpeculatiue
⁊ practice. alique ſupnaturales ⁊ diuie po
tentie. Operationes nāles nō egēt noua gr̄a
dei: pꝛout ē comedere: dormire: ⁊ huiuſmōi.
Qui cū natura vt dicit. 3. de aia. nihil faci
at fruſtra. hinc ē ꝙ nālr̄ ſine alio nouo au
xilio quālibet potētiā mouet ad ſuū actū.
Silr̄ nec opatio volūtaria eget auxilio no
ue gr̄e. q2 nālr̄ per ſe quelꝫ humana volun
tas bonū appetit ſeu felicitatē: dicēte Boe
tio ꝓſa. ij. tertij li. Ineſt mētibꝰ hoīuꝫ veri
boni nālr̄ inſerta cupiditas. Scde opatio
nes ſunt ſpeculatiue ⁊ practice. Sciētia āt
ſpeculatiua ⁊ maxie q̄ ē de dei cognitione:
a duobꝰ pꝛocedit: vꝫ a magiſtro docēte: ⁊ a
gratia dei gratis data mētē illuminātē. ꝗꝫ
gr̄az grat̄ datā hūerūt ēt pꝰbi ꝓut dic̄ Ale
xander de ales in. iij. pte ſūme tractatu de

gr̄a. de quo dono gr̄e gratis date. i. coꝛ. xij.
di. Alij dat ꝑ ſpūm ſmo ſapie. ⁊c̄. Hoc. n.
donū vt dicit Alexā. vbi ſup. nō creat i aia
ſꝫ potiꝰ ei dat. Et in hoc deceptꝰ ē Plato
q dixit. ꝙ in nobis fuerūt ſimul cōcreati ha
bitꝰ ſciaꝝ: q2 vt dicūt Theologi oēs in. iiij.
di. iiij. Hitꝰ virtutū dant ſolū in baptiſmo
ita ꝙ q nō ē baptizatꝰ: nō poteſt eē virtuo
ſus. Practica ꝟo ſcia ē ex pte actiua. Naꝫ
practica di a praxis: ꝙ ē opatio: ⁊ iſte artes
ēt egēt extrinſeco adiutoꝛe: ⁊ cōiter nō egēt
noua gr̄a dei. Tertie ꝟo opatiōes ſunt ſu
pnaturales ⁊ diuine: vt ē diligere deū ſup
oia: reſurgere a pctō: opari meritoꝛie ad vi
tā eternā. Iſte. n. nō ſunt opatiōes nāles:
q2 tūc qlibet hō in actibꝰ ſuis ſaluari poſ
ſet. Nec ēt ſunt volūtarie: q2 iudei: ſarace
ni ⁊ quicūqꝫ pctōꝛes ſaluarent: cū volunta
rie ſaluari cupiāt. Nec inſupꝰ ſunt ſolū ſpe
culatiue: q2 multi docti ēt in ſacra pagina
tñ nō icedētes ꝑ ſemitas dn̄i dānātur. vt di
cit Nico. de lira ſup illa ꝟba ꝓphe. Neſcie
runt neqꝫ itellexerūt opa dn̄i. Dicit. n. ibi.
Duplex ē ſcia. Prima ſpeculatōis ⁊ cogni
tiōis. ⁊ hāc multi habuerūt: vt phi: ⁊ hn̄t ⁊
tñ dānant. Scda ē opatiōis ⁊ electiōis. Et
h ē: q̄ ſaluat. De q̄ di Math. v. c. Qui fece
rit ⁊ docuerit h magnꝰ vocabit in regno ce
loꝝ. Nec inſup ſcie practice merent vitam
eternā: vt pꝫ ad oculū. Nā ſi medicꝰ q hēt
practicā medēdi: curaret oēs infirmos mun
di: nō ꝑꝑ hoc ſaluaret. Silr̄ ſi ſartoꝛ face
ret infinitas veſtes hoībꝰ: ꝑꝑ hoc nō ſalua
ret. Igitur vt concludā ⁊ ſufficienti diuiſio
ne. dico ꝙ ad actū intrinſecū ⁊ extrinſecuꝫ
meritoꝛiū vite eterne: neceſſario reqrit q̄dā
ſupnālis gr̄a dei. Ex p̄dictis igit diſtictioni
bus: pꝫ qualr̄ ſine ſpāli gr̄a dei nulla aia ꝑ
ſeipſaꝫ pōt ꝓcedere i actū meritoꝛiū vite et
ne. ¶ Quarto idē pꝛobo ſilitudine. Nā Cō
mē. ſup. xi. Meth. ait ad lr̄aꝫ. Natura nihil
agit ⁊ opat: niſi mota a ſupioꝛibꝰ cāis pꝫ.
Nā ignis ⁊ſi hēat formā ſuā: tñ nō pōt ꝑ
ſe aliqd calefacē: niſi ꝑ motū coꝛpoꝝ ſupe
rioꝝ dicēte phō. ij. de ce. ⁊ mū. Ignis ſine
ſupioꝛi agēte qđ ē celū. deſerꝰ agit ꝗꝫ in
ſtrumētū artificis ſine artifice. h ibi. Exēpli
ficā de celis. put vis. Qđ ſi ſic ē de nālibꝰ.
ꝙ nō creāt ēt in opatōes naturales ſine in
fluētia celeſtiū coꝛpoꝝ. g̊ a foꝛtioꝛi ſꝫ Tho.
ij. q. iij. ar. i. dicendū ē de ſpūalibus. q2 vꝫ

nō pōt qs deū ꝟe cognoſcere. nec vere dili
gere: niſi ꝑ actū fidei ⁊ charitatꝫ ſupnālem
Preterea videmꝰ ꝙ ſacerdos q̄ꝫtūcūqꝫ bo
nꝰ nō pōt ꝑ ſe aſcēdere ad dignitatē epa
tus ſine ſpāli gr̄a pape. Nō igit a ſili putet
qs: ꝙ aſcēdat ad eternā gl̄iā: niſi ex ſpecia
li gr̄a diuine maieſtatꝫ. Qđ ꝯfirmās Anſ.
lib. i. de gr̄a ⁊ li. ar. dicit. Sicut terra ſpinas
⁊ tribulos: ⁊ quaſdā herbas nō neceſſari
as ꝑ ſe germinat: vite ꝟo nccia nō ſine ſe
mine ſeminātis: ſic hō ꝑ ſe pōt germinare
vana ⁊ noxia: ea vero q̄ ſunt ſalutis nō pōt
ſine ſemine diuine gr̄e. Hec ille ibidē ponit
aliā ſilitudinē dicēs. Gr̄a ⁊ lib. ex arbitriuꝫ
ita ſe habent ad ea: q̄ ſunt ſalutꝫ. ſicut pr̄ ⁊
mr̄ ad ꝓlem. Uñ ſicut ſine pr̄e ⁊ mr̄e ꝓles
nō pōt naſci. ita ſine gr̄a ⁊ li. ar. hō nō pōt
bn̄ opari ⁊ ſaluari. Ex q̄ ēt ſilitudine pꝫ. q̄
liter eſt ipoſſibile: ꝙ qs ꝑ ſe ꝓducat actum
meritoꝛiū ⁊ ſupnālem ſine ſpāli gratia dei.
¶ Quinto deniqꝫ hoc idē ꝓbo vnico exem
plo. vꝫ apl̄i Pauli ad Ro. vij. di. Ego car
nalis ſum venūdatus ſub pctō. Qđ. n. ope
roꝛ: nō intelligo. Nō. n. qđ volo bonuꝫ hoc
ago: ſꝫ qđ odio malū: h facio. Et ſubdit di
cēs. Uideo aūt aliā legē i mēbꝛis meis re
pugnātē legi mētis mee: ⁊ captiuitatē me i
lege peccati: q̄ eſt in membꝛis meis. Infelix
ego hō qs me liberabit de coꝛpe moꝛtꝫ hu
ius: Gr̄a dei ꝑ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. Quo
exēplo pꝫ ſimul cū p̄dictis auctoꝛitatibus:
rōnibus: diſtinctionibus: atqꝫ ſilitudine: ꝙ
ſicut Paulus nō poterat actus meritoꝛios
ꝓducere ſine ſpāli gr̄a dei: ſic a ſili impoſ
ſibile eſt: ꝙ aliqs aliqñ ꝓducat aliquē actū
intriſecū vel extrinſecū meritoꝛiū ⁊ ſuper
nālē: niſi deus ſpāliter iſpiret: ſtimulet: ⁊ in
ducat ipm ad hoc faciēdū: Et per ꝯñs ex p̄
dictꝫ pꝫ tertiꝰ effectꝰ diuine clemētie: quo cla
re cognoſcit. ꝙ deꝰ oībꝰ quātū in ſe ē vult
gratiam dare. qui dicitur effectus iductōis.
¶ De quarto effectu diuine clementie qui
dicitur effectus cuſtoditionis.

Uartꝰ effectꝰ diuie clemētie quo
q clare cognoſci pōt: ꝙ oipotens ⁊
glorioſus deus vult oībꝰ q̄ꝫtū i ſe
ē ſuā gr̄am ⁊ eternā gl̄iam impartiri: di ef
fectꝰ cuſtoditionis. vꝫ angeloꝝ. Uidens. n.
deꝰ ꝙ ꝑꝑ oꝛiginalē culpā. ſicut hr̄ Geñ. vi.
Senſus ⁊ cogitatio cordis humani in ma
lum pꝛona ſunt. Et vidēs inſup ꝙ magna

magna eſt demonis malicia: qua ſtudet ſp
homines inducere ad peccandum: ne gl̄iaꝫ
ꝯſequant ex humilitate q̄ꝫ ipſe perdidit ex
ſuperbia. ⁊ inſuper q̄rit iugiter: ⁊ paruos ⁊
magnos homines ſeducere: ⁊ i peccati moꝛ
tem tradere: eo ꝙ vt di Job. xli. Non ē po
teſtas ſuper terram: que competur ei. Hinc
eſt ꝙ ꝑ clemētiā ſuā vnicuiqꝫ hominū de
dit angelū vnū in cuſtodiā: qui pꝛotegat ⁊
defendat eum a manibus ⁊ ptāte demo
nis: ⁊ qui eum iugiter inſpiret ne cadat in
malū culpe: ⁊ ſi ceciderit inducat eū ad re
ſurgēdū: ⁊ ſi reſurgere noluerit ꝑꝑ lib. arb.
facultatem ſaltem eū pꝛeſeruet: ne totiens
cadat in peccatum: quotiens caderet. ſi ſo
lus ſine eius cuſtodia ꝑſiſteret. Et iſup an
gelum dedit. vt pꝛomoueat hominē ad bo
num: ⁊ faciat eū pꝛoficere in virtutibꝰ ⁊ di
uina gratia. Propter hec tria igitur. vide
licet ꝑꝑ protectionē a demone. pꝛopter in
ductionem ad bonuꝫ. ⁊ propter pꝛeſeruatio
nem a peccatis. voluit diuina clemētia cui
libet angelum dare in cuſtodem. Quod q̄
druplicìter pꝛobo: Pꝛimo auctoꝛitatibus.
Secundo rationibus. Tertio diſtinctioni
bus. Quarto exemplis. ¶ Pꝛimo ꝓbo au
ctoꝛitatibus. Nam propheta dicit. Angelis
ſuis deus mūdauit de te: vt cuſtodiant te in
omnibus vijs tuis. Et Saluatoꝛ Matthei.
xviij. dicit. Uidete ne cōtēnatis vnū ex his
puſillis: qui in me credunt: Dico eniꝫ vobis
quia angeli illoꝛum ſemper vident faciēꝫ pa
tris noſtri: qui in celis eſt. Itē Yſa. lxij. dici
tur. Super muros tuos hieruſalem conſti
tui cuſtodes. Ubi gloſa dicit. Muri ſunt
apoſtoli: cuſtodes vero ſunt angeli. Itē Ec
cleſiaſt. decimooctauo dicitur in vnamq̄ꝫqꝫ
gentem pꝛepoſuit rectoꝛem. Glo. i. angeluꝫ
Et Hieronymus ſuper illud Matthei. deci
mooctauo. Angeli eoꝛum ⁊c̄. ait. Magna di
gnitas eſt animarum: vnaqueqꝫ ab oꝛtu na
tiuitatis ſue habeat angelum ad ſui cuſto
diam deputatum. Et Apoc. vigeſimo. Ioā.
ait. Uidi angelum deſcendētem de celo ha
bentem clauem abyſſi: ⁊ cathenam magnā:
ideſt poteſtatem in manu ſua: ⁊ appꝛehen
dit dracon em ſerpentem antiquum: qui eſt
dyabolus ⁊ ſathanas. ⁊ ligauit eum ideſt
eius poteſtatem ipediuit. vt nō tētaret q̄ꝫtū
vult tētare. ſ. vſqꝫ ad caſum. Uñ ⁊ gl. dicit
ꝙ ptās dyaboli ligat a deo pꝛincipalr̄. ſed

ab angelo ⁊ homine ſancto inſtrumẽtaliter
ſinꝗtum angeli ⁊ ſancti hoīes virtute dei d
monẽ arctant ⁊ expellūt. Deniqꝫ apoſto. ad
hebꝛe. i. ait. Oēs ſunt adminiſtratoꝛij ſpūs
miſſi ꝓpter eos q hereditatẽ capiūt ſalu
tis. Que verba declarans ſanctus Bonauē
tura in ſcḋo. di. io. ar. i. q. ſa in. coꝛpe. q. dicit:
De miſſione oīuꝫ angeloꝝ eſt diſtinguēdū
Eſt enim miſſio exterioꝛ: que eſt ad nos. Et
eſt miſſio interioꝛ: que eſt ad angelos: ſed ꝓ
pter nos. Si d miſſione exterioꝛi loquamur
ſic nō ꝯpetit oībꝰ angelis actualiter ad nos
venire: ⁊ nos cuſtodire: quia vt dicit Dyoſi.
Agmina ſupꝛemoꝝ angeloꝝ: que ꝑeminent
⁊ aſſiſtunt i cōſpectu dei: vſum exterioꝛis of
ficij cōīt nūꝗ̄ exercent. Ꝓpṫ qḋ Paulꝰ
nō intellexit de miſſione exterioꝛi. Si autem
intelligamꝰ de miſſione interioꝛi: q̄ eſt ad an
gelos ꝓpter nos: ſic mitti cōpetit omnibꝰ
angelis: qm̄ ſupioꝛes mittūtur ad medios.
⁊ medij ad īfimos. dū reuelādo eos illumi
nāt ad ea q̄ nr̄e ſaluti expediūt. Hec Bona
uētura ad litterā. Ex ꝑdictis auctoꝛitatibꝰ
patet: qualiter diuina clementia cuilibꝫ dat
angelū vnuꝫ in cuſtodē: ⁊ vltra hoc ceteros
oēs angelos noſtros facit cōtra dmonē ad
iutoꝛes. ❡ Secūdo hoc ꝓbo duplici ratiōe
Primo rōne contrarietatis. Secūdo rōne
charitatis. ❡ Pꝛio ꝓbo rōne ꝯtrarietatis
Fundamētū rōnis ponit phs ſcḋo d celo ⁊
mundo. di. Si vnū ꝯtrariū ē in natura. igiṫ
⁊ reliquū. pꝫ hec regula. Nā ſi repiṫ album
ḡ ⁊ nigrum: Et ſi dulcedo: ergo ⁊ amaritudo
Et ſi lux: ergo tenebꝛa. Et ſi malum: ergo bo
nū. Sic. n. dicit Eccl. 33. Cōtra malū eſt bo
nū. Quo ꝑſuppoſito certū eſt: ꝙ deꝰ dedit
hominibꝰ malos demones ad tentandū. di
cēte Apo. ad Eph. vltimo. Nō eſt nobis col
luctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſꝫ ad
uerſus pꝛincipes ⁊ ptātes: aduerſus mūdi
rectoꝛes. i. demōes tenebꝛaꝝ haꝝ. Qḋ ſi ſic
eſt ḡ a foꝛtioꝛi debet nobis dare ſuū oppoſi
tū. vꝫ. angelos ad cuſtodiā: Qḋ ſi non face
ret vtiqꝫ natura i h deo ꝑfectioꝛ eēt: q̄ ſi dat
vnū ꝯtrariū: ꝑbet ⁊ reliquū. Sꝫ cū hoc ſit
impoſſibile: ꝙ natura naturata ſit ꝑfectioꝛ
nā naturante. ergo neceſſe eſt cōcludere. ꝙ
deus ex quo dat angelos malos ad tētādū
dat ēt cuilibet angelū bonū ad eis reſiſten
dū. Et tanto magis crediṫ ꝙ dat: ꝙ̄to deꝰ ē
ꝓnioꝛ ad miſerēdū ⁊ ſaluādū: ꝗ̄ ad puniē
dum ⁊ damnandū. Et nota ſm Alexanḋ
de ales i ſa pte ſumme. q. ix. ꝙ deꝰ duplr
hoīem cuſtodit. Uno mō imediate ꝑ ſeipſū
grām infundendo: ⁊ ad gl'iam deducendo.
Alio mō mediante. ſ. per angelū ad grāꝫ ⁊
gl'iam hominēꝫ diſponēdo. vt verbi gratia.
Sicut. n. in artificialibus alia eſt cā diſpo
nens ad foꝛmā. ⁊ alia inducens foꝛmam: pꝫ
Nā ignis diſponit ad foꝛmā cultelli mollifi
cādo ferrū: ⁊ artifex vel pꝛincipale agēs foꝛ
mā cultelli inducit. Sic angeloꝝ ē officium
homines ad grāꝫ ⁊ gloꝛiā: ꝑparare: ꝑ illumina
tionē intellectꝰ ⁊ inflāmationē affectꝰ: q̄ er
ga nos inſtrūaliter operanṫ Sꝫ dei eſt vt ꝓn
cipalis agentis ⁊ cuſtodiētis vltimā ꝑfectio
nē hanc dare. ſ. grām ꝯiūgentē nos gr̄e cō
ſeruāti ⁊ fini vltimo. ſ. gloꝛie. ⁊ licet magna
ſit ptās oīum demonū ad tētādū hoīem: li
cet nō patiaṫ deus hoīem tentari ſupꝛa illḋ
qḋ pōt: tamē maioꝛ q̄ſi in infinitū ē ptās ſo
lius boni angeli cuſtodiētis hoīem: intellige
ꝑ grām nō ꝑ naturā: ꝗ̄ ſimul ſit ptās oīum
demonū. ❡ Scḋo hoc idē pꝛobo rōne cha
ritatis. ꝙ vꝫ deus ꝑ clementiā ſuā dat cuili
bet angelū i cuſtodē. Fundamētū rōis po
nit phs ſcḋo de aīa. ⁊. vij. Metha. ⁊ ēt Au
ctoꝛ. li. vi. pncipioꝝ di. Foꝛma ē q̄ dat eē rei
qua ablata nō eſt res: Pꝫ h regula. Nā pe
trus diciṫ eſſe hō per ſuam foꝛmā ſimṫ cuꝫ
coꝛꝑe coniūctā: q̄ foꝛma ſm phm de aīa eſt
ipa aīa rōnalis. Sed poſito ꝙ hec foꝛma. ſ.
rōnalis aīa ſeꝑetur a coꝛꝑe: iā coꝛpus illḋ ꝑ
ſe: nec inſuꝑ aīa ſeꝑata poterūt āplꝰ appel
lari Petrꝰ vl' hō. dicēte phō. vij. Meth. Hō
moꝛtuꝰ nō ē hō: niſi equoce. Silr domꝰ tan
to diciṫ domꝰ eſſe: ꝗ̄to in ea remanet foꝛma
domꝰ: ſꝫ cū fuerit deſtructa ⁊ totaliter rui
nata: nō amplꝰ vocabiṫ domꝰ: ſꝫ magis la
pides: cemētū: ⁊ hmōi. Quo ſuppoſito cer
tū ē: ꝙ caritas ſola ē q̄dā foꝛma oīuꝫ virtu
tū nō foꝛmaliter ꝑficiēs ſubiectū. ſꝫ ſimplr
totū ꝯpoſitū. ſ. hoīem: ⁊ ad debitū finē ꝑdu
cēs. ſine q̄ foꝛma. i. caritate nulla vtꝰ pōt di
ci vera virtꝰ cū finem pꝛopꝛium nō attingat
Qḋ ꝯfirmās Inno. tertius ex d renūcia. c.
niſi cū pridē. §. quippe: ait. Quippe ſi quāto
cūqꝫ virtutū floꝛe refulgeas: ⁊ i te nō habes
charitatē: nihil cōpꝛobaris habere. Quod
ſi ſic ē: ꝙ. ſ. charitas ē ꝑfectio cuiuſcūqꝫ rei
pꝛecipue intellectualis. claꝝ ē: ꝙ cū deus vt
diciṫ pꝛio Jo. iiij. ſit q̄dā charitas eēntialis;



debuit potiſſime ex lege caritatis vnicuiqꝫ
hoī angelū bonū mittere in cuſtodiā. qm̄
ſm Bonauē. in ſo di. io. art. i. q. i. in coꝛpoꝛ
q. Talis miſſio ꝯcoꝛdat caritati diuine: ca
ritati angelice: ⁊ caritati humane. ❡ Pꝛio
dico: ꝙ talis miſſio conuenit caritati diui
ne: qꝛ in hoc manifeſtatur diuina bonitas:
que tm̄ noſtrā ſalutē diligit: dū nobiliſſimi
ſpūs qui ei intima caritate iungunṫ: dirigit
⁊ tranſmittit ad pꝛocurandā ſalutē nr̄am
❡ Secundo hoc etiaꝫ competit caritati an
gelice. Cum. n. caritatis ardentis ſit deſide
rare alioꝛum ſalutem: ⁊ angeli poſſunt nos
iuuare. pꝛo eo ꝙ vident nos ſuo auxilio in
digere: ⁊ malos angelos nos īdiſinenter im
pugnare. ideo ꝙ ad nos mittātur: lex exigit
caritatis angelice. ❡ Tertio deniqꝫ h etiaꝫ
competit caritati humane. que qm̄ paruu
la eſt: ꝗ̄diu ſumus in via indiget foueri nu
triri. ⁊ excitari. Et quoniam angeli ſunt cō
ciues hoībus: cum nō ſint eis ꝯiuncti ꝑ ſi
militudinē nature: que excitat ad amoꝛem
ideo opoꝛtuit eoꝝ iungi ꝑ obſequiū benefi
centie. Et ſic ex pꝛedictis rōnibus pꝫ: qualiṫ
deus cōgrue pꝛecet cuilibet hoi bonuꝫ an
gelum contra malignos hoſtes ad cuſtodi
am. ❡ Tertio hoc idem pꝛobo diſtinctioni
bus. Nam Bonauē. in. 2. di. xi. in qōnibꝰ cir
ca litterā. q. i. querit. an ab oꝛtu natiuitatꝭ:
anima cuiuſlibet pueri: dato ꝙ non ſit ca
pax diſcipline: ⁊ non poſſit mereri vel deme
reri: debeat habere bonum angelum ad cu
ſtodiā deputatum: reſpondit dꝫ. ꝙ ſic. ⁊ nō
tm̄ ei competit angelus in natiuitate: que ē
extra vterum: ſed etiam in natiuitate: q̄ fit
in vtero: cum. ſ. anima de nihilo creata coꝛ
poꝛi ꝯiungitur. Et tunc. n. ⁊ non ante debet
angelica cuſtodia circa eum qui naſciturꝰ
eſt deputari: quia illa cuſtodia pꝛincipalius
reſpicit ſpiritum ꝗ̄ coꝛpus: ⁊ ideo nō debꝫ
ſpecialem angelum in ſui cuſtodiā habere:
anteꝗ̄ ſpiritus infundaṫ. Non dꝫ ēt differ
ri: quia extunc defendere poteſt: ⁊ adiuuare
magis tm̄ ⁊ magis: ſꝫ diuerſa tempoꝛa. Dū
enim eſt in vtero paruulus: poteſt interim
occidi ⁊ damnari. dum eſt extra vterum an
te adultam etatem poteſt baptiſmate impe
diri. Dum vero eſt in adulta etate: ad diuer
ſa poteſt pertrahi peccata. Contra hec om
nia in his tribus ſtatibus debet ſibi angeli
ca cuſtodia deputari: vt per eaꝫ ab his ma
lis poſſit paruulus ab aduerſario erui ⁊ de
fendi: ꝗ̄diu careret vſu rōnis. Hec ibi ad lit
terā. Aliā diſtinctionē ponit idē Bonauē.
in. 2. di. xi. ar. i. q. xi. in coꝛpoꝛe. q. dicēs quiꝫ
queritur: an ſit competens: angelum ad cu
ſtodiā hoīs deputari: rn̄deo ꝙ ſic: qꝛ ⁊ ſi an
gelus per hoc in multis ei pꝛoſit ⁊ ſubueni
at ſpāliter tn̄ ad hoc deputatur: vt ab inui
ſibili aduerſario eū defendat. Et qꝛ aduer
ſarius vndiqꝫ nos impugnat. (Nam rōnē
ſeducit per aſtutias: voluntatē allicit ꝑ blā
dicias. virtutes oppꝛimit per violentiam.)
iō bonus angelus ad hoc nobis datur: vt
hominē defendat ab oppꝛeſſione cōtra vio
lentiā: vt hoīem erudiat ⁊ illuminet contra
fallaciā: vt hoīem incitet ad bonū ꝯtra blā
dicias: vt hoīem inflāmet ad diuinū amo
rem ꝯtra pigriciā ⁊ ſenſualitatem. Et nota
ꝙ angelus tante eſt caritatis: ꝙ nūꝗ̄ ſub
trahitur ab hoīe peccatoꝛe Et ab ipſo anti
xpo: qui ſicut nos bonum angelum in cuſto
diam habebit: ⁊ cuſtodie beneficium. Et ra
tionē aſſignat ſanctus Bonauē. in. 2. diſt. xi.
ar. 2. q. 2. di. Pꝛonioꝛ eſt bonus angelus ad
iuuandum: ꝗ̄ malus angelus ad perdēdū
Sed clarum eſt: ꝙ malus angelus hoīem
ꝗ̄tumcūqꝫ ſanctum nō derelinquit vſqꝫ ad
moꝛteꝫ. ergo a foꝛtioꝛi nec bonus angelus
hoīem ꝗ̄tumcūqꝫ ſceleratū ⁊ obſtinatū nō
derelinquit. vſqꝫ in finē. Eſt tamen ſciēduꝫ
ſm eundem Bonauē. eo: ar. ſed. q. i. ꝙ du
plex eſt effectus angelice cuſtodie in homi
ne obſtinato. Unus reſpectu boni acquiren
di: augendi: ⁊ conſeruandi. Alius reſpectu
mali vitandi: diminuendi: ⁊ deſerēdi. Quā
tum ad pmū effectū deſerit angelus obſti
natū: ſed nō quo ad ſm: Ideo ſemper inci
tat: ⁊ mouet: ⁊ illuminat intellectū interna
inſpiratione: vt maluꝫ relinquat. hec Bona
uētura. Ex pꝛedictis igiṫ diſtinctionibꝰ pꝫ:
qualiter diuina clemētia dat cuilibet homi
nū angelum: qui eum cuſtodiat ⁊ defendat
ab iniquo hoſte. ❡ Quarto deniqꝫ hoc idē
pꝛobo exēplis. Pꝛimū exemplum: qualiter
datur angelus: vt nos defendat ab hoſte:
hꝫ Tho. vi. vbi legiṫ: ꝙ angelꝰ Raphael ꝑ
ſuauit Thobiā minoꝛē a demōe: ne demō i
ꝯiugio eū ſuffocaret: ſicut ſuffocauerat: ⁊
occiderat ſeptē alios viros ipudicos: dū eū
Sara filia Raguelis vxoꝛe eoꝝ carnali co
pula vterenṫ. Nā docuit eū āgelꝰ vt ꝑ tres

noctes ſtaret i oṙone ⁊ in timore dei ſimul' cū
Sarra:quam in vxoreꝫ acceperat:ac poſtmo
dum cauſa generande prolis ſimul commi-
ſceretur. Cuius conſilio cum fidem prebuiſ-
ſet incolumes a malignitate hoſtis ꝑſerua-
ti ſunt. Aliud exemplum:qualiter angelus
nō tm̄ preſeruat a demone:ſed inſuper pre-
ſeruat a peccato perpetrando.ponitur Nu-
meri.xx.vbi legitur:ꝙ cuꝫ Balaam corrupt⁹
mercede procederet ſuper aſinam ad male-
dicendum populo iſrael:ſtatim apparuit ei
angelus cum gladio euaginato:dixitqꝫ ſibi.
Ecce ego veni vt aduerſarer tibi:q: peruer
ſa eſt via tua:retrocede ⁊ noli ire. Quod ⁊
fecit. Quo exemplo etiam patet qualiter an
gelus illuminat oēs:ne peccēt. ¶ Aliud exē
plum ponitur figuratiue Geneſ.xvi.vbi legi
tur. ꝙ cum angeli vellent ignem mittere in
Sodomā ⁊ Gomorrā dixerūt ad loth:cogē
tes eum exire. Tolle vxoreꝫ tuam ⁊ duas fi
lias quas habes:ne ⁊ tu turpiter pereas.et
ſubdit. Diſſimulante eo apprehēderunt ma
num eius:⁊ manum vxoris ⁊ filiarum eius:
⁊ eduxerūt eum extra ciuitatem. Scḋ̄ꝫ iſtū
modum angeli boni peccatores ſubleuant a
peccatis. Moraliter enim ꝑ loth ſignificat
ratio.ꝑ vxorem caro: ꝑ duas filias: cogita
tio ⁊ affectio peccati. Loqūt ergo angeli ſpi
rituꝫ vt exeat a Sodomis:Volūtati ſuadēt
vt tollat vxorem.i.carnem a peccati ꝯſuetu
dine.⁊ duas filias.i.cogitationē ⁊ affectio
nē abſtrahat a pctō. Sed diſſimulantib⁹ no
bis monitionē ⁊ inſpirationē angelicā.mul
totiens inferunt:quaſi vim ⁊ apprehendunt
manum eius prebentes adiutoriū volūtati
ſpiritus ac manū vxori: prebentes auxilium
carnis fragilitati ⁊ cogitationi:⁊ affectioni:
que ſunt quaſi due filie ad exeū dū ꝺ pecca
to. Deniqꝫ qualiter angelus excitat affectū
conſopitū ad bene operandū:habem⁹ figu
raliter exemplū:Actu.xii.vbi dicit.ꝙ angel⁹
domini aſtitit:⁊ lumē refulſit in habitaculo
carceris:ꝑcuſſoqꝫ latere Petri excitauit eū
dicens. Surge velociter. Moralit petr⁹ dor
miens eſt homo ad bene operādū negligēs
due cathene ſunt pronitas ad malū: ⁊ diffi
cultas ad bonū. Et ideo ſic hominē excita
tum ꝑcutiunt angeli: ⁊ mittendo timoreꝫ in
corde. Ideo dicitur ꝙ eum ꝑcuſſit in latere
.i.ad voluntatē excitandā ad bonuꝫ opus.
Ex ꝑdictis itaqꝫ rationib⁹: auctoritatibus
diſtinctionib⁹:atqꝫ exemplis patet:qualiter
diuina clemētia exhibet cuilibet homini no
biliſſimū angelū:qui eū ab hoſte defendat:
⁊ ad bonū iugiter inſpiret ⁊ inducat:cui de
bemus ꝯſentire.q: vt dicitur Luce.xv. Gau
diū eſt angelis dei ſuper vno peccatori.⁊c̄.
Super que verba Ber.ait. Curramus om
nes ad deū:non paſſibus corporis.ſed affe
ctuoſis deſiderijs atqꝫ ſuſpirijs cordis:quo
niā non ſolū angeli:ſed etiam angeloꝝ crea
tor nos expectat: Expectat nos deus pater
tanꝙ̄ filios ⁊ heredes:vt cōſtituat nos ſuꝑ
omnia bona ſua. Expectat nos dei filius tā
ꝙ̄ fratres ⁊ coheredēs:vt fructū ſue natiui
tatis ⁊ ꝑcij ſui ſanguinis ꝑticipemus. Expe
ctat nos.ſ. Ipſe ſiquidē eſt bonitas ⁊ beni-
gnitas:in quo ab eterno ꝑdeſtinati ſumus:
nec dubiū quin predeſtinationē ſuam adim
pleri velit. Ergo qa tota celeſtis curia ſimul
cum ſanctis angelis nos expectat: ⁊ deſide-
rat:deſideremus eaꝫ nos:⁊ curram⁹ ad eam
ꝙ̄to poſſumus deſiderio.hec ille. Et ſic etiā
ex predictis patet quartus effect⁹ diuine cle
mētie:q dicit effect⁹ cuſtoditiōis:q̊ clare co
gnoſcit ꝙ deus vult omnes ſaluari:⁊ omni
b⁹ mediāte cuſtodia ſuoꝝ angeloꝝ eternaꝫ
beatitudinem impēdere:ꝙ̄ nobis in preſen
ti concedat ꝑ gratiam rex angelorum ieſus
xp̄us dominus noſter.⁊ in futuro ꝑ gloriaꝫ
Qui viuit ⁊ regnat deus ꝑ oia.ſ.ſ. Amen.

¶ Sabbato poſt dominicaꝫ ſepuageſſime.
Sermo ſeptimus.

## Fides tua te

ſaluum fecit Luc.vij. Illa
imēſa ineffabilis ⁊ infinita
atqꝫ eterna ſapiētia oipotē
tis dei:q̄ de nihilo mundus
factus regit ⁊ gubernat.ꝓ-
uidit ab eterno loquēdo ꝑ ſimilitudinē:ꝙ
ſicē nō ſufficit infirmo corꝑaliter ſimpliciter
vti doctrina ⁊ ſcientia medici:ad h̄ vt ſani-
tatem recipiat: ſꝫ inſuper querit ꝙ per me-
dicū actualiter deꝫ egroto aliqua materia-
lis medicina:ſic etiam a ſimili nō ſufficeret
ad ſalutē animaꝝ angeloꝝ cuſtodia:iſpira
tiō atqꝫ illuminatio:niſi ēt actualiter daret
ipſis animalib⁹ aliqḋ ſpeciale remediū ſeu
aliqua ſpūalis medicina tāꝙ̄ ſumme neceſ
ſaria. Hinc ē ꝙ ꝑ conſiliū ſuū ineffabile de
ex cuiꝫ humano pp̄lo ꝓꝑ diuerſa pccā ſpūa
liter infirmo aliqḋ ſalubre remediū exhibe
re:quo facilius ⁊ ab oī ſpūali infirmitate ſa
naret:⁊ iſuꝑ facilius vitare poſſet ſpiritua
les infirmitates diuerſoꝝ peccatoꝝ. Pro
pter hoc igitur nō immerito diuina clemen
tia ordinauit ꝙ ſeptē eccl'iaſtica ſacra inſti
tuerent:q̄ vꝫ ſunt:Baptiſm⁹: Confirmatio:
Extrema vnctio: Euchariſtia: Penitentia:
Ordo:⁊ Mr̄imoniū. Quoꝝ oīum ſacramē
torum virtutem ⁊ efficatiam in ſequētib⁹ do-
mino dante.patebit quinto effectu.
¶ De trib⁹ vltimis effectib⁹ diuine clemen
tie ⁊ primo:de.v.q dī effectus inſtitutiōis.

Quintus igit effect⁹ diuine clemē
tie:quo clar cognoſci pōt:ꝙ oīps
⁊ gl'ioſus de⁹ vult oīb⁹ grāꝫ ſuā
⁊ eternā gloriā impendere: dicit effectus i
ſtitutionis:vꝫ ſacramētoꝝ. Sicut.n. in pro-
hemio predictū eſt:diuina clemētia:ꝓꝑ ani
maꝝ ſalutē voluit inſtitui ſacra eccl'iaſtica
tanꝙ̄ ſumme neceſſaria nobis ad gratiam
⁊ gloriā acquirēdā. Que neceſſitas triplici
ter probat.primo auctoritatibus.ſecūdo ra
tionibus.tertio diſtinctionibus. ¶ Primo
ꝓbat auctoritatib⁹. Nā Dyo.c.i. Angelice
hierarchie.ait. Neqꝫ.n.aliter poſſibile ē no
bis ſupluceꝛe diuinū radiū:niſi varietate ⁊
decore diuoꝝ velaminū.i.ſacroꝝ anagogi-
ce circūuelantium nos. Item Ber.in ſuis
ſententijs dicit. Sacramenta nobis a deo
iō data ſunt:q: ſacra faciunt animam ſan
ctam ⁊ mundā:q̄ mūdicia exigit ad viden
dū diuinā maieſtatē. ſic ſcriptū ē Matth.
v. Beati mundo corde: qm̄ ipſi deum vide-
bunt. ¶ Secundo etiam probo triplici rōe
vꝫ ꝙ ſacra eccleſiaſtica non immerito tāꝙ̄
neceſſaria nobis a diuina clementia ſunt in
ſtituta.primo ratione decorationis. ſecūdo
ratione preſeruationis.tertio ratiōe reſtau
rationis. ¶ Primo probo rōne decoratōis
ſeu ornatōnis.vꝫ ꝙ ſacra ſaluti noſtre ſunt
neceſſaria. Fundamētū rōnis ponit aucto:
in li.de cāis dī. Quicqd perfectiōis eſt i cā
ſcḋa nobiliori ⁊ altiori modo:debet eſſe in
pria. Pꝫ hec regl'a. Nā ſi auctoritas abſol
uēdi q̄ ē quedā ſpūalis ꝑfectio inuenit in
ſimplici ſacerdote vel i epō:a fortiori eadeꝫ
auc̄tas ꝑfectius inuenit in papa. Similr ſi
Marchio vel dux i ducēdo vxorē:eā a capi
te vſqꝫ ad pedes:ꝓꝑ ipſoruꝫ honorē ⁊ dele
ctationē mirabil'r ornāt:a fortiori. Rex ſeu
iꝑator h̄ idē ꝑfecti⁹ facere credūtur. Itē ſi
miles dꝫ hr̄e thalamū auro ⁊ oī lapide ꝑcio
ſo adornatum:a fortiori h̄ deret velle dux:
rex:atqꝫ imꝑator. Quo ꝑſuppoſito certū ē
ꝙ rōnalis aia ꝑ fidē efficit ſpōſa xp̄i. Sic
.n.dī Oſee.ij. Deſpōſabo te mihi in fide in
ſempiternuꝫ. Q ꝺ ſi ſic eſt: qs dubitat quin
velit xp̄s ꝙ talis aia(ſi dꝫ introduci ad nu
ptias regis celeſtis)ſit ornata margaritis
oīum ſꝑ'l virtutū.tam moraliū:ꝙ̄ theologi
caꝝ: Hoc.n.claruit i illo de quo Mat.xxij.dī
figuratiue.ꝙ cū ingreſſus eēt ad ꝯuiuiuꝫ
regis ſine veſte nuptiali:vꝫ caritatis:cetera
rūqꝫ virtutū:ſtatim ab ipſo rege acriter in
crepat⁹ ꝑ miniſtros ſuos ligatꝫ pedib⁹ ⁊ mani
b⁹ in tenebras exteriores deiect⁹ ē. Sed h̄
exēplo ꝑtermiſſo(vt ꝺ ſtatu pn̄tis vite lo-
q̄r)dico:ꝙ ſi tꝑal' rex exigit thalamū oī la
pide ꝑcioſo ornatū:a fortiori ſpūal'r rex re
gū xp̄s dn̄s ih̄s:⁊ tota ſciſſima trinitas exi
git:ꝙ tēplū ſuū i quo hitat:ſeu thalamus
qḋ ē cor humanū ſit ornatū oī gn̄e ſcārum
ꝟtutū. Q ꝺ.n.hitet Trinitas ſcā i pn̄ti vita
i humano corde:tāꝙ̄ in thalamo ſuo:teſta
tur. Saluator Jo.xiiij.dī. Si qs diligit me
diliget a pre meo:⁊ pr̄ meus diliget eum:⁊
ad eū veniem⁹: ⁊ māſionē apud eum facie
mus. Et Apo.dicit ad Ro.xij. Vos eſtis tem
plū dei. Et ꝙ reqrat deus:ꝙ ſint oēs virtu
tes tam theologice:ꝙ̄ infuſe vel morales in
corde:in quo per gratiam habitare ⁊ quie
ſcere dꝫ pꝫ. Nam de virtute fidei dī ad He
breos.xi. Sine fide impoſſibile eſt placē deo
De ſpe aūt neceſſaria dicit Aug. in Enche
ridion. Sine virtute ſpei nō habitat deus i
tēplo humani cordis. De caritate aūt ne-
ceſſaria dicit idē Aug.in li.de laude carita
tis. Non hꝫ pacem ſpūſſanctus cū aīa.que
caret caritate. De ceteris autem virtutibus
neceſſarijs dicit idē Aug. i li.de morib⁹ ec-
cl'ie. Si ꝑſeueraueris in oī virtute.⁊ defici
as i vna:⁊ de⁹ erit a te alien⁹:⁊ iuſticia dei
iudicabit te.ac ſi nullā vnꝙ̄ hūiſſes virtu-
teꝫ. Quibus ꝑmiſſis.vꝫ ꝙ ſciſſima trinitas
reqrit:ꝙ aīa ſit vniuerſaliter plena ⁊ orna-
ta cūctis virtutib⁹: ſi dꝫ in ea habitare ꝑ
grām in pn̄ti:⁊ ꝑ ꝯſumatā gl'iam in futu-
ro Sꝫ manifeſtū ē.ꝙ i ſacris ꝑcipue ꝯferē
grā i aīa ſeu ifundit.dī. B.i ſmōe de cena
dn̄i. Sicut inueſtit canōic⁹ ꝑ libꝝ:abbas ꝑ

baculum: epūs per annulum: ſic dimenſionēs
grāꝝ diuerſis ſunt tradite ſacr̄is. Itez ma
giſter in .iiij. di.i. ſacr̄m diffiniens: ait: Sacra
mentum eſt inuiſibilis grē viſibilis forma.
Qđ optime ꝯfirmās ſanctus Bonauētura
in .iiij. di.i.ar.i.q.iiij. in corpe.q. dicit. Cū q̄
ritur an ſacr̄a ſint gratie contentiua. r̄ndeo
non eſt ꝯcedendū: ꝙ gratia ꝯtineat i ipſis
ſacr̄is eēntialiter ⁊ ꝓpe: ſicut aqua ꝯtinet
in vaſe: ⁊ medicina in pixide: q: h̄ intelligē
eſſet erroneū. Sed dicunt continere gratiaz
qa methaphorice dicunt vaſa grē: ꝓpter
quattuor cauſas. Nā dicunt p̄mo vaſa grē
qa ſignant gratiam: ſicut vas contīnēs ſigt
contentū. ¶ Scđo dicunt vaſa gratie: qa
gratia ꝯfertur realiter ipſis: niſi ſit impedi/
mentum in recipiēte. Intellige tn̄ ꝙ gratia
ſit in aīa non in ſignis viſibilibus: ſicut vinum
ē in canepa: ⁊ nō i circulo exteriori ¶ Ter
tio dicunt vaſa grē: q: per illa ſicut p vaſa
hauritur gratia in aīa de fonte ſaluatoris.
¶ Quarto dicunt vaſa gratie: quia ad illa
recurrendū eſt ꝓ grā: ſicut ad vas ꝓ liquo
re. h̄ ibi ad lr̄am. Cū quo ꝯcordās Ricar. in
iiij. di.iiij.ar.i.q.i. in corpore.q. dicit. Cū q̄ri
tur an paruuli recipiant grāz precipue in ſa
cr̄o baptiſmi. R̄ndeo: ꝙ paruuli i baptiſmo
recipiunt effectum baptiſmi. Effectus autē
baptiſmi ſūt peccati purgatio: grē collatio:
pene remiſſio: caractheris impreſſio: ⁊ fo/
mitis repreſſio: hec aūt oīa paruuli recipiunt
in baptiſmo: q: aīa nata eſt predictos effe/
ctus ſuſcipe. Et in ꝑuulis nihil eſt: qđ eorū
ſuſceptionē poſſit ipedire: ⁊ fides eccl̄ie nō
efficiendo aliquā qualitatē in ꝑuulis: ſꝫ ex
diuina ordinatōe eos ad ꝑdictoꝝ ſuſceptio
nem diſpoſuit: et ille q principalit̄ babtizat
(id eſt deus) liberaliter influit. h̄ Ric. ad lr̄az
ꝙ ſi (vt pꝫ) ſacr̄a ſūt cauſatiua gratie i aīa
eo modo quo predictū eſt: certū eſt ꝙ vbi ē
gratia. ibi p ꝯn̄s ſunt oēs virtutes theolo/
gice. vꝫ fides: ſpes: ⁊ caritas. Sed vbi ſunt
he ꝟtutes: ſunt ēt babitus ceteraꝝ omniuz
ꝟtutū nō theologicaꝝ ſed moraliū. Qđ cō
firmās Tho. i.2.q.lxviij.ar.v. in corpe.q. di.
Cū querit̄ an ſeptē dona ſpūſci: ⁊ habit⁹
aliaꝝ virtutū ſimul ꝯnexa ſint cū grā ⁊ ca/
ritate. r̄ndeo ꝙ ſic: q: ſicut vires appetitiue
diſponunt p virtutes morales in compara/
tione ad regimē rōnis: ita omnes vires aīe
diſponunt p dona: ⁊ habitus virtutum in/
corporatione ad ſpm̄ ſcm̄ mouētē. Spūs āt
ſanct⁹ habitabit in nobis p grāz ⁊ caritatē
infuſam. ſm illđ ad Ro. v: Caritas dī diffu
ſa eſt in cordib⁹ noſtris per ſcm̄ ſpm̄: qui da
tus eſt nobis. Igitur ſicut ꝟtutes morales
ꝯnectunt ſibi inuicem in prudentia: ita habi
tus oīuz virtutū ⁊ dona ſpūſci ꝯnectunt
ſibi inuicē in caritate: ita. ſ. ꝙ q caritatē hꝫ:
oēs habitus virtutum: ⁊ ſeptem dona ſpūs
ſci hꝫ: quoꝝ nullū ſine caritate haberi pōt.
h̄ Tho. ad lr̄am. Qđ breuiter affirmās ſā/
ctus Bonauentura in .iiij. di.iiij.ar.vlti. in
corpore.q. dic̄. Cum queritur an paruuli in
baptiſmo recipiant rez ſacr̄i. i. grām: ⁊ habi
tus virtutum: r̄ndeo dimiſſis alijs opinioni
bus: que modo non tenent: dicendū eſt cum
magiſtro: ꝙ dantur eis habitus ꝑfecti ꝟtu
tum ſicut ⁊ adultis: q̄uis p illos ex indiſpo
ſitione corporis non operent: ſiue q̄uis non
habeant vſum coꝝ. h̄ ille ad lr̄am. Et qb⁹
oibus recte ꝯcluditur: ꝙ et quo p ſacr̄a oīa
decorarunt oi genere virtutū theologicarum
ſimul ⁊ moralium: decentiſſimū fuerit: ꝙ ꝑꝑ
hoc diuina clemētia ⁊ ſacr̄a iſtitueret: ⁊ no
bis ꝯcedāda preberet. De virtutibus tn̄ mo
ralibus. apud aliquos opinio eſt: ꝙ non ſi/
mul infundant habitus earū cū virtutib⁹
theologicis: ſed ſoluꝫ ſufficit ꝙ ſint acq̄ſite
pro eo ꝙ caritas ſolum ordinat ⁊ dirigit in
finē ſuū: qui deus eſt: in quē p ſeipſas diri/
gi non poſſunt: ſicut patuit in pluribus ph̄is
moralibus: qui nequaq̄ dirigebāt virtutes
ſuas in finem ſupernaturalē: qui deus eſt:
ſed ſimpliciter in finem naturalē: qui eſt bo/
nuꝫ rōnis. Tho. ꝟo. i.2.q.lxiij.ar.3. oppoſitū
tenet dicens. ꝙ habitus virtutū moraliū ſi/
mul infundūtur i babtiſmo cū ꝟtutib⁹ theo
logicis. Et rōnes aſſignat dicens: ꝙ oꝫ effe/
ctus eſſe proportionatos ſuis cauſis: ſicut ꝗ
caritas que dirigit ceteras virtutes in deuz
eſt virtus infuſa: ſic etiam oꝫ alios habitus
virtutū moraliū eſſe infuſos. Tu vero tene
de iſtis duabus opinionib⁹ eam: que magis
tibi placet. ¶ Scđo ēt ꝓbo rōne preſerua/
tionis: ꝙ vꝫ ſacr̄a eccleſiaſtica non imerito
tāq̄ nobis neceſſaria a diuina clemētia ſūt
inſtituta: p eo ꝙ non tm̄ per ipſa nobis in/
funditur gratia cum ceteris omnibus virtu
tibus: ſed inſuper ⁊ purgant peccata noſtra
⁊ ēt a peccatis nos preſeruāt. Et ꝓ funda
mento noſtre rōnis: dicit Cōmentator ſuꝑ
x°. Metha. Contraria corrumpūt ꝯtraria: ⁊
ſimul ſunt preſeruātia contrarioꝝ. Pꝫ hec
regula. Nā medicina ſalutifera ſi: ⁊ ſel cor
rūpit ⁊ deſtruit infirmitatē ⁊ inſuper ꝑſer/
uat a futuris infirmitatibus. Sic ignis cor
rūpit frigiditatē in aqua: ⁊ inſuper eā pre/
ſeruat dū eā ſemꝑ calefacit: aut ab equali:
aut a maiori frigiditate. Quo preſuppoſi/
to certū eſt: ꝙ ſacramenta eccleſiaſtica cor
rūpūt ſeu deſtruūt īfirmitates ſpūales ani
marū que ſunt peccata: ⁊ inſuꝑ aīas purga
tas a peccatis ꝑſeruant. Unde Ugo li. i. de
ſacramētis pte. ix. c. v. ait: Sacramēta dei
medicine ſunt ſpūales: que foris corporib⁹
adhibent p viſibilē ſpēm: ſed int⁹ aīas ſa/
nāt ⁊ cōſeruāt per inuiſibilē virtutē. h̄ ille.
Et ꝙ primo purgent aīas a peccatis tanq̄
medicine eis cōtrarie. pꝫ: q: diuerſis generi/
bus culparū ſacr̄a cōtraria adaptant: put
dicit Ricar. in .iiij. di.ij.ar.i.q.iiij. Unde ba
ptiſm⁹ ē cōtra culpā originalē. penitentia
cōtra actualē mortalē. Extrema vnctio: con
tra culpā venialē. Ordo: cōtra ignorantiā
Matrimoniū: contra cōcupiſcentiā. Confir
matio: contra infirmitatē. Euchariſtia: con
tra malitiā: q: euchariſtia ē ſacramētū cari
ritatis: que per ſe opponit malicie. Uel di
cas ꝙ nō tm̄ ſacr̄a aīam a pccatis purgāt:
ſed etiā preſeruant: Unde ſacr̄a data ſunt
in remediū peccati ſeptē modis. Primo cul
pā impediēdo ne fiat (iō datū ē ſacr̄m ma/
trimonij. ſ. ad cōcupiſcētiā carnis impediē
dā ⁊ refrenādā.) Scđo culpā ꝯtractā ſub/
trahēdo: ⁊ ꝑꝑ hoc inuētū ē ſacr̄m baptiſmi
ꝯtra culpā originalē: in quo gratia infundi
tur: que ēt fortificat aīaz cōtra pctā. Ter/
tio de culpa cōmiſſa ſatiſfaciendo: ⁊ ſic cō/
tra culpā actualē ſacramētū penitentie eſt
inſtitutū. Quarto ſic diſponendo ⁊ ſic ſa/
cramētū ordis inuentū ē ad executionē bo
noꝝ. Inquātū ordo hoīem reddit idoneū
ad diſpēſationē ſacr̄oꝝ. Quinto abluēdo
vel fundit⁹ deſtruēdo: ⁊ ſic inuētū ē ſacr̄m
extreme vnctionis: que ē quedam delibutio
reliquiarū peccati: ⁊ in qua ſit remiſſio pec
catoꝝ ſi que ſunt. Sexto confirmādo ⁊ ſic ē
cōfirmatio: que hominē fortē reddit: vt no
mē xp̄i ꝓpter preſſuras mūdi nō refugiat cō
fiteri. Septio coniungēdo: ⁊ ſic ē ſacr̄m eu/
chariſtie. quo. ſ. coniūgunt mēbra capiti. Et
q: hoc ſacr̄m eſt vltimus terminus noſtre
ſacrificationis: ideo dicit Dyoniſius: ꝙ oīs
alia ſacrificatio in euchariſtia termiatur: ⁊
ideo ordinati ⁊ baptizati euchariſtiam ſu
munt. ¶ Tertio inſuper probo ſacr̄a fuiſſe
neceſſaria rōne reſtaurationis. Clarum eſt
enim ſm Augu. (vt hētur de pe. di. v. c. con/
ſideret) ꝙ omnis virtus patitur detrimētū
ab vno vitio. i. ꝙ per vnū vitium expellitur
ab aīa oē meritū virtutū infuſarū: ꝓꝑ qđ
extra de reg. iur. in regula defleat dī. Defle
at peccator. q: offendens in vnū: factus eſt
oīum reus. Propter h̄ igitur diuina clemē
tia ſpāliter inſtituit ſacr̄m penitentie ⁊ cō
feſſionis: in quo remittunt pctā dicēte ꝓ/
pheta. Dixi confitebor aduerſum me iniu/
ſtitiā meā dño ⁊ tu remiſiſti ipietatē pecca
ti mei. Et Io. xx. dī. Quoꝝ remiſeritis pec/
cata. ſ. per ſacr̄ꝫ penitētie ⁊ cōfeſſionis re/
mittunt eis. Et quoꝝ retinueritis: retenta
ſunt. Et in quo penitētie ſacr̄o plenarie re
ſtituūtur: ⁊ reaquirunt oēs virtutes p pec
catū iā amiſſe. dicente Ambro. Penitētia
ē res optia: que oēs defect⁹ reuocat ad ꝑfe
ctū: qđ optie cōfirmās Ricar. in .iiij. di. xiiij.
ar. viij. q. i. in corpe. q. dicit. Cū q̄rit̄ an oēs
virtutes per ſacr̄m penitētie reſtituant̄. re/
ſpondeo: ꝙ per penitētiā oēs virtutes amiſ
ſe realiter reſtituūtur: loquēdo de illis vir/
tutib⁹: que in hoīe ſunt p infuſionē. Et iō
ē: q: caritas nō pōt eē in aīa cū carentia ali
cuius virtutis neceſſarie ad rectitudinē ſpi
ritualis vite. Sed claꝝ ē: ꝙ p penitentiā re
mittunt oīa peccata: que remiſſio eē nō po
teſt ſine caritate. ꝙ ſi reſtituit̄ virtus carita
tis per ſacr̄m penitētie: ſequit̄ ēt ꝙ p peni/
tentiā reſtituūtur oēs virtutes amiſſe ne
ceſſarie ad rectitudinē vite: ⁊ ad ſalutē ne
ceſſarie. h̄ Ricar. Quod egregie confirmās
ſcūs Bonauen. in .iiij. di. xiiij. arti. vlt. ⁊. q. ij.
dicit. Cū querit̄ an perfecta penitētia reſti
tuat hoīem in priſtinū gradū virtutū amiſ
ſaꝝ: r̄ndeo ꝙ ſic. Nā gratia ⁊ virtutes cau
ſant in nobis ex diuina influentia: ſicut lux
in aere ex irradiatione ſolari p modū cāe
efficientis p ſe. Per peccatū ꝟo ſicut p nu
bē ꝓhibet̄ illa influentia. Et q: per peniten
tiaz tollitur nubes illa: ideo quaſi p modū
cāe efficientis per accidens. ſ. que remouet
ꝓhibendo ⁊ ſeparatur in nobis p penitēti
aꝫ: oīs virt⁹ ⁊ grā ſm eēntiā ſꝫ nō ſm ſtatū.
Oēs ergo habitus virtutū p penitentiam

infunduntᷣ ſm ſubſtantiam ⁊ eſſentiā eoꝝ
⁊ nō ſm ſtatū:q̄ꝛ virginitas non redditur:
nec ſm modū p̄riorē;q̄ꝛ non ita intenſe ſed
plus vel minus ſm diſpōnē.h̄ Bonauentu
ra ſententialiter. Ex predictis ergo rōnibꝰ
pꝫ qualiter ꝯueniēs fuit ad ſalutē humani
generis:ꝙ diuina clemētia inſtituerit eccle
ſiaſtica ſacr̄a. ❡ Tertio h̄ idē pbo vnica di
ſtinctōe. Ric.i.iiij.di.i.ar.iiij.q.i.in corpe.q.
di. Cū q̄rit̄ an inſtitutio ſacroꝝ fuerit no/
bis neceſſaria ad diuinā grām recipiendaꝫ
rñdeo: ꝙ deus ab eterno p̄ordinauit nām
humanā ſibi in pſonā filij vniendā in tpe:
ad recōciliādū ſibi genus humanū:⁊ a ſer
uitute diabolica liberādū:ſꝫ p̄uidebat i pri
mis parentibus: qd ſibi erat facturus pp
hoiem lapſuꝝ:⁊ in diabolicā ſeruitutē ca/
ſuꝝ. Impletio aūt illius p̄ordinationis in/
ter oēs res per tps ortas ſumma grā fuit.
Vñ Aug.13.de trinitate. In rebus inquit p
tempus ortis illa ſumma gratia ē:ꝙ homo
in vnitate perſone coniunctus eſt deo. Et
ideo tempus in quo fuit hoc completū:vo/
catur ab Aplo ad gal.iiij. plenitudo tpis:
q̄ꝛ tūc oſtēſa fuit humano generi diuie grē
plenitudo. Vñ rōnabile fuit vt lex in illo tē
pore data ab ore illius:in quo deus plenitu
dinē gratie poſuerat:eſſet lex plenitudinis
ad hominē reconciliādū:⁊ de ſeruitute dia
bolica liberandum. Sed q̄ꝛ h̄ ñ pñt fieri ſine
gratia gratum faciēte:iō data eſt lex grē p/
fectioni:auēte legis dꝫ rñdere ſanctoꝝ eius
perfectio. Et iō rōnabile fuit:vt in illa lege
talia inſtituerentᷣ ſacr̄a:in quoꝝ ſuſceptōe
ꝯferretᷣ gratia:qua hō deo recōciliaretur:⁊
de ſeruitute diabolica liberaretᷣ.h̄. Ric.ad
grām. Ex predictis igitᷣ auctoritatibus: ra/
tionibus:atq̄ꝫ diſtinctōe.pꝫ:qualiter diuina
clemētia nō inmerito ordinauit ⁊ inſtituit ec
cleſiaſtica ſacr̄a: ex q̄ (vt patuit) ſaluti nr̄e
ſunt neceſſaria. Et pp h̄ oēs infideles qui
ſpōte ſe excludūt a prefatis ſacr̄is:nec pec
catorum veniā:nec virtutū infuſionē tā mo
raliū q̄ꝫ theologicaꝝ:nec inſup diuinā gra
tiā ⁊ eternā gl'iā pñt ſuſcipere ⁊ mereri. Et
idcirco oia coꝝ moralia opa que faciunt:
falſa ſunt:⁊ prorſus inutilia ad ſalutē. Vñ
xxviij.q.i.§.ex his.di. Vbi.n.deeſt cognitio
eterne ⁊ incomutabilis v̄itatꝭ:falſa v̄tus ē
ēt in optimis moribus. Et Greg.i.q.i.c.Cū
Paulus.ait. Cum Paulus dicat: ꝙ fun/
damentuꝫ aliud nemo pōt ponere p̄ter id:
qđ poſitū eſt.conſequēter pbatᷣ:ꝙ vbi xp̄s
nō eſt:fundamentū nullū pōt eē bōi opis
ſuper edificium.h̄ ille. ❡ Et ſic ex predictis
oibus etiam pꝫ quintus effectus diuine cle
mentie:quo clare cognoſcitur:ꝙ deus oibꝰ
quantum in ſe eſt:vult gratiam ⁊ gloriā im
pendere:qui dicitur effectus inſtitutionis.

❡ De ſexto effectu diuine clementie:qui di
citur effectus conditionis.

S Extus inſup effectꝰ diuine clemē
tie:quo clare cognoſci pōt: ꝙ oi/
potēs ⁊ gl'ioſus dn̄s vult oibus
(q̄ꝫtū iſe ē) ⁊ ſuā grām ⁊ eternā gl'iā impē
dere.di effectus conceſſionis.ſ.indulgen/
tiarum. Preuidens.n.diuina ſapientia:ꝙ
pp ſacr̄m penitentie ſimul cū vera contritio
ne:pena eterna que debebatᷣ peccato p cle
mentiā ſuam: conuerſa eſt in temporalem:
vel purgatoriaꝫ penam:que tranſcendit in
acerbitate omnes ſimul penas pñtis vite.di
cente Aug.xxv.di.c. Qui in aliud ſeculum
diſtulit fructū ꝯuerſionis: prius purgabitᷣ
igne purgationis. Hic ignis ⁊ ſi eternꝰ non
ſit:miro tñ mō grauis eſt. Excedit.n.omnes
penā:quā vnq̄ꝫ aliqs paſſus eſt in hac vita
vel pati pōt nūq̄ꝫ in carne:tāta eſt inuenta
pena:lꝫ mirabilia paſſi ſint martyres tormē
ta:tñ in eius cōparatione nulla ſunt. Hec ille
Et idē Aug.(prout ponit.d.Bonauē.i.iiij.
di.20.ar.i.q.vij.) ēt dicit. Ignis ille purga/
torius durior eſt:q̄ꝫ quicqd i hoc ſeculo pe
naꝝ:aut videre:aut cogitare:aut ſentire qs
poſſit. Cogitauit ex abūdantia caritatꝭ ſue:
etiam aliud remedium humano generi im/
pendere:quo ſimul cū eterna pena ēt euade
rentᷣ oēm temporalem ⁊ purgatoriam penā
vt ſic aie munde tam ab oi culpa q̄ꝫ ab oi
pena recto tramite aſcenderent ad gl'iam
vite eterne. Conceſſit igitur pp hoc clemen
tiſſimus deus Petro ⁊ ſucceſſoribus eius
auctātem plenariam: vt non tm̄ remittant
oēm culpam per ſacr̄m penitentie:veruꝫ ēt
indulgentias tribuāt quibus ois pena tem
poralis ⁊ purgatoriā peccatis debita inte/
gre remittatᷣ. Et ꝙ realiter p diuinā clemē
tiā omnis pena purgatorij q̄ (ſi quis in eo
ſtare deberet vſq̄ꝫ ad diē iudicij) auctorita
te ſūmoꝝ pontificū realiter ⁊ integre remit
tatur tripliciter probo. Primo auctorita/
tibus.ſcđo rōne.tertio diſtinctiōe. ❡ Pri
mo probo auctoritatibꝰ. Nā (vt habetur
Math.xv̄.) dn̄s ieſus dixit Petro. Tu es
Petrus:⁊ ſuper hāc petrā edificabo eccle
ſiā meā ⁊ porte inferi nō p̄ualebūt aduer/
ſus eam. Et tibi dabo claues regni celoꝝ:⁊
quodcunq̄ꝫ ligaueris ſuper terrā: erit liga/
tum ⁊ in celo. Et quodcūq̄ꝫ ſolueris ſuper
terram:erit ſolutum ⁊ in celo. h̄ ibi Augu.
Inſuper de pe.di.i.c. Què penitet:ait. Dixit
dn̄s ſacerdotibus: Quecunq̄ꝫ ſolueritis ſu
per terram:erunt ſoluta ⁊ in celis:hoc eſt.
Ego deꝰ ⁊ oēs celeſtis militie ordines: ⁊
⁊ oēs ſancti in gloria mea laudant vobiſ/
cum ⁊ cōfirmant:quos ligatis ⁊ ſoluitis ſu
per terrā. ❡ Scđo hoc idē probo vnica rōe
vꝫ cauſalitatis.ꝙ.ſ.p indulgentias a ſum/
mis pontificibus conceſſas integre remitti
tur omnis tēporalis ⁊ purgatoria pena. Fū
damentū rōnis ponit phs.v. Metha.di.
Effectus naturaliter ſemp ſunt pportiona
ti ſuis cauſis. Patet hec regula. Nā ſi ali
qua arbor habet radicē amarā vel dulcem
naturaliter eius effectꝰ ab ea progrediēs:
(qui eſt fructus) eſt dulcis vel amarꝰ. Sil'r
ex quo ſubſtantia ſolis ē incorruptibilis:⁊
ideo eius effectꝰ (qui ſunt ſolares radij)
incorruptibiles erunt. Econtra vero ois cā
generans ſi ſit corruptibilis:⁊ effectus erit
corruptibilis. Sic eſt de aia brutoꝝ ſenſiti
ua ⁊ vegetatiua:que cū ſimiliter egrediatᷣ:
⁊ generetur ex cā corruptibili:per ꝯñs cor
rupta illa carne corrumpitur ⁊ aia brutoꝝ.
Non ſic ē de rōnali aia:q̄ cū generetur ex
carne:ſed imediate ⁊ ſil'r egrediatur a deo
p creationē. Nā intellectꝰ (vt di.3.de aia.)
ſeu aia intellectiua p̄uenit nobis ab extrin
ſeco:propter hoc corrupto corpore ipa aia
non corrumpitur. Quo preſuppoſito certū
ē:ꝙ auctoritas remittendi omnem penam
purgatoriā conceſſa eſt Petro:⁊ eius ſuc
ceſſoribus per xp̄m dei filium:qui vtiq̄ꝫ de
us eſt: ⁊ homo.ſed eum deus eēntialiter ſit
cauſa incōmutabilis. ſic.n.dicitur.xx.q.
c.incōmutabilis deus idemq̄ꝫ ſemp exiſtēs.
Et phs.i.de celo.⁊ mundo dicit. Diuinum
eſſe:eſt eē intranſmutabile primum ⁊ ſum
mum. Et auctor:in li.de cāis. dicit. Pria
cā ⁊ ſuperior imutabilis ē: ⁊ ſine vlla va/
riatione. Et Jaco.i.di. Apud deum nō eſt
tranſmutatio nec viciſſitudis obūbratio.
Qđ ſi ſic ē ꝙ deꝰ ſit cā incōmutabilis:ꝫ ef
fectꝰ eiꝰ qui ē auctoritas data paſtoribus
eccleſie ſemp erit vera ⁊ icōmutabilis vſq̄ꝫ
ad finem mundi. Propter hoc ſaluator
Luc.xxij.dicebat Petro. Ego rogaui pro
te vt non deficiat fides tua.i. veritas tua.
Et alibi dicit. Ego ero vobiſcum lcūctis die
bus vſq̄ꝫ ad cōſumationē ſeculi. Et Joā.
xiiij.dicebat. Ego ſum via:veritas.ſ.imu
tabilis ⁊ vita. Qđ ſi ſic eſt.ergo ſequitur
ꝙ qñ ſummꝰ pōtifex dat indulgentiā plena
riā infallibiliter: uerū eſt ꝙ remittitᷣ hōi:
ſi tñ diſpoſitus ē:omnis pena temporalis ⁊
purgatoria: Quod ſi hoc non fieret ſeque/
retur ꝙ eccleſia erraret: ⁊ per conſequens
Chriſtus mutabilis fuiſſet:⁊ inſuper falſita
te plenus quod non tm̄ dicere ſed ēt velle
cogitare nephas eēt. Et propter hoc Aug.
in quodam ſermone dicit. Cum.n. ſpūſſan/
ctꝰ regat eccleſiam:ſequitur ꝙ eccl'ia nūq̄ꝫ
errabit:cum habeat ductorem ⁊ magiſtrū
virtutis:qui Apoſtolis dixit. Ego ero vo/
biſcum vſq̄ꝫ ad conſumationem ſeculi. Itē
diſtin.xix.dicitur.c. Sic omnes apoſtolice
ſedis ſanctiones accipiende ſunt tanq̄ꝫ ipſi
us Petri diuina voce formate. Iteꝫ Hie/
ronimus.xxiiij.q.i.c.h̄ eſt fides.ait. San/
cta romana eccleſia:que ſemper vera ⁊ im
maculata permanſit domino prouidente ⁊
beato Petro apoſtolo opem ferente in fu
turo manebit ſine vlla hereticorum inſulta
tione preualente:atq̄ꝫ firma ⁊ immobilis in
veritate omni futuro tempore perſiſtet. hec
ille. ❡ Tertio deniq̄ꝫ hoc probo diſtinctio
ne. Nam Ricardus in.iiij.diſtin.xx.arti.ij.
q.i.in corpore queſtionis. Et dn̄s Bonauē
tura eadē diſtin.arti.vlti.q.vltima. Et Ale
xander de ales in quarta parte ſumme.q.
ccix in corpore queſtionis. Et inſuper Tho.
in.iiij.di.xx.arti.iij.q.i.ſentential'r ſic diſtin
guūt. Cum queritur inquiūt an indulgen
tie nō tm̄ a culpa q̄ p ꝯtritionē charitate in
formatam remittitur: ſed inſuper a pena in
purgatorio debita animam liberent:reſpon
detur ꝙ ſic: Nam abſolute omnes fideles
concedunt indulgentias tm̄ valere:quantū
ſonat ſimpliciter:aut verba aut bulle ſum/
morum pontificum: ⁊ aliter tenere impium
eſſet ⁊ hereticum:quia hoc eēt dicere ꝙ ec/

cleſia vniuerſalis erraret: exquo idulgētias
daret: ⁊ nihil valerent. Ualent igit̄. Sed ad
qd valent: Dicunt quidā: ꝙ nō valēt ad
abſoluendū a reatu pene: quā qs in purga
torio meret̄ ſm iudiciū dei: ſed ſimpliciter
valēt ad abſoluēdū a pena: qua ſacerdos
obligat penitentē ad penā aliquam: vel ad
quā obligaret̄ penitēs ex ſtatutis canonuꝫ:
ſiue ſint a iure: ſiue a iudice. Sed opinio fal
ſa eſt ⁊ erronea: cum ſit cōtraria priuilegio
dato Petro. Matth. xvi. vbi dī. Quodcū-
qꝫ. ⁊c. Quod priuilegiū ēt ſucceſſorib⁹ eius
fuiſſe datū intelligitur: Et ideo abſolute te
nendū eſt: ꝙ indulgētie valent ad remiſſio
nē totius pene reſidue poſt ꝯtritionē ⁊ con
feſſionē: ⁊ abſolutionē: ſiue illa pena ſit in-
iuncta a iure: vel a iudice: ſiue non ſit iniun
cta: ſed daretur a deo in purgatorio. Tripli
ci .n. ratione indulgētie realiter efficatiā ha
bent. Quarum prima eſt meritū paſſionis
xp̄i: ⁊ pene ſanctoꝝ. Secunda eſt caritas il
lius: cui indulgentie dantur. Tertia vero ē
poteſtas ipſius dantis: ad illū indulgētias
applicātis. ¶ Prīa rō igitur quare idulgē
tie valent: eſt abūdantia meritorū xp̄i atqꝫ
ſanctoꝝ. Nam tantum fuit merituꝫ xp̄i. qḋ
ſufficeret ad infinite pene ſolutionē. Simi
liter ⁊ ſancti multo plus de paſſionib⁹ ſuſti
nuerunt: ꝙ̄ peccata eorum merentur. Et iō
magis ſuper abbundantia meritorum xp̄i
⁊ ſanctorum eſt theſaurus eccleſie: queꝫ ec-
cleſia cōicat communiter omnibus exiſtenti
bus in caritate. ¶ Secunda rō: quia indul
gentie valent: eſt caritas ſuſcipientis. ꝓ eo
ꝙ non exiſtens in caritate: non poteſt parti-
cipare de iſtis indulgentijs: ſicut nec mem
brū preciſum a corpore poteſt percipere de
bonitate capitis ſeu membroꝝ ipſius cor-
poris. Ecōtra ſicut membra corpori coniun
cta participant de eius bonitate: ſic a ſimili
qui per caritatē cōiūcti ſunt corpori eccl'ie
participāt de eius meritis atqꝫ indulgētijs.
Unde Auguſt. in li. de penitētia. ſic ait. Cre
dendum eſt: ꝙ oratōnes eccleſie vel elemo
ſyne ⁊ opera iuſticie ſuccurrant recognoſcē
ti mortem ſuā ad cōuerſionē. Et propheta
dicit. Particeps ſum oīum timentium te
⁊ cu. ma. tua. Et de cōſe. di. iiij. c. eccleſie. dī
Eccleſie caritas diffundit̄ in cordib⁹ eorū
qui participes ſui ſunt. ¶ Tertia rō q̄ in-
dulgentie valent: eſt poteſtas indulgētias
inſtituentis ⁊ applicantis ad iſtum vel ad
illum. Nā ſm ꝙ papa ⁊ eius vicarius ap-
plicat ſupradicta. ſ. meritū xp̄i ⁊ meritum
paſſionū ſanctoꝝ ad iſtum vel ad illū vl'
ad illā: remiſſionē pene conſequit̄ realiter
iſte vel ille. Hec oīa ſententiat̄ in locis pre-
allegatis ſupradicti doc. dicētes. Ex predi
ctis igitur oībus patet ſextus effect⁹ diuine
clementie: qui dī effect⁹ conceſſionis. Quo
clare mōſtratū eſt: qualiter deus oīb⁹ (quā
tuꝫ i ſe eſt) eternā gl'iā vult impendere. Ex
quo non tm̄ inſtituit per ſacr̄m penitētie oīa
peccata relaxari: ſed inſuper auctoritatem
conceſſit paſtoribus eccleſie: ꝙ indulgētias
prebeant: quibus oīs pena tam temporalis
ꝙ̄ purgatoria vere realiter atqꝫ integrali-
ter relaxatur.

¶ De ſeptimo effectu diuine clementie qui dicitur effectus interceſſionis.

S Eptimus poſtremo effect⁹ diuine
clementie: quo clare cognoſci pōt
ꝙ oīpotens de⁹ vlt oēs ſaluare: ⁊
oībus ſuam gratiā ⁊ eternā gloriā impen-
dere. dicitur effectus intercēſſionis. Quan
tum clementiſſimus deus ſalutē ⁊ gloriam
omnium ⁊ precipue peccatorum appetat: in
hoc oſtēditur: quoniā multos peccatores q
ex meritis ſuis nunꝙ̄ ſaluarentur ſed poti
us pro demeritis dānarent̄: ſaluauit: ſaluat
⁊ ſaluabit ex merito interceſſionis ſeu cha
ritatiue oratiōis iuſtoꝝ viroꝝ atqꝫ ſcōꝝ:
Et quod maius ē: dico: ꝙ niſi iuſti ⁊ boni
viri pro peccatoribus intercederent ⁊ ora-
rēt: arbitror ꝙ pauci vel q̄ſi nulli ſaluarēt̄.
Et ꝙ mediātibus orationib⁹ ſeruorum dei
ſeu iuſtarum pſonarum: etiam in hac vita
exiſtentium peccatores ſaluari poſſunt. ⁊ di
uinam gratiam accipe. quadrupliciter pro-
bo. Primo auctoritatibus. Secundo rōne
Tertio diſtinctione. Quarto exemplo.
¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nā Iaco.
quinto dicitur. Oratio fidei: ideſt hominis
fidelis. ſaluabit infirmum: ideſt peccatoreꝫ.
⁊ alleuiabit eum dominus: Et ſi in peccatis
ſit: remittentur ei. Et infra ſubdit. Orate
pro inuicem vt ſaluemini. Multum. n. valet
deprecatio iuſti aſſidua. hec ibi. Item Au-
guſtinus ad heremitas ait. Orate pro inui
cem dulciſſimi fratres: vt ſaluemini: quia ſi
Stephanus nō oraſſet. hodie Paulū ec-
cleſia non haberet. Idem quoqꝫ Auguſti-
nus in lib. de correctione ⁊ gratia ait. Nulli
eſt denegandū orationis beneficium: ex q̄ ⁊
plerūqꝫ obſtinatis poſſumus ſalutis bene
ficiū impetrare. Itē glo. ſuper vba Math.
ix. Uidēs ieſus fidē illoꝝ dixit paralitico.
Confide fili remittunt̄ tibi peccata tua ait.
Penſate quantū valet apud deum fides
ꝓpria ⁊ oratio: ſi tm̄ valuit fides ⁊ oratio
aliena: vt hominē ſanaret in corpore ⁊ aīa.
h glo. Itē Saluator Luc. xvi. hortatur dī.
Ego dico vobis. Facite vobis amicos de
mammona iniqtatis. i. de diuitijs ſuperflu-
is. vt cū defeceritis: recipiāt vos. ſ. ipſi iu-
ſti p orōnē ſuā in eterna tabernacula. Et
Math. x. dī. Amē dico vobis. Qui recipit
ꝓpham in noie ꝓphe: mercedē ꝓphe accipi
et. Et q recipit iſtū in noie iuſti: mercedē iu
ſti accipiet. i. graꝫ dei per eius oīonē. Et q
dederit potū calicē aque frigide tm̄: in noie
diſcipuli: amē dico vobis nō perdet merce
dē ſuā. Hec ibi. Itē Alex. papa. i. q. i. c. Ipi
ſacerdotes. ait. Sacerdotes iuſti pro popu
lo interpellant: ⁊ populi peccata comedūt:
quia precibus ſuis ea delēt atqꝫ cōſumūt:
qui quanto digniores fuerint: tanto facili⁹
pro quibus clamāt exaudiuntur. Hec ille.
Deniqꝫ de pe. di. i. c. ex ꝑmiſſis dī. Paſſio-
nes ⁊ vitia peccatoꝝ nō ſanantur niſi ora-
tionib⁹ eccl'ie. Ex qb⁹ auctoritatibus patet
idē qḋ ſupra. ¶ Scḋo probo ēt vnica rōne
videlꝫ amicabilitatis. ꝙ. ſ. ex oratione iuſto
rū plures peccatores diuinam grām recipi
unt. Fundamētū rōnis ponit phs. ix. Eth.
Et ēt Tullius in li. de amicitia dicēs. Pro
priū amicoꝝ ē idē velle: ⁊ idem nolle. Im-
poſſibileqꝫ eſt amicitiam eē inter eos: q nō
eiſdem gaudent. Hec regula per experienti
am eſt clara: quia vt videmus: ſi Petrus
vult albū ⁊ Ioānes nigrū: ſtatim (ſi fuerūt
amici) diſſoluitur inter eos cōcordia mutue
amicitie. ⁊ hoc reſpectu diuerſitatis volun-
tatū. E contra vero ſi ambo album aut ni-
grū volunt: generatur in eis amicitia ſi nō
fuit: aut ſi fuit augetur; Quod totum proue
nit ex reſpectu conformitatis voluntatum.
Quo preſuppoſito certum eſt: ꝙ ſi vera ami
citia ⁊ charitas eſt intr animam ⁊ deū: er-
go in eis eſt idem velle ⁊ idē nolle. Si igit̄
anima vult: ꝙ p orationem ſuā gr̄a detur
iſti peccatori: congruum ē: ꝙ ipſe de⁹ eidem
gratiam ſuam impendat. Aliter non videre
tur ꝙ inter aīam ⁊ deum eſſet conformitas
voluntatum. Et profecto de hoc non eſt du
bitandum: q: deus magis inclinatur ad vo
lendum illud: qḋ vult aīa iuſta ꝙ̄ oēs ami
ci ad volendum quod volunt amici: quod
bene confirmans propheta dicit. Volunta
tem timentium ſe faciet: ⁊ deprecationē eo-
rum exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos. ¶ Ter-
tio hoc idem ꝓbo vnica diſtinctiōe. vꝫ Ale-
xandri de ales in tertia ꝑte ſumme in tra-
ctatu de grā: q dicit. Cū q̄rit̄ an aliqs iuſt⁹
poſſit mereri primā grām peccatori. rñdeo
ꝙ ſm ꝙ de merito ꝓprie loquimur: nullus
purus homo pōt alteri mereri primā grati
am: quia vnicuiqꝫ homini particulari dat̄
gratia ad menſuram ſue ſalutis procuran
de per informationē ſuarū potentiarum: ⁊
per directionē ⁊ ordinationē ſuoꝝ actuum
in debitum finem: Ideo nullius gratia ſe
extendit ad merendū ſalutem alteri prope
de condigno: niſi ſolius domini noſtri Ieſu
xp̄i cui non fuit ſm ꝙ dī in Io. Dat⁹ ſpirit⁹
ad menſuram: ſed habitat ſm Apl'm in eo
tota plenitudo diuinitatis corporaliter. Et
ideo ſolius eius gratia eſt ſufficiēs de cōdi
gno ad ꝓmerendā cuilibet oēꝫ gratiaꝫ ⁊ ſa
lutem. Cōiter tamen diſtinguitur triplex me
ritum. ſ. digni: condigni: ⁊ ꝯgrui. Meritum
condigni: eſt qū eſt iuſta ⁊ equalis cōpēnſa
tio obſequij ⁊ remunerationis. Et h meritū
condigni ponit: ꝙ gratia detur neceſſario:
vꝫ neceſſitate immutabilitatis nō coactōis.
Merituꝫ digni dicit̄: qū aliquis eſt dignus
ſui ratione: ſed non rōne eius ꝓ quo petit:
ſicut cuꝫ iuſtus orat pro peccatore. Meritū
vero congrui dicitur: qū nulla dignitate pe
tentis: ſed ſola dignitate dantis cōceditur
poſtulatum: vt cum peccator orat pro ſeipo
vnde merituꝫ condigni eſt ſufficiens diſpo
ſitio ad remunerationē. Sꝫ meritum digni
⁊ congrui ē inſufficiens. Uir igitur iuſt⁹ po
teſt alteri mereri primā gratiā merito digni
ſꝫ nō cōdigni. Hic Alexāder ſentētial'r hāc
diſtinctionē ēt confirmat Scot⁹ in. 3. diſtin.
xviij. di. Quilibet iuſtus meret̄ de cōgruo a
deo obtinere peccatori primā gratiā. Quid
āt ſit prima grā. Ber. in li. de gratia ⁊ libe.
arbi. declarat. dī. Hec tria opatur de⁹ in no
bis: cogitare: velle: ⁊ operari ſeu perficere

¶ Primū.ſ.cogitare ſine nobis ⁊ iſta vocaꝛ prima gratia. De qua etiā pſ. dicit. Et miā eius preueniet me. Et hec cogitatio impetrata eſt: vel donata eſt merito alicuius ſui dei: qui orauit pro illo peccatore. Unde Apoſtolus.2.corin.3. Nō ſumus ſufficiētes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſꝫ ſufficientia noſtra ex deo eſt.ſ.oratiōe alicuius vel iuſti. Aut imediate exꝰ merito xp̄i. q meruit nobis de condigno prefatā primā gratiā. Hic Scotus ſentētialiter. Ex qua diſtinctione clare patet: qualiter diuina clemētia per orationem iuſtorum peccatoribꝰ gratiam prebet: ⁊ per conſequens gloriam.

¶ Quarto hꝰ idē ꝓbo vnico exēplo. Greg. enī in.iiij.dialo.ait. Is de quo i omelijs me corā populo iam narraſſe memini. inquietus valde Theodorus noīe fuit: q i momēto in monaſteriū fratrem ſuum neceſſitate magis ꝙ voluntate ſecutus eſt: Cui nimiū erat graue ſi quis pro ſua aliquid ſalute loqreꝛ: bona autem non ſolū facere: ſed etiā audire non poterat. Nūꝙ ſe ad ſancte conuerſationis habitum venire: iurādo: iraſcēdo: ⁊ deridēdo teſtabatur. In hac aūt peſtilētia que nuper huius vrbis populū magna ex parte conſumpſit: pcuſſit in firmitate perductus eſt ad mortē. Cumq; extremum ſpm̄ ageret: cōuenerūt fratres: vt egreſſum illius orando protegerent. Iam corpꝰ eius ab extrema parte premortuū in ſolo tm̄mō pectore: vitalis adhuc calor anhelabat: cuncti aūt fratres tanto ꝓ eo ceperunt anxius orare: quāto eū videbāt iam ſub celeritate diſcedere. Sed repente cepit eiſdē fratribꝰ exiſtentibus clare atq; cū magnis vocibus orationes eorū interrumpere dicens. Recedite recedite: q2 draconi ad deuorandum datus ſum: qui pp veſtram penitentiam ⁊ orationem deuorare me non poteſt. Caput tamen meū in ſuo ore obſorbuit: date ergo locum orationi: vt me amplius non cruciet: ſed faciat cito ꝙ facturus eſt: quia pp vos moras patior: tunc fratres ceperūt ei diceꝛ: quid eſt quod loqueris frater. Signum tibi ſancte crucis imprime. Reſpōdebat ille cū magnis clamoribus dicēs. Uolo me ſignare: ſed non poſſum: quia ſquamis huꝰ draconis premor. Cū hoc fratres audierīt proſtrati in terram cum lachrymis ceperūt feruētius orare. Et ecce oīonis virtute ſubito eger cepit cū magnis vocibus clamare dicens: gratias ago deo. Ecce draconē q me ad deuorādū acceꝑat fugit. Et oīonibꝰ vr̄is expulſus ſtare nō potuit: pro peccatis meis mō intercedite: quia conuerti paratus ſum ⁊ ſecularē vitā funditꝰ relinquere. Et poſtꝙ mutatus mēte diu eſt flagellis attritus: tūc eius anima carne ſoluta in pace genit. Hꝰ Greg. Ex predictis igitur omnibus clariſſime patet qualiter per orationes iuſtorum diuina clementia peccatoribꝰ in pn̄ti grām ſuā prebet: ⁊ in futuro eternā gloriā. Et iō quiſq; peccator quātū pōt ſe orationibus ſeruorum dei atq; iuſtoꝝ perſonaꝝ recōmendare dꝫ: qm̄ (vt patuit) ꝑ ꝓpria merita nunꝙ ſaluaretur: Sed contemplare queſo anima quātū ſaluator tuus tuā cupiat ſalutem. Non.n.tm̄ peccatores vult ſaluare per orationes iuſtoꝝ perſonaꝝ in hac vita exiſtentiū: ſed inſuper ſaluat quaſi innumerabiles peccatores ꝑ merita ⁊ oīones beatoꝝ atq; ſanctoꝝ: iam in celeſti patria reſidentiū. Nam ipſi iugiter pro nobis intercedunt ad dn̄m vt ſaluemur. quod intelligēs eccleſia vt feruētius pro nobis intercedant orat: dicēs. Sancta Maria ⁊ omnes ſancti intercedant pro nobis ad dn̄m vt nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ ſaluari: q viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ amē. ¶ Proinde letanie hac de cā decantanꝛ. Ubi ſuffragia Angeloꝝ: Patriarchaꝝ: Apl'oꝝ: Martyꝝ Confeſſoꝝ: Doctoꝝ: ⁊ ſanctaꝝ Uirginum poſtulanꝛ. Angeli nāq; vt humilitatem contra ſuperbiā: Patriarche largitatē contra auariciam: Apl'i caritatem: cōtra inuidiā: Martyres paciētiā: cōtra iracūdiā: Doctores ſolertiā ⁊ ſtudiū cōtra ignorantiā: Cōfeſſores ſobrietatē contra ventris ingluuiē Uirgines ⁊ vidue ꝯtinētiā ⁊ caſtitatē ꝯtra luxuriā ſuis meritis nobis acqrāt: Et ꝙ ꝓ nobis orent: vt ſaluemur: teſtaꝛ Ric. in. iiij. di.xlv.ar.vij.q.2. Et clarius.s.Bona.ibidē art.3.q.2.di. Cum querit an ſancti orēt pro peccatoribus ⁊ pro iuſtis: qui viuūt i terra. rn̄deo ꝙ ſic. Nā orant pro nobis dupliciter ſcꝫ oratione expreſſa: dum votis ſuis ꝓ nobis diuinā clemētiā pulſant. Silr orant ꝓ nobis oīone interpretatiua: dū eoꝝ merita in cōſpectu dei exiſtētia: nō ſolū ipſis cedūt ad gliā: ſꝫ etiā ſunt nobis in oīones ⁊ ſuffragiū: ſic ſanguis xp̄i fuſus ꝓ nobis: dī ꝓ nobis veniā peteꝛ. Triplici tm̄ reſpectu orāt pro nobis ſci. Primo q2 vidēt noſtrā neceſſitatē: ꝓ eo īdigemꝰ ab ipſis reuelari. Scdo q2 vidēt dei volūtatē: q vult ꝙ vnū mēbrū releuet aliud in neceſſitate. Tertio pp adimpletionē celeſtis curie: q̄ cōpleta adīplebiꝛ gl'ia eoꝝ. Seu orāt ꝓpē augmētationē numeri ciuiū ſupnoꝝ: ex qua creſcit i eis aliqd ſinglre gaudiū ⁊ accītale. ¶ Premiſſo igitur (vt patet) ꝙ ſci ex caritate ꝓ nobis orāt vt ſaluemur: ſi q̄riꝛ: an qſq; ⁊ p̄cipue pctōr debeat ſpāliter ſcōs exorare: vt ipſi orent ꝓ eo corā diuina maieſtate: rn̄dit dn̄s Bon. i iiij. di.xlv.ar.3.q.iij. i corpe.q.di. Cū q̄ritur an ſit vtile ⁊ neceſſariū rogare ſcōs: vt ipſi deū rogēt ꝓ nobis: rn̄deo ꝙ ſic: q2 deus decreuit ⁊ voluit ꝙ ſcōs rogemꝰ triplici rōe.ſ. ꝓpter nr̄am inopiā: ꝓpter ſcōꝝ gl'iā: ꝓpē dei reuerentiā. ¶ Prio ꝓpter nr̄am inopiā in merēdo: vt vbi nr̄a non ſuppetūt merita patrocinenꝛ aliena: ꝓpter inopiā in cōtēplādo: vt q nō poſſumꝰ ſummā lucē aſpicere in ſe: aſpiciamꝰ in ſcis: ꝓpter ēt nr̄am inopiā ⁊ miſeriā in amando: q2 miſer hō aliqn̄ ſentit ſe magis affici circa vnū ſcm̄ ꝙ ēt circa deū: ⁊ iō ꝯpaſſus nr̄e inopie voluit nos rogare ſcōs. Ac per hoc pꝫ p̄mū argumētū: ꝙ ille q ante indignꝰ erat grā dei: rogādo ſcōs eius: eoꝝ p̄rocinio efficiꝛ dignꝰ. ¶ Scda cā ē ſcōꝝ gl'ia: q2 deꝰ vult ipſius ſcōs gl'ificare ⁊ ꝑ eos miracula facere in corpibꝰ ⁊ ſalutē in aīabus: vt ipſos laudemꝰ. Et h nō tm̄ ꝑ ſummos ſcōs: ſed ēt ꝑ infimos. Un̄ ſicut aliquis ſaluaꝛ corporaliter inuocādo Linū ⁊ non inuocando Petrū. alius econuerſo: ſic fit ēt ſpūaliter. ¶ Tertia cā eſt dei reuerentia: vt peccator q deū offendit ꝑ ſcōꝝ p̄rocinīū: audeat a deo grām implorare: q i ꝓpa pſona ñ audēt ad deū itercedeꝛ. h Bon. ad lr̄am. Dꝫ igitur qſq; aliquē ſcm̄ iter ceteros ſpāliter habere i deuotione: ad quē fundat preces ſuas. Sic.n.ꝯſulitur Iob.v. vbi dī. Uoca ergo ſi eſt qui tibi rn̄deat: ⁊ ad aliquē ſcōꝝ ꝯuertere. h ibi: Si vlteriꝰ q̄uereres: an ſci obtineant a deo grās: quas ab eis poſtulant preſuppoſito ꝙ ſint nr̄e ſaluti expedientes: rn̄dit Bonauentura: vbi ſupra.ar.3.q.3. di. Obtinere aliqd pōt quis dupliciter. aut per viam iuſtitie ⁊ meriti: aut per viam grē ⁊ ſupplicatiōis: ſicut in curia ſummi pōtificis: quedam beneficia obtinet de gratia tm̄ q̄dā merito: Et iſto vtroq; modo ſci obtinēt pro nobis orantes: q2 iuuant nos merito qd meruerunt in carne: ⁊ iuuant nos voto vel oratione: quam nunc pro nobis fundūt ad deum. Et ex his duobus ſemper eſt efficax itercessio eoꝝ. Sed eoꝝ itercessio ꝑ modum meriti: eſt oratio iterpretatiua: ⁊ ſemꝑ exauditur quātum eſt de ſe: non tm̄ ſemper impedientibus dmeritis noſtris. Interceſſio vero per modū voti: ē oratio vera ⁊ ſemꝑ exauditur: q2 non optant niſi qd ſciūt deum velle fieri: vel ſimpliciter: vel eis orantibꝰ. h Bon. ad litterā. Cōcordat Ricar.e.di.ar.vij.q.3. in corpore.q. Et lꝫ oēs ſci debeant orari: tm̄ ſpāliſſime dꝫ quiſq; iuſtus ⁊ peccator habere glorioſiſſimā virginē Mariā in ſuā deuotam: cui dietim fundat preces ſuas: qm̄ ipſa ſola eſt potentior ad impetrandū gratias: ⁊ ſalutē oibus alijs ſanctis. Cuius oratio an deū nunꝙ eſt vana: ſꝫ ſemꝑ exaudiꝛ: dicēte Ber. ſuper cant. Securꝰ habes o hō acceſſū ad deum: vbi habes matrem ante filium: filium ante patrē: filius oſtēdit patri latꝰ ⁊ vulnera: ⁊ maꝛ oſtēdit filio pectꝰ ⁊ vbera: Nulla ꝙ poterit ibi eſſe repulſa: vbi ſunt tot caritatis inſignia. ¶ Ex predictis igitur pꝫ qualiter diuina clementia non tm̄ ſaluat peccatores per orationē hominum iuſtoꝝ adhuc in hac vita mortali exiſtentium: ſed inſuper eos magis ſaluat per orationes btōꝝ: ſeu ciuium ſupernoꝝ: ⁊ ſic ēt ex omibus ſupradictis: vt correlarie loquar. pꝫ p̄ma diffinitio gnālis de ſacratiſſima fide: ⁊ per ꝯñs etiā pꝫ tertius reſpectꝰ. vꝫ diuine influxiōis. ſeu clemētie: in quo clare mōſtratū fuit ꝑ.vij. effectus ipſius diuine clemētie: qualr qſq; in futura q̄dragesſima faciliter poterit grām di recipere. ⁊ remiſſionē peccatoꝝ: q̄s ſeptē clemētias ſimul cū grā ⁊ remiſſione pctōꝝ: nobis largiri digneꝛ actor ois clemētie ⁊ grē Ieſus xp̄s dn̄s nr̄: q in trinitate pfcā viuit ⁊ regnat deus: ꝑ infinita ſcla ſeloꝝ Amen.

¶ Dn̄ica in ſexageſſima de qualitate cētiali ſacratiſſime fidei ſermo primus.

## Semen cecidit

in trā bonā: ⁊ ortū fecꝛ fructū cētuplū. Lu.viij. ⁊ i euāgelio occurrētis dn̄ice. Pꝰ expōnē lr̄alē ſacri euāgelij ⁊ iſuꝑ morale ꝙ Sal. ponit. poſſū ēt ſr hāc ꝑabolā q̄dā facē ſpūalē expōnē

vel ſignificationē. Spiritualiter igitur hanc parabolā intelligendo per ſemen materiale habitus ſanctiſſime fidei intelligi pōt. per agrum in quo ſeminatur: coꝛ humanum in quo habitus infunditur. Per ſeminatoreꝫ huius ſeminis nō imerito ſanctiſſimā trinitatem intelligimus. patrē vꝫ: ⁊ filiuꝫ: ⁊ ſpūm ſanctum. tamen trinitas ſimpliciter ē vnus deus. Sic enim dicitur prime Joh. v. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo. pr: verbuꝫ ⁊ ſpūſſanctus. ⁊ hi tres vnum ſunt. Hic ergo ſeminatoꝛ ſemen ſuum in quattuoꝛ partes diſperſit: ⁊ ſeminauit: ſeu ſemē a deo ſeminatum in quattuoꝛ partes eſt diſperſuꝫ. Prima pars ſeminis cecidit ſecus viam: ⁊ conculcatum eſt ab hominibꝰ ⁊ volucres celi comederunt illud. Hoc modo ſemē ſacratiſſime fidei per ſimilitudinem cecidit ſup viā. Et volucres celi comederūt illud. Et ꝙ ab hominibus dicitur conculcatum: hoc ē fides quā apoſtoli ſeminauerūt in Jeruſalē in ſaracinea: in turchia: ⁊ in ceteris partibꝰ Aſie: pro eo ꝙ ſic eis preceptū fuerat a ſeminatore xp̄o Math. vlti. Euntes inquit in mundum vniuerſum p̄dicate euāgelium omni creature. Qui crediderit. i. fidē meam ſuſceperit: ⁊ baptizatus fuerit: ſaluabit: Qui aūt non credi. cōdē. Hec ibi. Qd etiā fecerunt: dum per omnes mundi partes Chriſti fidē predicauerūt: ꝓpha atteſtāte: q ait In oēꝫ terram exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines oꝛ. terre verba eoꝝ. Huius aūt pars ſeminis dicitur conculcata ab hoibus: inſuper conſumpta a volucribus. Per volucres intellige demones: q ſm Apoſtolū vſqꝫ ad diem iudicij volant ⁊ diſcurrunt per mediam regionem huius aeris caliginoſi: per oēs vias homines conculcantes. vel per volucres comedentes hoc ſemen fidei: intellige iniquiſſimum Machometū cuꝫ ſequacibus ſuis: qui ſimul cuꝫ operatione demonū totā fidem quā apl'i in partibus illis predicauerant: ⁊ conculcauerūt ⁊ deſpererūt: ⁊ aliā: ſed falſam ſeminauerūt. Ecce iā ꝙ ſpūaliter prima pars ſeminis ſeminati. i. ſacratiſſime fidei totaliter cōculcata eſt: ita ꝙ cū eſſent. v. patriarchatus videlicet Jeroſolo. Conſtantinopolitanus: Anthiochenus: Alexandrinus: ⁊ Romanus fides ſanctiſſima ſolū viget in patriarchatu romano. In ceteris vo quattuoꝛ totaliter conculcata eſt. ¶ Scda pars ſeminis dicit cecidiſſe ſuper petrā: ⁊ natū aruit: qꝛ non habebat humoꝛem. Per ſemen autem qd cecidit ſup petrā. intellige fidē ſacrā quam ſeminauit xp̄s ſimul cum apoſtolis i petroſis coꝛdibus populi iudeoꝝ: qui principaliores ⁊ doctiores in lege: cum per veram fidē ⁊ doctrinā xp̄i cognouiſſent ip̄m xp̄m eē verum dei filium: tū inuidia ⁊ ſuperbia excecati lumen iam acquiſitum ab eoꝝ coꝛdibus totaliter eſt eradicatum: ⁊ in tanta duricia ⁊ obſtinatione perſtiterūt. ꝙ extunc vſqꝫ nūc nūq̄ verā xp̄i fidē ſuſcipe voluerūt: nec inſuper in xp̄m poſtea voluerūt credere: Sed nouum Meſſiam venturum expectāt. qui tū alius Meſſias minime ſit venturus: niſi ille qui iam venit: vꝫ xp̄s dominus. Et ideo de ipſoꝝ duricia in qua aruit ſemen vere fidei: prophetauerat Job. xli. c. Coꝛ eius. i. iudaici pp̄li indurabitur quaſi lapis: ⁊ ſtringetur quaſi malleatoꝛis incus. Et Zach. vij. de ipſis dicitur. Poſuerūt coꝛ ſuū ſicut adamantem. Super que verba Hieronymꝰ ait. Adamas eſt lapis foꝛtiſſimus: ⁊ intantū durus: vt omnia metalla confringat: ⁊ ipſe a nullo confringatur. Unde a grecis indomabilis dicitur. Sed ⁊ ſi duriſſimus ſit: hircino tamen ſanguine frāgibilis ē: Coꝛ aūt obſtinati adamante durius eſt: qd a nullo frāgitur: nec ēt emolliri pōt ſanguine xp̄i. hec ille ¶ Tertia p̄s ſeminis dr̄ exoꝛte ſpine: ſuffocauerūt illud. Per ſpinas itellige iniq̄s hereſes xp̄ianoꝝ diuerſoꝝ. Qui cū i baptiſmo veꝝ ſemē fidei ſuſceperit: tū poſtmodū in adulta etate creſcētes hereſes i coꝛdibꝰ eoꝛum ſuffocauerūt: ⁊ perdiderūt oē lumē vere fidei. Et ſic hec tertia pars ſeminis. ſ. vere fidei ſimul cum ceteris duabus precedentibus nullū fructū boni operis dicitur feciſſe. ¶ Quarta deniqꝫ pars huius vere fidei dr̄ cecidiſſe in terram bonam. i. in coꝛdibus bonoꝝ xp̄ianoꝝ. Et ſic ortū fecit fructum centupluꝫ. i. humana aīa repleta ē oībus virtutibus ⁊ gratia dei: ⁊ inſuper meritis copioſioꝛ: q̄n ſimplicit talis fides facit opera meritoꝛia apud deum. Poſt hāc igit ſpūalē ſacri euāgelij expoſitionē: ex quo in precedenti hebdomada declarauimus vnā ſignificationē ſiue diffinitōnē nō eſſentialē ſacratiſſime fidei. volens proſequi tractatū noſtrū hoc mane deo dante declarare incipiam ipſius ſacratiſſime fidei quiditatem diffinitione eſſentialē: que profecto ſimul ē valde vtilis ⁊ delectabilis. Et inſup valde ſubtilis ⁊ ſpeculatiua. De qua tractare itē deus: nō incongrue aſſumpſi ſuprapoſitum thema. vꝫ. Semen cecidit in ter. bo. ⁊ oꝛ. fe. fruc. cētuplū. Quod vtiqꝫ thema p totam hebdomadā ſequētē congrue aſſumi poterit. Sup que verba ponēs eſſentialē diffinitionē ipſius ſanctiſſime fidei. ceteris obmiſſis diffinitionibus. dico cuꝫ Paulo ad Heb. xi. fidē ipſam diffiniente. ꝙ fides eſt ſubſtantia reꝝ ſperandaꝝ: argumētū non apparētū. In qua diffinitione quattuor articuli precipue ſunt declarādi. ¶ In primo articulo declarabit: qd ſignificatur p illa verba. Fides ē ſubſtātia. ¶ In ſecundo articulo declarabit qd ſignificatur per illa verba reꝝ ſperandaꝝ. ¶ In tertio articulo declarabit: quid ſignificat p illud verbū argumētū. ¶ In quarto articulo declarabit. quid ſignificat p illud verbū nō appentiū. Quibus articulis declaratis ſufficiēter apparebit ſubſtantia ⁊ eſſentia quiditatis ⁊ diffinitionis ipſius ſacratiſſime fidei.

¶ De quattuoꝛ articulis ex qbus declarat tota eſſentia diffinitionis ipſius fidei: ⁊ primo de primo:

Primꝰ igit articulus h mane ſimpliciter: ⁊ ſolū declarādus: ē videre quid ſignificetur per illd verbū diffinitionis ipſius fidei. vꝫ. Fides ē ſubſtātia. Ex certū eſt ꝙ ſubſtātia ſꝫ Phm ſimpliciter dr̄ a ſubſtando: queadmodū p ſimilitudinē etiā fundamentū domus dr̄ ſubſtare parietibus ⁊ tecto: Triplici igit reſpectu pro nunc Apo. fidē ſubſtantiā appellat. ſeu fides ſubſtantia dr̄. Quoꝛū videlicet.

Primus dr̄ reſpectus caſualitatis. Secūdus dr̄ reſpectus neceſſitatis. Tertiꝰ dicitur reſpectus conſeruabilitatis.

¶ De triplici reſpectu: quo fides ſubſtātia dr̄. Et primo de primo: qui dicitur reſpectꝰ cauſalitatis.

Primꝰ igit reſpectꝰ quo fides ab Apoſt. ſubſtātia eē dr̄: ē reſpectꝰ cauſalitatis. Sicut enim ⁊ īfra clarius patebit ſubſtantia per accidēs dicitur eſſe cauſatiua accidentiū: ⁊ fundamētū domus dr̄ per accidens eſſe ſubſtantia cauſatiua tecti ⁊ parietū: ſic fides dicitur eē quedā ſpiritualis ſubſtātia cauſatiua ceteraꝝ virtutū: tā moraliū: q̄ theologicaꝝ: ⁊ precipue infuſaꝝ. Qd aūt fides ſanctiſſima dicat eē ſubſtātia ſeu fundamētū ceterarum virtutū cauſatiuū: ſeu a q̄ cetere virtutes nō immerito deſcendunt: quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Scdo rōne. Tertio diſtinctōne. Quarto ſilitudine. ¶ Primo dico ꝙ fides dr̄ ſubſtātia ſeu fundamētuꝫ: ex quo cetere omnes virtutes creātur. Seu eſt fundamentum oīs gratie gratum facientis: oīs meriti: atqꝫ omnis future gloꝛie. Et hoc probat auctoritatibus. Nā Aug. i li. de fide ad petrū ait. Fides ē bonoꝝ oīuꝫ fundamētū: humane ſalutis initiū: ſine q̄ nemo potuit vnq̄ ad filioꝝ dei numeꝝ ꝑuenire. Paulus etiam. i. Coꝛ. ait. Ut ſapiēs architectoꝛ fundamētum poſui. i. fidē. Et paulo poſt dicit. Fundamentū aliud nemo pōt ponere preter id: qd poſitū eſt: quod eſt xp̄s ieſus. Ubi Greg. ⁊ ponit. i. q. i. c. Cū Paulꝰ. a. t. Cū Paulus dicat: ꝙ fundamētū aliud nemo pōt ponere id: qd poſitū eſt. ꝯſequenter ꝓbat. ꝙ vbi xp̄s non eſt fundamentum fidei: nullū pōt eſſe boni opis edificiū: Itē Jo. Cri. ſuper Matth. ait. Fides eſt xp̄iane religionis cūctaꝛūqꝫ virtutū primū: ⁊ ſtabiliſſimum Fundamentum. Augu. etiā li. de verbis dñi. ait. Fides eſt ſubſtātia ⁊ fundamētū totius boni ſpūalis: p̄ter quā nihil ē quod bonū ſit. Idē quoqꝫ Aug. ſup Jo: ait Quicqd gr̄e: qcquid meriti: qcquid virtutis: qcquid beatitudinis aīa ſuſceptura ē: totū ex fidei ſubſtātia fundamentoqꝫ procedit. Pro. inſup in ſentētijs ſuis dr̄. Fides ē manens credentiū fundamētū atqꝫ ſubſtantia collocās eos in virtute. Deniqꝫ magiſtraliter ēt fides ſic deſcribit. Fides eſt virtus: q̄ ea q̄ ad fundamentū religionis ptinent: recte firmiterqꝫ credūt. Et ſic ex p̄fatis auctoritatibus pꝫ intentū. ¶ Scdo idem ſic ꝓbo vnica rōne. vꝫ. ꝓceſſiōis. Fūdamētū rōnis ponit Phs. ꝛ. Metha. dr̄. In nullo genere caꝝ cōtingit ire in infinitū: ſed eſt deuenire ad aliqd primum in illo genere. ex quo etiā oīa illius generis deſcendūt. Unde eſt deuenire ad primum efficiens: ⁊ ad primum finem. Dicit aūt precipue: ꝙ in oibus ē deuenire ad aliqd primū in illo genere: ⁊ nō ire in infinitū: qꝛ ſi aliqs vellet ire ⁊ ꝓcedere i infinitū: ⁊ nullū principiū ponere ſeu cām ex q̄ effectus reꝝ deſcēdāt: talis apd phos

tanꝗ̃ ingratꝰ ⁊ inſipiēs cēſeret: ꝑꝑ qđ phs
i. phiſi. di. Contra negātē principia non eſt
diſputādum. Et Cōmē. ſuꝑ. v. Meth. ait.
Qui negauerit primū principiū in oi gene
re rerū: impoſſibile eſt eum ꝓbari. Et qꝛ ſm
Phs. xi. Meth. Diuerſoꝝ diuerſa ſunt pri
cipia. Et. i. Poſte. ait. Impoſſibile ē oium
eadē eē ꝓncipia. Hinc ē ꝙ duodeciʒ modis
ſnīa phi ꝟificat: vʒ ꝙ in oi genere rerū eſt
inuenire vnā primā cām a q̄ oēs illius ge
neris deſcendūt. Pʒ ergo primo numerali
ter. vʒ in numeris. Nā in numeris ponitur
prima vnitas: a q̄ oēs cetere ſeqnētes ꝓce
dūt. Vn̄ phs de ce. ⁊ mū. ait. Vnū eſt priꝰ
multis: a quo ⁊ multa deſcēdūt. ſicut ēt ſim
plex prius ē ꝯpoſito. Et. x. Meth. dicit. Nu
merus ē vnitatū pluralitas: ⁊ numerus eſt
multitudo vno menſurata. Scđo patet ma
terialr. Nā radix arboris ē prior ſtipite: ra
mis: frondibus: floribus: a qua tanquā a cā
principaliori predicta oia deſcēdūt. ¶ Ter
tio naturalr. Proinde phs. x. Meth. ait.
Prima principia reꝝ oiuʒ naturaliū ſunt
tria: vʒ materia: forma: ⁊ priuatio. Et primo
Phiſy. dicit. Tria ſunt principia: q̄ nō fiūt
ex aliis: nec fiūt ex alterutris. Sʒ ex his di
cūtur fieri alia. Et nota ꝙ priuatio dī ēt eē
vnū principiū nature: qꝛ priuatio vt dī. iii.
de aia. cognoſcitur per habitum. ⁊ habitus
quodāmodo fundat ſuꝑ priuatiōe: vnde
habitum pietatis preceſſit priuatio ipſius.
¶ Quarto verificatur regula phi ſcialiter
ſeu ſubtilr ⁊ ſpeculatiue. vn̄ phs. iiii. meth.
dicit. Pricipia ſpeculatiua ſunt de quibʒ.
dī eē vel non eē: ad que ſequūtur termini
⁊ q̄ōnes. Qđ cōfirmās Tho. ſcđa ſcđe. q.
liii. arti. i. in corꝑe. q. dicit: ꝙ prima princi
pia indemōſtrabilia ſunt ſubiecta ſcie. ſ. pri
mū: qđ ē in nobis: De ſciētia ſunt huiꝰ ꝓn
cipia: ⁊ in eoꝝ virtute ꝯtinet ois ſcia: ⁊ oēs
q̄ōnes. Propter qđ Phs prio poſterioꝝ
ait. Ois ſcia ꝓſupponit ſubiectū ⁊ princi pi
um a quo ē. ¶ Quinto virtualiter ſeu mo
raliter. i. per quatuor virtutes cardinales ⁊
morales. Unde Phs. vi. Eth. ait. Virtutes
omnes inerunt prudentia exiſtēte: quarum
nulla erit prudētia nō exiſtente: qꝛ prudētia
ē recta ratio agibiliū. ſine qua nulla virtus
recte operat. Sexto verificatur artificialit.
Nā videmus ꝙ fundamētū domꝰ ē prius
ſuis partibus ⁊ tecto: ſuꝑ qđ partes domꝰ
⁊ tectū fundant. ¶ Septio ciuiliter. qđ ſic
pʒ: qꝛ dns precedet ſeruos: ⁊ ē cā ipſoꝝ: ſer
ui ꝓ dnm ſubſequūtur. Itē videmꝰ ꝙ ab
aliquo dno ſeu dnatiōe procedit: ꝙ aliquis
ſit in arte militari capitaneꝰ generalis: ſub
quo ordiatur caput ſquadre: deinde armi
geri: poſtmodū ſacomani. ¶ Octauo ꝓceſ
ſionalrter: pro eo qđ non tm̄ quodlibet ge
nus aialiū ꝓceſſit ab vno principio ſed ēt
totū genus humanū proceſſit ab vno hoie
ſ. Adā ⁊ Eua. Qđ ſic pʒ Cū. n. ſm Phm
ii. de aia: nihil generet ſeipm: ergo vnꝰ ge
neratur ab alio: ⁊ alius ab altero: Et ſic ſuc
ceſſiue opʒ procedere vſqʒ ad Euā ⁊ Adā:
a quibus totū genus humanū ꝓceſſit. Qđ
in genere confirmās auctor. vi. principioꝝ
dicit. Ois cōitas ex quadam ſingularitate
deſcendit. ¶ Nono potētialr pro eo ꝙ cō
muniter oēs actꝰ cuiuſlibet creature a potē
tia deſcendūt: ⁊ originē trahūt ab illa. Vn̄
Phs. ix. Meth. ait. Actꝰ prior ē potētia ra
tione ⁊ ſuba. Tꝑe ꝟo ē quidē vt ſic. ē aūt
nō. Ratione. n. ⁊ n. ticia actꝰ prior ē: vtpo
te edificator. potētie edificare. Tēpore ēt
priora ſunt actu entia: ex quibus fiunt que
potētia ſunt. Item ibidem dicit. Actꝰ pri
or ē potētia tꝑe. Preaccipitur. n. actꝰ aliꝰ
ante aliuʒ vſqʒ ad eū qui ē mouentis pri
mi. Oppoſitū vero eſt quando potentia ⁊
actus ſunt in eodē: quia tunc actus proce
dit a potentia tanꝗ̃ a ſuo principio. Pro
pter qđ ēt ibidē. vʒ. ix. Meth. ait. Actꝰ ſim
pliciter priꝰ ē potētia ad actū: potētia ſem
per precedit actionē. i. oꝑationē tēpore non
natura. ¶ Decimo mobiliter. i. ſm motū.
Unde Phs. vii. Phiſycorū dicit. In mo
uētibus ⁊ motis: non ē ꝓceſſus in īfinitū
ſed eſt venire ad aliquē primū motorē: a q̄
ceteri motus oēs deſcendāt. ¶ Undecimo
verificatur ſermocinaliter. i. in ſermonibꝰ ⁊
orationibꝰ faciēdis: quia cū i arte oratoria
diuerſe ſimul ptes ꝯcurrūt: neceſſe ē ꝙ om
nes ptes deſcēdāt ſeu originē trahant a ꝓ
hemio tāꝗ̃ a ſuo pricipio. Vn̄ phs. 3. retho
rice ſue ait. Prohemiū eſt principiū totius
orationis. Et ibidē ait. Qui aliquid magnuʒ
dicturus ē: ꝓhemiari debet. Et ibidē (inqt)
ait. Prohemia veluti principia totꝰ oratio
nis facere debēt auditores: dociles: beniuo
los: optimos: ⁊ attētos. ¶ Duodecio poſtre
mo verificat regula phi generabilit. i. q̄tuꝫ
ad generationē corꝑis human. Naʒ prima
pars: ſeu primū membꝝ: ex quibus poſtmo
dum oēs alie partes ⁊ oia membra corꝑis
humani deſcendunt ⁊ generant: eſt cor. dī.
Pho in. i. de iuuentute ⁊ ſenectute. Et etiā
prio de aialibus. Cor ē primū: ꝙ generatur
in aiali. Vn̄ ē principiū venaꝝ ⁊ mēbrorū
motus ⁊ ſenſus in oibꝰ aialibus ſanguineʒ
habentibus. Vel dicas qđ ēt regula Phi
ſuperuaturaliter verificari pōt: pro eo ꝙ a
cā ſuꝑnaturali q̄ deus eſt oēs creature ſu
pernaturaliter proceſſerūt: ſicut effectus na
turaliter a ſua cā procedit. Qđ confirmās
Phs ꝓmo Metha. dicit. Deus dī oiuʒ re
rum eſſe cā ⁊ principium. Et Plato i Thi
meo ait. Deus eſt oium rerum auctor maxi
mus. Et ibidē dicit. O dii deorum ideſt an
geli: quorum opifer ⁊ pater ego ſum. Uos
opera mea eſtis: ſed diſſolubilia natura: vo
luntate tm̄ mea indiſſolubilia. Ex premiſſis
igitur. ix. exemplis patet euidenter: ꝙ regu
la Phi que dicit. ꝙ in oi genere rerum eſt
inuenire primam cauſaʒ. ex quibus omnes
effectus illius generis deſcendunt vtiqʒ ve
riſſima eſt. Quibus ꝓmiſſis arguo a ſimili:
ꝙ vʒ in oi genere virtutum cardinaliū infu
ſaꝝ. q̄ ſm Tho. ꝓma ſe. q. lxiii. arti. iii. ſunt
alterius ſpeciei. ꝓcipue reſpectu finis a vir
tutibꝰ acqſitis: ⁊ neceſſario ſm eūdē Tho.
vbi ſupra. ar. 3. Cū ceteris virtutibus theo
logicis in anima infunduntur: opʒ oino con
cludere aliquā eē virtutē priorē: ſeu princi
paliorē oibus aliis virtutibus: tā theologi
cis q̄ʒ ēt aliis moralibus infuſis: a q̄ virtute
tanꝗ̃ a priori cā ⁊ fundamento. cetere om
nes virtutes tā thologice q̄ʒ morales infuſe
trahāt originē ſeu procedāt. Qđ ſi ſic. q̄rit
que ſit prior ⁊ principalior virtus ſeu cā: a
q̄ cetere ꝓcedant. ⁊ ſuper quam oēs ſimul
fundent. Certe rn̄deo: ꝙ nō eſt ſpes: nec ca
ritas nec aliq̄ ceteraꝝ virtutū moraliū infu
ſaꝝ. ſʒ ſimpliciter: hoc priuilegio: hac ꝓroga
tiua: hac dignitate: hac deniqʒ nobilitate ⁊
excellentia gaudet ſola ⁊ ſanctiſſima fides.
Nam ipſa certe prior ē: ⁊ principalior inter
oēs predictas virtutes. Ipſa ſola tāꝗ̃ re
gina ⁊ duciſſa ducatū tʒ ⁊ principatum. pro
eo ꝙ ipſa (vt imediate declarabit) eſt prior
ceteris oibꝰ virtutibus: dico natura: ⁊ rōne
ſed non tꝑe. Et inſuꝑ ipſa ſola hoc mō dī
cātiua ⁊ generatiua oium aliarum virtutū;
Et ꝙ ſic ſit: practice loquendo pʒ. Nā fides
eſt cātiua ſpei in aia. Unde prima inchoa
tio rerum ſperandarum in nobis. ē ꝑ aſſen
ſum fidei: que virtualiter in ſe continet oēs
ſperādas res. prout ad litteraʒ dī. Tho. ſa
ſe. q. i. in corpore: q. ꝙ. ſ. ſpes cauſatur ex fi
de. Et rōeʒ aſſumit ab Aug. i Enchiridiō
dicente. Spes non poteſt haberi de beatitu
dine. niſi per fidem credatur poſſibile: eo ꝙ
impoſſibile non cadit ſub ſpe. Credit antē
quiſqʒ eſſe poſſibile beatitudinē habere ex
diuina bonitate per fidem. Ergo. ⁊c̄. Simi
lis fides ē cauſatiua caritatis dei. vʒ ⁊ ꝓ
xiiii. Et ratio eſt: qꝛ voluntas nō poteſt deū
amare: niſi prius interius rectam fidem ha
buerit d xp̄o ⁊ deo. Similiter eſt cātiua fi
des ceterarum virtutum moraliuʒ. quoniā
ex caritate a fide generata generātur ꝑ cō
ſequens operationes virtutum moralium.
(vtputa) prudentie fortitudinis: iuſticie: tē
perantie: ⁊ huiuſmodi. que operatiōes ſine
eorum habitibus nequaꝗ̃ haberi poſſunt.
Ex qua ratione libet concludere: ꝙ ſicut ſʒ
Phm: iiii. Metha. ſubſtantia dicitur eē pri
mum ens: ſeu prima cauſa. ex q̄ omnia alia
dependent ita a ſimili: fides ſanctiſſima eſt
cauſa primaria. ex qua acquiritur ſpes: ca
ritas: virtutes morales: gratia gratum faci
ens. ⁊ per cōſequens beatitudo. ¶ Tertio
etiaʒ probo diſtinctione. vʒ ꝙ fides dicitur
eſſe ſubſtantia: ſeu cauſa principalior inter
ceteras virtutes. ex qua per conſequens ēt
cetere virtutes in anima cauſantur: ⁊ ge
nerantur. Et dimiſſis diſtinctionibus quas
Phs ponit. viii. Phiſy. ⁊ in poſt predica
mentis in quibus diuerſimode demonſtrat
vnū eē prius altero: ſeu vnā cām eē priorē
altera: ſimplr accipiā diſtinctionē Aug. tan
q̄ʒ clariorē: ⁊ magis ſubſtātialē. Diſtinguit
igitur Aug. ſuꝑ Gen̄. ꝙ cā vna dicitur eſſe
prior altera: ⁊ per ꝯſequēs aliaꝝ cauſatiua
Primo eternitate. Scđo tꝑe. Tertio perfe
ctione. Quarto origine. ¶ Prio dī aliquid
priꝰ eternitate: ⁊ ſic ſolꝰ deꝰ ꝓcedit oia crea
ta. Nō loquor de ideis. q̄ etiā eterne ſunt:
⁊ q̄ nihil aliud ſunt niſi ipſe deus. ſʒ loquor
quātū ad ſubſtātiā ſuā: que fuit ab eterno
ante omne tempus. Econtra vero ſubſtan
tie omnium creaturarum ſunt ⁊ fuerūt non
i eternitate ante tp̄s. Ideo iſto modo fides
nō ꝓcedit ceteras ꝟtutes: qꝛ fides īfūdit in

animab⁹ noſtris: ⁊ et cetere virtutes in tpe ⁊ nō in eternitate. ¶ Scḋo aliquid dī pri⁹ tpe ſimplr. Et ſic flos ſimplr precedit fructū. Iſto et ſecundo mō fides non dī eſſe prior ceteris virtutib⁹ infuſis: imo oēs virtutes tam theologice q̄ etiā morales infuſe ſimul ⁊ ſemel in eodē inſtanti tpe in aia rationali ab ipſo deo infunduntur. ¶ Tertio aliquid dī prius altero: perfectione: ſeu electione. Et ſic fruct⁹ precedit florē: ⁊ merces laborē. Hoc āt tertio modo fides nequaq̄ prior eſt charitate: immo ſimpliciter charitas ipſa prior ē fide: ⁊ ſpe: ceteriſq; oibus virtutibus infuſis: eo q fides: ⁊ ſpes: cetereq; virtutes perficiuntur per charitatem: que eſt mater ⁊ finis oiu3 virtutū dicente Aplo. i. ad Thi. i. Finis pcepti ē charitas. Et. i. Corin. 13. ait. Nunc autē manēt fides: ſpes: charitas. tria hec: maior eſt charitas. Vel dicas q ſicut ordine perfectionis forma eſt prior materia: perfectum imperfecto: actus potētia: vt habet. ix. Metha. ſic charitas eſt prior fide ⁊ ſpe. Et per conſequens ceteris virtutibus infuſis: eo q tā fides ⁊ ſpes; q̄ cetere virtutes perficiuntur p charitatē. ¶ Quarto aliqs dī prius altero origine: natura: ſeu rōne: ſicut ſonus precedit cātum: ⁊ lux ſplendorem: ⁊ ſubſtantia anime precedit potētias ſuas. Et hoc quarto modo dico: q ſola ſanctiſſima fides neceſſario precedit ⁊ ē prior ſpe: ⁊ charitate: ⁊ per conſequens ceteris virtutib⁹ infuſis: ſicut materia neceſſario precedit formā: ⁊ potentia antecedit actū ſuū. Ex quib⁹ oib⁹ colligitur: q cum fides ſanctiſſima ſit prior natura ceteris infuſis: per conſequēs concludo: q ipſa fides ē fundamentū totius chriſtiane religionis: ⁊ eſt fundamentū oium virtutū cardinalium ſeu moraliū (vtputa) prudētie: tēperantie: fortitudinis: iuſtitie: ⁊ ⁊ huiuſmōi inquātū ſunt virtutes infuſe. Eſt quoq; fundamētū totius meriti cōdigni eterne vite. Eſt deniq; fundamētū totius btitudis ſeu felicitatis ⁊ future glie. Sine quo fūdamēto nec charitas infunditur in aia: nec cetere virtutes. Sine quo fundamēto nō pōt heri gra gratū faciēs: nec vllū meritū eterne vite cōdignū. Sine quo fundamēto nullaten⁹ et pōt heri futura glia: ſeu eterna btitudo. Et in hoc appet maxia nobilitas fidei: cū de⁹ eā ſolā cōſtituerit fundamentū ⁊ principiū oium virtutū infuſarū: ois gratie gratū facientis: ois meriti atq; ois future glorie. Ex qua et diſtinctiōe p3: qualr fides cū ſit prior ceteris virtutibus natura ⁊ rōne: ⁊ per conſequēs debet eſſe ceterap virtutū oiu3 cauſatiua. ¶ Quarto deniq; hoc idē probo ſimilitudine. Nā Ambro. in Examerō. dicit. Sicut bonus artifex primo fundamētū ponit. ⁊ fundamēto poſito: edificationis mēbra diſtendit: ⁊ ſupponit: deinde ornatū adiūgit: ſic eccl'ia militās primo ponit in aia fundamētū fidei: qd eſt ieſus xps: qui ē tanq̄ lapis primarius de quo. i. Corin. iij. Apo. dicit. Fundamentum aliud nemo pōt ⁊c. Deinde ponit ſpem in ſummo tanq̄ lapidē angularē. De quo ad Eph. ij. dicit. Ipſo ſummo angulari lapide xpo ieſu ⁊c. Ipſa. n. ſpes dī lapis angularis q2 hoiem cū fide diſponit ad cōiunctionē ipſius dei. Poſtremo ponitur charitas in medio fidei ⁊ ſpei: tanq̄ quoddā cementū: ſeu vinculū pfectionis. De qua ad Col. 3. dicit. Super oia charitatē hēte: quod ē vinculū pfectionis. Ex qua ſimilitudine apparet qualiter ſanctiſſima fides ē ſubſtantia totius xpiane religionis. fundamētū ſubſtās ceteris cunctis virtutibus. Aliā ſimilitudinē ponit Augu. ſuper Jo. dī. Sicut in radice arboris nulla prorſus appet ſpecies pulchritudinis: ⁊ tamē qcquid eſt in arbore virtutis pulchritudinis ⁊ decoris: ex illa procedit: ſic ex fidei humilitate: que inter oēs prior ē: quicquid ē meriti: qcqdue btitudis aia ſuſceptura ē: ab ea procedit. Aliā deniq; ſimilitudinem ponit dñs ieſus Math. vij. aſſimilās fidem firme petre: ſupra quā ſapiens totā domū ſuā edificat. Proinde Math. xvi. dixit. Super hāc petrā edificabo eccleſiam meā. Petram vocat firmitatē fidei in Petro. Hoc fundamentū non timet pluuiā: nec flumina: nec vētos: Nec mirū: Innixum ē. n. petre ſtabilitatis. Proinde Math. vij. dī. deſcēdit pluuia ⁊ venerunt flumia: ⁊ flauerunt venti ⁊ nō cecidit dom⁹. fundata enī erat ſupra firmā petrā. Pluuia que de ſurſum venit eſt impugnatio aeree poteſtatis. Flumina que de montibus deſcendunt: ſunt perſecutiones potentū atq; ſuperborum. Venti dicuntur oia tentationū genera que ſimul oia non poſſunt deſtruere ſtructurā: ⁊ edificiū ſanctap virtutum infuſap. eo q firmiſſime ſupra petrā ſancte fidei fundate ſunt. Aliā poſtremo ſanctiſſime fidei ſimilitudinē ponit Phs. vij. Meth. Et et Cōmēta. ſup ho de anima. dicentes. Subſtantia eſt prior oi accidente: cognitione: diffinitione: ⁊ tempore. Accidēs aūt ſm Porphiriū. li. vniuerſalium. c. de accidente: eſt quod adeſt ⁊ abeſt p̄ter ſubiecti corruptionem. Et quoddam eſt ſepabile: vt dormire: quoddā iſepabile vt nigredo corui. pōt tamē coruus intelligi albus ⁊ preter nigredinem: Et Phs primo Phiſy. ⁊ primo poſteriop diſtinguit dicēs Accidens eſt duplex. ſ. ſeparabile: ⁊ ppriū. Quibus premiſſis dico: q ſubſtātia prior ē accidēte ſeparabili tpe ⁊ natura (prout eſt anima) q2 ſubſtantia aie in qua fundantur habitus virtutū ⁊ ſciap prior eſt natura ⁊ tempore ipſis virtutibus ⁊ ſcientijs. Similiter ſubſtantia corporis prior eſt accidentibus ſuis tempore ⁊ natura (vtputa nigredine ⁊ albedine: ⁊ huiuſmodi). Talia accidētia que ſunt poſteriora tpe; ⁊ ratione ipſis ſubſtātijs. vtq3 ſunt ſepabilia ab eis. Ph3. q2 albedo ⁊ nigredo interdum adſunt: ⁊ interdū recedūt. Similiter habitus ſciarum et ſeparabiles ſunt ab ipſa potentia intellectiua. aliqn per vehementē egritudinem corporis. aliqn vero ex longa diſſuetudine nō recogitanti. Similiter eſt de habitibus virtutū: qm p cōtrariā cōſuetudinē vitiop perdunt. Aliqn vero ſubſtātia eſt prior accidente non tpe: ſed ſimpliciter natura ⁊ ratione: ⁊ intelligit de accidēte inſeparabili. Nā accidens inſeparabile in hoie. prout eſt riſibilitas: hoc. n. nunq̄ poteſt ab hoie ſeparari. Unde nullus eſt homo vel fuit vnq̄: g etſi non riſerit ſicut dicitur feciſſe xpm ſeu ſciam non didicerit: ⁊ virtutes non habuerit. tamen aptitudinem ridendi: ſciam addiſcendi: ⁊ virtutes acquirendi ſemper hūit. Per quod Phs. i. Phiſy. dicit. q accidētia propria: ⁊ proprie paſſiones nunq̄ ſeparantur a ſuis ſubſtātijs. Talia. n. accidētia inſeparabilia: vtiq3 ratione ⁊ natura ſunt poſteriora ipſa ſubſtantia: q2 ſicut ſubſtātia anime eſt prior rōne ⁊ natura: non tpe ipſis potentijs. que ſunt intellectus ⁊ voluntas ſic ſubſtantia hominis: in qua fundat riſibitas ⁊ diſciplinabilitas eſt prior rōe ⁊ natura ipſo accidente inſeparabili. qd ē eſſe riſibile ⁊ diſciplinabile. Ex qua etiam ſimilitudine cōcludo: q cū cetere virtutes (vt ſupra dictū ē) ſint in aia ſicut quedā accidētia fundata ſup ſubſtātia: ⁊ habitus etiam ipſius fidei. propter hoc manifeſtū ē: q fides ipſa prior eſt ceteris virtutibus nā ⁊ ratione. ⁊ per cōñs eſt cāatiua oium aliarum virtutum. Et ſic ex predictis auctoritatibus rōne: diſtinctōe: atq; q̄druplici ſilitudine p3 qualiter fides eſt prior rōne ceteris virtutibus. ⁊ p cōñs eſt cauſatiua omniū virtutū infuſarū: ois gratie gratum facientis. omnis meriti atq; ois future glie. Et ex hoc o fides bñdicta: o fides ſancta: o fides amabilis: o fides ſuper omnia deſiderabilis: apparet q inter ceteras omnes virtutes maxima pcipue ē virtus tua atq; potētia: teſte phō: qui in primo de celo ait. Oia principia ſunt mīma in quātitate: ſed maxima i virtute. Et. i. Elenchop. dicit. Pricipium quātitate minimū ē: poteſtate vero maximū. Et ſic ēt ex oibus ſupradictis p3 prim⁹ reſpectus: quo fides ſubſtantia dicitur.

¶ De 2o reſpectu: quo fides ſubſtantia dī.

Secundus ēt reſpectus quo fides ab Aplo ſubſtātia eſſe dicitur: eſt reſpectus neceſſitatis: q2 non tantu3 vt claruit fides neceſſario ē prior ceteris virtutib⁹. Eſt inſuper cauſatiua ceterarum virtutu3. Sed inſuper eſt ſumme neceſſaria ad ceteras oēs virtutes habēdas. Sicut ēt fundamentum domus dī eſſe neceſſariū reſpectu ſuap partiū. ſine quo ptes eē non poſſent. hoc mō dicendo a ſimili: q cum fides: vt declarat u3 eſt ſit ſubſtantia ⁊ fundamētū oium virtutū: ſumme neceſſaria ē ad ceteras virtutes habēdas: ſine q̄ impoſſibile ē aliquā virtutē ⁊ pcipue infuſam haberi. Qd tripliciter pbo. Prio auctoritate. Scḋo rōne. Tertio ſimilitudine. ¶ Primo auctate. Aug. ſup epl'a3 ad Gala. dī. Sicut ſine ſubſtātia fundamēti nulle ptes domus eē poſſunt. ſic ſine ſubſtātia fidei nulla vtus diuina ⁊ celeſtis eē pōt. Et ō nullū implet mādatū: nullūq3 op⁹ bonū facit. q in ſe fidei ſubſtātiā nō hz. Impoſſibile eſt: n. vt ait Apls ſine fide placere deo. ¶ Scḋo hoc idem pbo vnica ratione. v3. poſteritatis. Fundamētū rōis ponit Phs primo Priop. dī. In quolibet genere rep q nō hz priora: nō pōt hēre poſteriora. Patet

hec regula. Qui.n.nō hʒ arborē:que ē gd priꝰ:nō pōt habare fructꝰ poſteriores. Et q nō hēt logicā:que ē clauis ad phiam ꝛ theologiā:nō pōt phiam nec theologiā habere. Similiter ſi cor nō generat quod eſt principiū in toto hōie:īpoſſibile ē hēre manꝰ ꝛ cetera mēbra. ꝛ inſup ipſaꝫ rōnalem aiaꝫ. Quo ꝑſuppoſito:certū ē a ſimili: ꝙ q nō hēt fidē:que ē ſubſtātia oiuꝫ virtutum: oīs gratie:meriti: ꝛ glīe.īpoſſibile ē ꝑ ꝯn̄s ꝙ in ſe hēat aliquā virtutē infuſam:grām gratū faciētē:meritū ꝛ glīā. Ex quo ēt concluditur: ꝙ ſtantibꝰ terminis deꝰ nulli pōt infundere ſpem nec caritatē: nec.vij. dona ſancti ſpūs. Nec inſup ceteras virtutes infuſas niſi talis ꝑ prius in ſe hēat virtualr ſubſtātiā ꝛ hitū fidei. Ex quo ēt elicitur ꝙ ex quo iudei:ſaraceni:ceteriqꝫ infideles habitū vere fidei nō hn̄t:impoſſibile ē eos hr̄e aliquā predictarū virtutum. ℭ Tertio deniqꝫ idē probo ſilitudine: ꝙ vꝫ ſuba fidei oīno ē neceſſaria ad habēdū ceteras virtutes. Sicut.n.ſe hn̄t accn̄tia tā ſepabilia ꝙ̄ inſepabilia ad ſubſtātiā: ſic oēs virtutes: (ꝑcipue infuſe) ſe hn̄t ad ſubſtātiā fidei. Sꝫ clarū ē ꝙ remota ſuba:nulla pn̄t hēri vl̄ eē accn̄tia. Ergo a ſili:remota ſuba fidei:neceſſe ē ꝑ ꝯn̄s oēs virtutes infuſas remoueri. Et ꝙ nulla accn̄tia eē poſſint ſine ſubſtātia in qua fundant.pꝫ ꝑ Phm.i.de generatione ꝛ cor.dī. Accn̄s nullū eēt ſubſtātia non exn̄te. Quod ſic ēt pꝫ:qr nulla ē infirmitas ſanitas:albedo:nigredo:pulchritudo: ꝛ huiuſmodi:niſi ſit corpus in quo fundent:nec inſup hitꝰ ſciaꝝ eē poterūt:niſi hēat potētia intellectiua in qua fundant. Et.i.phyſi. dī. Accn̄tia non pn̄t intelligi eē ſine ſubſtātia:intellige ꝑ nāꝫ:qr bn̄ ſupnaturaliter accidētia panis ꝛ vini conſecrati ſtant ſine ſubiecto in ſacro altaris. Et.ij. Topi.dī. Accidētibꝰ ſolū cōtigit eē ꝑm gd: ꝛ nō ſimplr̄. Et.vij. Meth.idē Phs dicit. Accn̄tia non ſtant ſine ſubiecto:neqꝫ ſunt entia niſi quia entis. Deniqꝫ in ꝑdicamētis ait. Impoſſibile ē aliquod accn̄s eē vnq̄ ſine ſubiecto:in quo ē. Quibꝰ premiſſis concludō: ꝙ ſicut nāliter nullū ē accn̄s vel eē pōt:niſi prius adſit ſubiectū:ſeu ſubſtantia:in quo fundetur:ſic a ſimili ſpūaliter:cū oīs virtus ſit accidēs ipſi aie:impoſſibile ē ꝙ inſit aie vllā virtus:niſi per prius ſit aliqua ſubſtantia ſine fūdamētū ſpūale:ſuper quo cetere virtutes fundent. Sed hoc neceſſario ē fides: vt ꝓbatū ē. Ergo ꝛc. Et ſic ex ꝑdictis patet intētū: ꝛ ſic pꝫ ēt ſcd's reſpectꝰ: quo fides dī ſuba:q dī reſpectꝰ neceſſitatis.

ℭ De tertio reſpectu quo fides ſuba dr̄.

dign⁹. Et ibidē ait. Genitorē vniuerſitatis tam difficile eſt inuenire: q̄ inuentū īpoſſibile ē pſari. Deniq̄ʒ Apo.i. Thi.vi.ait. De⁹ lucē habitat iacceſſibilē: quā nullus hoīum vidit: ſed nec videre pōt. Ex qb⁹ auctoritatib⁹ pʒ: q̄liter futura gloria ē incomprehenſibilis cuilibet intellectui creato. ¶ Scđo hoc idē probo duplici rōne. Primo rōne eſſentialitatis. Secundo rōne repugnabilitatis. ¶ Primo pbo rōne eſſentialitatis: fūdamentū rōnis ponit phs.3.de aia.di. Sicut ſe hʒ res ſimpliciter ad eſſe: ſic ſe hʒ ſimpliciter ad intelligi. Patet hec regula. Nā res que parum hʒ de eſſentia bonitatis. ſic ꝯprehenditur ab intellectu put eſt. Si āt res magis habeat de bonitate: reqrit ad eā intelligendā maior intellectus. Si āt res hʒ eſſentiam maxime bonitatis: tā intenſiue q̄ extenſiue reqritur ad eam intelligenduʒ maximus intellectus: queadmodū ēt ad ſuſtinendū vinū inteſiuū: optimū: ⁊ potētiſſimū reqritur ēt neceſſario optima ⁊ potentiſſima diſpoſitio in ipo bibēte ad h: vt illō poſſit bibere ⁊ ſuſtinē. Quo pſuppoſito certū eſt. ꝙ de⁹ q̄ ē oiuʒ iuſtorū futura gloria: hʒ eſſentiā ſuam inteſiue ⁊ extenſiue actualiter infinitam: ſeu infinite bonitatis. ergo eſt infinite cognoſcibilis: Sed cū null⁹ intellect⁹ creat⁹ hanc ſimpliciter tā inteſiue q̄ extēſiue potentiā infinitā ad itelligēdū neceſſario hēat: ꝯcludit ꝙ gloria diuine viſionis cuilibet intellectui creato incōprehenſibilis ē. Quā rōnem confirmās Tho.i.pte ſūme. q.12.ar.i. Dic: In tātū aliqs intellectus pfecte cognoſcit ſnq̄ā tū maiori vel minori lūie perfundit. Cū igit lumen glorie creatū in quocunq̄ʒ intellectu creato receptū non poſſit eſſe infinitū. ipoſſibile eſt: ꝙ aliquis intellectus creatus deum infinite cognoſcat: Et ſi ſic eſt. ꝗ īpoſſibile eſt: ꝙ deū totaliter cōphendat. Qđ confirmās. phs.3.phi. dic. Infinitū ⁊ multitudine ⁊ magnitudine ſm ꝙ infinitū ē nobis ignotū ē. Et.3.phiſ. ait. ꝙ infinitū ē nobis ignotū inq̄tū infinitū. Et primo Poſterioꝝ. di. Infinita non cōtingit ptrāſire intelligētem. Hec Tho. ſententialit rōne repugnabilitat. ¶ Scđo hoc idē probo rōne repugnabilitatis: ſeu repugnātie. Fundamētū phs.i.prime.⁊.i. Poſterioꝝ. ⁊.iiij. Metha. dic. Affirmatio ⁊ negatio nunq̄ ſunt vera de eodē. Patet h regula. Nā impoſſibile ē: ꝙ lapis ſit lapis ſimul ⁊ nō lapis: ſeu impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſit homo ⁊ nō homo: ſeu aliqd ſit homo ſimul ⁊ petra: q: hec ſibi inuiceʒ repugnāt. Quo pſuppoſito certū eſt. ꝙ ſi aliqua creatura deū pfecte cōprehēderet ⁊ cognoſceret: clarꝫ eſt ꝙ eſſʒ tāte ſapiētie ⁊ charitatis. q̄nte eſt de⁹ ipſe: vel creator: Et ſi ſic eēt ergo hō ⁊ creatura eſſet ſicut de⁹ ⁊ creator. Sed cū ſit impoſſibile ꝙ ſimul aliqd ſit hō ⁊ deus. creatura ⁊ creator (cum hec ſibi inuicem differant i infinitū) concluditur etiam per ꝯñs. ꝙ oīno impoſſibile eſt totā diuinā eſſentiā: ſeu futuram gloriā comprehēdere. Quā rōnem ꝯfirmās dñs Bonauētura in 3.di.xiiij.ar.i.q.2. i rōnib⁹ affirmatiuis dic. Omne qđ cōphendit alteꝝ: eſt mai⁹ illo vel ſaltē ei equat. aliogn ipm claudere itra ſe nō poſſet. Sʒ impoſſibile eſt creaturā aliquā: nec p vnionē: nec p aliū modū equari creatori. Ergo ipoſſibile eſt. ꝙ cōphendat creatorē. Ergo aīa xpi non ꝯprehendit vbū ſibi vnitū. Ergo a fortiori nulla alia anima. Et ideo Damaſc. dicit. Hoc ſoluʒ intelligit ꝺ deo: ꝙ incōprehenſibilis eſt ab oī creatura. Hec ille ad litterā. Et ita ex rōnib⁹ pdictis patet concluſio. ¶ Tertio h pbo diſtinctionib⁹. Et pmo diſtinctōe. Ric. i ſuo qđlibeto dicētis. Cū q̄ritur an de⁹ ſit cognoſcibilis a rōnali creatura: reſpōdeo: ꝙ creatura rational' poteſt habere cognitionem de deo ſm oēm ſtatū taʒ vie q̄ patrie: qđ oſtendit pmaria eius cōditio. Cum.n. rōnalis creatura ad imaginē dī ſit facta. Et ſm Aug. xiiij. de tri. ca. xviij. eo ipſo imago di eſt: q̄ capax eius p cognitionē eſſe poteſt. q: imago conſiſtit in potentijs cognitiuis. ſm qđ pōt deū cognoſcere ⁊ amare: niſi ſm ꝙ pōt deū diligere. ſeqtur pp h ꝙ pōt deū cognoſcere: taʒ in vita q̄ in patria. Hoc idē oñdit naturalis ad deū diligēdū obligatio. Certū ē.n. ꝙ rōnalis creatura naturalr ē obligata ad deū diligēdū: ita ꝙ hoc ſolū reqrit de⁹ ab ipſa. tāq̄ pfectiuū ⁊ cōplectiuū oīs obligationis. Sed cū impoſſibile ſit: ꝙ deū diligat tā in via: q̄ in patria: niſi eū pcognoſcat. ꝗ ſm ſtatū vie ⁊ patrie deū cognoſcere pōt. h idē oſtēdit finalis ei⁹ terminatio. Certum eſt.n. ꝙ rationalis natura ad finē beatitudinis ē creata: qđ oſdit nāle eius deſiderium qđ ſi pōt eſſe ocioſum. ſm Cōmenta.2. Meth. Si beatitudo haberi ſi pōt ſine cognitione vel viſione dicente Sal. Jo.xvij. Hec ē vita eterna: vt cognoſcāt te piez. ⁊ quē miſiſti Jeſum xpʒ. Ubi ēt Aug. dicit. ꝙ viſio dei ē tota merces. Qđ ſi ſic ē: ꝗ neceſſario ꝯcludit: ꝙ deus cognoſcit tā i via: q̄ in pria. Notādū tñ ē: ꝙ quadrupliciter contingit aliquid cognoſci. Primo p immediatā di apphēſionē: ſicut qñ res aliq̄ potētie apphēſiue ſe offert imediate ⁊ obiectiue. Et hoc mō ſimpliciter hꝫ cognitio de deo in patria. eo ꝙ ibi immediate ⁊ obiectiue in ſua eſſentia ſe intellectui repñtat: ⁊ ab eo apprehenditur. ¶ Scđo contingit ēt aliqd cognoſci p ſpēi ꝯtemplationē. ſicut qñ res pñtatur ſenſui: ſi aūt intellectui p ſe imediate: ſicut audiēdo deſcriptionē alicui⁹: qđ ſi vidi ꝯcipio i me te ei⁹ ſpēm aliqualem. Et hoc mō hꝫ cognitio de deo in ſtatu vie. vbi nō repñtatur aīe deus obiectiue in eēntia ſua. iđ neceſſe hʒ aliquam ſpēm ei⁹ concipe aliquo mō. Qđ qdē facere pōt aīa triplici gradu ⁊ ordine. differēter tñ ſm magis ⁊ min⁹ pfectū. vʒ p naturalē rōcinationē. Rōcinando.n. poteſt aīa multipliciter ſpēm de deo concipe. ſ. ex rez plūtate. ⁊ ex hoc pōt cōcipi ſpēm vnius entis pmi. cū oīs plūtas ad vnitatē reducat ⁊ ab ea deſcēdat. put dic Auctor in lib. vi. pnci. ex rez cāuſitate. Et ex hoc pōt cōcipere ſpēm prime cāe. qñ cū videamus vnum eē ab alio ⁊ nō ſit pceſſus in infinitū. neceſſe ē primā cām eē: ex rez gradatōe ⁊ varietate. Et ex hoc pōt cōcipe ſpēm vnius nature vel ſumme. Nā cū videamus qdā nāli gradu dignitatꝫ ⁊ valoris pferri qbuſdā. ⁊ nō pōt eē pceſſus in infinituʒ. ergo ē deuenire ad ſummū aliqđ ex rez mutabilitate: ⁊ ſic pōt cōcipere ſpēm vnius imutabilis ⁊ eterni. Itē ſo ꝯtingit aliqd cognoſci p doctrine ⁊ fidei informationē. Et ſic audiendo ⁊ legēdo pōt ꝯcipe ſpēʒ dei et pſſius ⁊ certi⁹. q̄ modo pdicto iuxta ꝯditiōes ⁊ pprietates. ſm quas deſcribit tm̄ fides. Itē p contēplationē ⁊ affectualē deguſtationem. Et ſic adhuc expreſſiori ⁊ certiori mō pōt homo concipe ſpēm aliquā de deo ⁊ diuinis. ¶ Tertio ēt cōtingit aliqd cognoſci p ſpeciei apprehenſe retentionē ⁊ cogitationeʒ. ſicut cognoſcimus rem: que aliquando p ſe fuit pñſens: poſſibile apphēſiue poſtea tamen eſt abſens. Et hoc modo nō cognoſcitur deus i via. niſi forte aliquis vſq̄ʒ ad viſionē eēntie ei⁹ rapetur. ſicut vult Augu. de Aplo libro de vidēdo deo. ¶ Quarto deniq̄ʒ cōtingit aliqd cognoſci p imediatam rei apphēſionē ⁊ cōprehēſionem. ſicut qñ res aliq̄ put ē ſcia alicui⁹ potētie intellectui ſe offert imediate ⁊ obiectiue: q̄ ſimul ⁊ ſemel apphendit ⁊ cōprehēdit. hoc mō impoſſibile ē deū perfecte cognoſci ab aliq̄ itellectu creato ſm Auicen. viij. Meth. ſue c. xxxviij. q: cā ſpālis q̄re res aliq̄ nō intelligit ē materia. Eſſe.n. formale ē eē intelligibile. Quāto ergo aliqd ē magis materiale tāto ē min⁹ intelligibile. Et quāto magis ē formale tāto magis ē cognoſcibile. Uñ Phs. ij. Meth. vult ꝙ materia nō ſit intelligibilis niſi p analogiā ad formā: ⁊ ꝙ illa q̄ ſunt ſeparata a materia: et ſi a nobis difficile intelligunt: hoc nō ē pp ipſas res ſed pp nos. vt dicit Cōmen. ſup. ij. Meth. Cū ergo de⁹ ſit ſumme imaterialis: ⁊ ſumme in actu hʒ eē: ideo ſumme ē intelligibilis q̄ntū eſt de ſe. Propter qđ di ꝙ deus lux ē. q: ſicut lux inter corpalia eſt ſumme viſibilis ⁊ manifeſtatiua: ⁊ declaratiua ſui apud viſum corpalē: lʒ oculus debilis vt veſpertilionis melius poſſit videre lucē obſcuratā q̄ clarā: ſic de⁹ eſt ſumme intelligibilis ⁊ manifeſtatiu⁹ ſui apud quecūq̄ʒ intellectū: q̄ntū ē de ſe. lʒ oīs intellectus creatus deficiat. ne poſſit infinitū ſplēdorē eius intellectu ſuo ſuſtinere: nō tm̄ in via ſʒ ēt in patria. Hec Ricar. ad lrām. Ex qua diſtinctione pʒ: qualr glia futura ⁊ diuine viſionis ē incōprehēſibilis apud quecūq̄ʒ intellectū creatū. Aliā diſtinctionē ponit ſeraphic⁹ dñs Bonauētura in. iij. di. xiiij. ar. i. q. xi. in corpe. q. di. Cū q̄rit an aīa xpi totū vbū cōprehēdat. rñdeo ꝙ nō. pp qđ notandū eſt: ꝙ aliqui voluerunt dicere: ꝙ verbū increatū ⁊ ipſe de⁹ nō ſolū ab aīa xpi: ſed ēt ab alijs animab⁹ beatis pōt comprehendi: ⁊ aliquo modo eſt incomprehenſibilis. Comprehendit: in q̄tum ad eēntiam: vt dixerunt que eſt finita et indifinita: q: in ſeipſa ſimplr eſt perfecta: Dicit autem ⁊ eſt incōprehenſibile q̄tuʒ ad potētiā q̄ reſpic infinita. nāq̄ ei pōt in totū gn i pla. Et per hoc diſſoluē voluerunt auctes ſcōꝝ ⁊ ſcripture: q̄ videt inuicē repugre: q: aliqñ dī ꝙ deus eſt incōprehēſibil'. aliqñ vero dī ꝙ bti hñt cognitōʒ cōprehēſionis. Sʒ iſte

modus in pmo li. improbatus fuit: q2 impoſſibile eſt ꝙ potentia excedat eſſentiã: vñ impoſſibile eſt potentiam eē ſimpliciter infinitam. ſubſtãtia exiſtente finita. Et ibidē oſtenditur multipliciter deum eē immenſum nō ſolum in relatione ad res: ſed etiam in ſeipſo hīc immenſitatem. Et ideo iſte modus dicendi ſtare non poteſt. Ideo qui hoc prius dixit: poſtmodum retractauit. Alij vero dicere voluerūt: ꝙ aia xpi: ꝫ ſi ſit finita: tamē ob grãm vnionis ſublimatur ad aliqđ infinitum. Dꝫ. n. aliquid: qđ eſt ſupra oēm creaturę gradum: ꝛ quo nihil poteſt cogitari excellẽtius. Et ex ipſa parte poteſt comprehēdere perfecte verbum ſibi vnitū: ꝛ hoc ē ēt ipſius ſolius proprium. Et pro tanto allegant ad ſuum ꝓpoſitum Hillariū li. de tri. dicentē. Trinitas ſibi ſoli nota eſt: ꝛ hoi aſſumpto. Sed hoc etiam nullo modo ſtare pōt: q2 q̄ņuis gratia vnionis dicat aliquid infinitum rōne alterius extremi: tñ rōne aie vnite ſemper dicit quid finitum: ꝛ res virtutis finite: qm̄ aia xpi manet intra terminos creature: queadmodū alie aie: aliter nō fuiſſet vera aia rōnalis: ꝛ ſi ē virtutꝫ finite qūo pōt vnq̄ꝫ comprehendere immenſitatem rei omnino infinite ꝛ excedentis eam in infinitum. Propterea eſt tertius modus dicendi rōior: ꝛ verior ē: ꝙ nec aia xpi: nec alia creatura comprehendere pōt immenſitateꝫ verbi increati: ſine ipſius dei: ꝛ tamen ipſuꝫ totum cognoſcit. Et poſſunt iſta duo ſil' ſtare: immo neceſſe eſt ponere: q̄ņuis difficile ſit intellectui noſtro capere. Si. n. vere ponimus deum ſimplicem: immo q2 neceſſe ē ſic ponere ꝛ credere ſi cognoſcatur: iam non hꝫ partem ꝛ partem: ſed totus cognoſcit. Rurſus: ſi deum ponimus immenſum (q2' hoc credimus ꝛ fatemur) neceſſe ē ponere ꝙ nunq̄ꝫ ab intellectu finito ꝓhendãtur: ꝛ ſic dc[9] a quacūq3 creatura ipſum cognoſcere tot[9]. cognoſcitur: ſed tñ non totalr. Si aūt queratur qūo hoc pōt intelligi: dico ꝙ difficillimū eſt: eo ꝙ plus repitur in creaturis d' diſſimilitudine: q̄ꝫ de diſſimilitudine. Intelligamus tamen (gratia exempli) aliquem oculum: cuius aſpect[9] nō ſit omnino clarus: ꝛ intelligamus aliqđ paruū album: tñ intenſum in luminoſitate ꝛ claritate coloris: oculus ille videbit illud albū totum: tñ inteſionem illius albedinis nō cōprehendet. Sic ſuo mō in propoſito intellectum ē. Sed non modica ē diſſimilitudo: q2 in illo albo claritas differt a claritate: in deo aūt oino ē idē. Et ideo aliud exemplum conſueuit poni in puncto: qđ rōne ſue ſimplicitatis totus attigitur ab vna linea non tñ comprehenditur q2 punctum pōt infinitas lineas terminare Sed nec adhuc eſt ſimile: q2 in puncto aliud eſt virtus: aliud eſt eſſentia: non ſic eſt i deo in quo eſt omnino idem. Et ideo tertiū exēplum ponendum ē in ſubſtãtia ſpūali: que ē imago dei: q2 ipſa tota ē in vna parte corporis. ꝛ tñ in illa non diffinitur: q2 rōne ſue ſimplicitatis: ſic tota ē in illa parte: ꝙ tota ē extra illam in pte altera: ſic ꝛ deus in vna creatura ē totus: ꝛ totus extra. Per hūc ēt modū opꝫ intelligēre circa potētiã intellectiuã: ſed hoc melius intelligitur rōcinatione: q̄ꝫ exemplorꝫ ſuppoſitione. Si ꝗs. n. videt ꝙ in deo ſimplicitas non opponit infinitati videre pōt qūo deus pōt cognoſci totus: ꝛ tñ non ꝓhendi. Propter qđ nomē ꝙ infinitū accipit ꝫm quãtitatē ꝫm Phꝫ. Aug. tñ dicit qđ ē quãtitas mollis: ꝛ quãtitas virtutis. Et ita ꝫm vtrūq3 pōt accipi infinitum ſed differenter. Qm̄. n. quantitas mollis eſt partibilis ꝛ ſuper partibile fundata: ideo infinitum ꝫm hanc quantitatem oppoſitōneꝫ habet ad ſimplex: ꝛ impoſſibile ē ꝙ aliquid idem ꝛ ꝫm idem ſit ſimplex ꝛ infinitū. Qm̄ vero quãtitas virtutis reperit in ſimplicib[9] imo quãto aliqđ ſimplicius: tanto potēti[9]: hinc ē ꝙ infinitū ꝫm hãc nō repugnat ſimplici: imo neceſſario ſeqt: ꝙ ſi aliqđ ē ſimpliciſſimū: ꝙ aliqđ ēt ſit ifinitiſſimuꝫ. Clare igitur pōt videri ꝙ in deo: ſꝫ idē pōt eē ſūma ſimplicitas ꝛ ſūma infinitas: ꝛ iō vera ē poſitio predicta: ꝙ deus totus vi: ſꝫ tamē non ꝓhenditur ab aliqua creatura: nec vnita nec ſeparata. Et ideo cōcedēde ſunt auctoritates ꝛ rōnes: que ſunt ad pte iſtã h[9] oia Bona. ad lrãm. Ex p̄dictis igitur diſtinctionibus pꝫ: qualiter futura glïa ē incōꝓhēſibilis inteſiue cuilibet intellectui creato. Quarto deniq3 h idē ꝓbo vnica ſiliтudine. Nam legit in legenda ſci Dyoniſij arriopagite: qui fuit diſcipulus apl'i Pauli: ꝙ dum ipſe Dyo[9] poſt xpi aſcēſionē poſtulaſſet hanc gratiam a ſcō Jo: euãgeliſta: vt dimitteret ꝙ ſemel ſaltē videret xpi genitricē. i. glïoſaꝫ vgīnē Mariã: q eidē ꝯceſſit quod voluit: cuꝫ autē ipſe Dyoniſius thalamū ipſius virginis ingreſſus fuiſſet: vidit infinitos radios de ſingulis membris ipſi[9] virginis exeuntes: eam ſupnaturaliter decorantes: quam claritatem eximiam ſuſtinere nō valens: nec comprehendere potens. cōruit i terraꝫ: ꝛ reuerſus in ſe dixit Joãni O Joãnes apoſtole vide de cetero ne pmittas aliquem videre precipue dum radio contéplationis illuſtratur hanc dī genitricem. quoniam idolatrare facies. Niſi. n. magiſter me[9] Paulus declaraſſet mihi differentiam q̄ ē inter creaturaꝫ ꝛ creatricem: eſſentiam hãc creaturam pro creatore adoraſſet. Qđ ſi ſēſibiliter oculis corporis potuit videre corp[9] virginis ſenſibile: ſed non eius lucē comprehendere. ergo a ſimili imo a fortiori impoſſibile eſt: ꝙ aliquis intellectus creatus eſſentiam dei comꝓhendat. q̄ņuis eam videat. intelligat. ꝛ contempletur. Quod egregie confirmãs Jo. Criſo. in li. de repatiõe lapſi. dicit. Intuere anima in celeſti patria cetū pulcherrimuꝫ: non ſolum ex hominibus: ſed ēt ex angelis. archangelis. poteſtatibus. cherubin atq3 ſeraphin congregatū. Refugit eniꝫ omnē ſenſuꝫ atq3 omnē intellectū humane mentis. excedit dec[9] illud illa pulchritudo: ꝛ illa virtus: illa magnificentia: illa gloria: illa maieſtas. hec ille. Ex ſupdictis igit omnibus patet ſecunda diffinitio ſubſtãtialit data d' ipſa ſacratiſſima fide. ꝛ per ꝯñs patet prima excellentia quiditatis. Et inſuper patet declaratio q̄rti articuli de ipſa diffinitione declarandi. vbi ꝛ declaratum eſt ꝙ Apl'us dixit: ꝛ diffinit fidem eſſe argumētū: ideſt certitudinē non apparentum triplici reſpectu. vꝫ diſtinctionis: gratificationis: atq3 glorificationis: ſeu ꝓhenſionis. quã comprehenſionem in futuro: ꝛ nunc ꝓhēſionem nobis largiri dignetur ipſa ſanctiſſima trinitas: que eſt deus vnus ꝛ incomprehenſibile bonum. cui ſemper ſit omnis laus ꝛ gloria: in ſecula ſeculorꝫ. Amen.

¶ Feria Quinta poſt dominicam ſexageſime. d' ſecunda excellẽtia ipſius ſacratiſſime fidei.

# Emē cecidit

in terram bonã ꝛ ortum fecit fructū cētuplū. Luce. viij. ꝛ in euangelio p̄ſenti dñice.

Poſtq̄ꝫ ſufficienter declaraui primã ipſius fidei ſacratiſſime excellentiã. vꝫ quiditatem ꝛ diffinitionem. in qua monſtratum fuit: qđ ſit eſſentialiter fides ipſa. Nunc ꝫm ordinē i principio poſitum: declarare habeo in p̄ſenti ſecundam ipſius fidei excellentiam: q̄ dicitur excellẽtia neceſſitatis. cuius ſecunde excellentie declaratio talis eſt.

¶ De neceſſitate ſanctiſſime fidei.

Secunda igit excellentia ſanctiſſime fidei in ordine declaranda dicit excellẽtia neceſſitatis. In hac igit excellentia habemus videre. qualiter fides de qua loquimur: eſt omnib[9] rationalibus creaturis ſiue in habitu ſiue in actu neceſſaria ad ſalutem. ꝛ quō impoſſibile eſt aliquem ſaluari vnq̄ꝫ ſine ipſa. quia (vt di. Criſoſto. ſuper Matth.) non ſufficit ad perfectionem alicui[9] cognito virtutis: niſi habeat ipſius ꝟtutis poſſeſſio: ꝓpter quod dico: ꝙ nō ſuffuit dclaraſſe ſeu itelleriſſe ipſius fidei eēntiam: niſi etiam actualiter habemus in nobis verum habitū ipſius ſacratiſſime fidei Demonſtrabo igitur in hac fidei excellentia ꝙ fides vel habit[9] ſimpliciter: vt in pueris libero arbitrio nō vtentib[9]. vel habitu ꝛ actu cum adeſt opoꝛtunitas: vt in adultis omnib[9] eſt neceſſaria ad ſalutē. Quã fidei neceſſitatem Quadruplici ter probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio ſimilitudine. Quarto exemplo. ¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nam Auguſt. in libro de fide. ad Petrum ait. Fides eſt omniū bonorum fundamentū: humane ſalutis initiū: ſine qua nemo poteſt vnq̄ꝫ ad filioꝛꝫ dei numerum peruenire. Item Apoſt. ad hebreos xi. c. dicit. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Credere enim opoꝛtet accedentem ad deum: q2 eſt deus. ꝛ inquirentibus ſe remunerator ſit. Iteꝫ ēt Apoſt. pme. Thi. vi. ait. Tu ergo o homo dei hec fuge: ſectare vero iuſticiam: pietatem: fidem: charitatem pacientiam: manſuetudinem: certa bonum certamen: apprehende vitã eternã: in qua vocatus es per fidem. Iteꝫ Augu. xxiij. q. pma c. vbi ſana. ait. Ubi ſana fides non eſt: non poteſt eſſe iuſticia. quia iuſtus ex fide viuit. Idem Auguſti. ſuper epiſtolam ad Galo. ait. Nullum implet mandatum: nullumq3

opus bonum facit: q fidem non habet: quia
(iuxta Apoſtoluꝫ) impoſſibile ē ſine fide pla
cere deo. Itē Greg. in moral. ꝛ ponit. xxiij.
q. i. c. quia et ſola: ait. Niſi quis fidei ſolidi
tatem tēuerit: diuinā preſentiā nunꝗ̄ agno
ſcet. De qua ſoliditate. dn̄s dicit. Sup hāc
petrā edificabo eccleſiā meā. Sola quippe ē
de qua ſacrificiū domin⁹ libenter accipit: ſo
laqꝫ pro errantibus fiducialiter intercedit.
Ideꝫ quoqꝫ Greg. in moral. dicit. Sicut ra
mi ſine virtute radicis omnes areſcunt. ita
quelibet opera licet bōa videant̄: nulla ſūt.
ſi a fidei ſoliditate disiungant̄. Itē. Matth.
vlti. Saluator ait. Qui crediderit: ꝛ baptiza
tus fuerit: ſaluabitur. Qui vo non credide-
rit: condemnabitur. Deniqꝫ Athanaſius in
ſimbolo ait. Quicunqꝫ vult ſalu⁹ eſſe: ante
omnia opus eſt vt teneat catholicam fidem
quam niſi quiſqꝫ integ. inuio. qꝫ ſerua. abſqꝫ
dubio in eternum peribit. Ex predictis au-
ctoritatibus patet, qualiter neceſſe eſt: vt
quiſqꝫ per fidem credat ipſi deo: ſeu xp̄o fi-
lio ſuo necnon ꝛ verbis ſuis: ſine qua credu
litate ꝛ fide impoſſibile eſt vnquaꝫ ſaluari.
¶ Secundo hoc ideꝫ probo quadruplici ra
tione. Primo ratiōe apprehenſionis. Secū
do ratione dilectionis. Tertio ratione vene
rationis. Quarto rōe exultationis. ¶ Prio
probo ratione apprehenſionis. vꝫ obiecti.
Fundamentum rationis ponit Tho. ſcda.
ſcde. q. i. Et etiā Phs. ij. de anima dicētes.
Cuiuſlibet cognoſcitiui habitus obiectum
duo habet ſeu requirit: ad hoc vt apprehen
dat̄. vꝫ obiectum materiale apprehēdendū.
ꝛ id quod eſt formalis ratio obiecti. Patet
hec regula per exemplum. Nam ad hoc ꝙ
oculus ſeu potentia viſiua aliquid videat.
duo preſupponit. vꝫ obiectum materiale: vi-
ſum vel vidēdū: ꝛ ipſa formalis rō. que ta
le obiectuꝫ videat̄: que formalis rō ſm phi
loſophū. ij. de aīa: eſt lux qua mediāte vide
tur color vel corpus coloratū. Quo preſup
poſito certū eſt ꝙ ad hoc ꝙ intellectus hūa
nus videat: ꝛ intelligat obiectū ſuum. qđ eſt
veritas increata: prout tradunt theologi in
iij. diſt. xlix. q̄ ꝟitas nihil aliđ ē: niſi de⁹ ipſe
eo ꝙ i tali viſione ꝛ cognitione ꝯſiſtit beati-
tudo intellectus. dicēte. Iohan. xvij. Hec eſt
vita eterna: vt cognoſcāt te deū verū: ꝛ quē
miſiſti Ieſum xp̄m. Vꝫ reqrit̄ oio: ꝙ talis
intellect⁹ in ſe habeat formalē rationē: qua
mediante ipſe intellect⁹ videat ꝛ intelligat
obiectū ſuū qđ eſt deus: que formalis ratio
cum non poſſit eſſe aliquis habitus acqſit⁹
vt imediate declarabit̄. reſtat ꝙ nihil eſſe
pōt ꝗ̄ ipſa fides: que eſt quedā lux ſpūalis
ipſius intellect⁹: q ꝛ ſi nō ꝑ ſpeciē: tn̄ ꝑ certā
adheſionē ēt in p̄ſenti vita deū ipſuꝫ ītuet̄.
Si tn̄ vltra predicta velimus ꝯſiderare ma
terialiter ea: quibus fides aſſentit. nō ſoluꝫ
ipſe deus eſt obiectum intellectus: ſed etiā
multa alia. ſicut creatio rerum incarnatio
xp̄i: ſacr̄a eccleſie: ꝛ huiuſmodi que tn̄ oia
ſub aſſenſu fidei non cadunt: niſi ſm ꝙ hn̄t
aliquem ordinem ad ipſum deum. prout. ſ.
per aliquos diuinitatis effectus homo adiu
uatur ad tendendum in diuinam bonitatē
vel fruitioneꝫ. Et iō ēt ex hac parte obiectū
fidei eſt: quodāmodo veritas prima incꝛ̄tū
nihil cadit ſua fide: niſi in ordine ad deum
ſicut obiectū medicine p̄ncipale eſt ipſa ſani
tas: qa medicina nihil ꝯſiderat niſi in ordie
ad ipſam ſanitatē: Ex qua rōne cōcludit̄ ꝙ
ad videnduꝫ deum: ſeu itelligendū requirit̄
ꝙ oino ipſe intellect⁹ ſit informatus ipſa fi
de: tanꝗ̄ medio ꝛ rōne formali: qua mediā
te obiectū ſuū qđ eſt de⁹ intelligat. Et con
firmo iſtā rōnem ſic. Clarꝫ eſt. n. ſm Phm.
ij. de aīa. ꝙ qlibet habitus dꝫ eē adequatus
ſuo obiecto: ad h vt apprehēdat illud. ſicut
ꝑ ſimilitudinem pꝫ. qa ſi vas aliquod debe
at accipe ſimul totā aquā maris: neceſſe eſt
ꝙ habeat capacitatem adequatam quanti
tati aque ipſi⁹ maris. Qđ ſi vas eſſet mino
ris capacitatis: impoſſibile eēt: ꝙ quantita
tem aque maris apprehenderet. Quo etiā
ꝯceſſo. cū deus ſit obiectū imediatū aīe rō-
nalis: ꝛ ſic quoddā bonū ſupnāle ꝛ infinitū
certū eſt: ꝙ reqrit̄ ꝙ aīa habeat in ſe aliquē
habitum infuſum fidei: q habeat poteſtatē
ꝛ virtutē ſupernaturalem: quo mediante ſu
pernaturale obiectum ꝛ infinitum apprehē-
hēdere ꝛ intelligere poſſit: qm̄ ꝑ nullū habi
tum acqſitū: ſeu ꝑ nālem potentiā ſublimi-
tas diuina ꝛ ſupnālis ab aīa rōnali vnꝗ̄
apprehendi poſſet. Et rō eſt ſm Hugonem
in ſuis ſentētijs ꝓut recitat Ale. de Ales in
iij. pte ſumme. in tractatu de fide. qꝛ illa que
a nobis ꝯprehendunt̄ tripl'r diſtinguuntur.
Quedā. n. ꝯprehendim⁹ ſenſu: vt corꝑalia.
Quedā intellectu: ꝑ reꝝ ſimilitudinē. Que
dam vero experientia: vt gaudium: triſticiam:
timor ꝛ amor: ſed manifeſtū ē: ꝙ diuia ma-
ieſtas nō cōprehēdit̄ a nobis: p̄mo mō. ſ. ꝑ
ſenſuꝫ corꝑis: qꝛ nō ē actu pn̄s ſenſibus.
Nā ēt ſcđo mō. ſ. ꝑ intellectū: qꝛ ꝯdē mi ſimili
tudinē ꝛ excellentiā creaturaꝝ tranſcēdit.
Nec ēc tertio mō cōprehēdit̄: ſicut illa que
ſentiunt̄ eē in nobis: qꝛ nō eſt de ſubātia
aīe: nec de his que in aīa ſubſiſtunt. Cū igi
tur predictis tribus modis deus ꝑfecte ab
aīa intelligi nō poſſit. eo ꝙ naturales ſunt
Concludit̄ ꝙ ex ſolo hītu fidei ſupnaturali
deus ipſe ab intellectu humano pōt intelli
gi ꝛ apprehendi. quod bene cōfirmat glo.
ſuper illa verba ꝓphe. ſ. in habundātia vir
tutis ſue nō ſaluabit̄. di. Abūdātia virtutis
aīe: que ꝯſiſtit. ſ. in numero: pōdere: ꝛ mēſu
ra in quib⁹ nō ſaluat̄ ipa aīa principal'r: ſꝫ
ſolū in abūdātia virtutis fidei. Hec glo. Et
Sap. i. di. Apparet aūt de⁹ eis: q fidē hn̄t in
ipſum. Et eccle. xlv. In fide ꝛ lenitate ipſi⁹
ſcm̄ fecit illum: ꝛ elegit eum ex oī carne. Et
Iere. v. ēt di. Circuite vias hierl'm: ꝛ aſpici
te ꝛ conſiderate: ꝛ querite in plateis eius an
inueniatis virū facientē iudiciū ꝛ habētē
fidē: ꝛ ero propitius ei. ſ. per ꝑfectā cogni-
tionē. Et Aug. lib. i. de tri. ait. Mētis huma
ne acies inualida in tā excellenti luce nō
figitur: niſi per iuſtitiā emendet̄: Hec ille. Et
Hilarius in. iij. tri. dicit. Nec celeſtiū per ſe
ſciaꝫ humana imbecillitas cōſequit̄: nec in-
uiſibiliū intelligentiā ipſe ſibi corporalium
ſenſus aſſumet vnꝗ̄: Vñ ipſi deo ꝑ fidei lu
mē credēdū ē: ꝛ ei in his que excedūt cogni
tionē nr̄am obſequēdū. Que oia egregie cō
firmat. Lact. in lib. de ira dei. c. i. Dicit eniꝫ.
Nec tā nos arrogantes ſum⁹: vt cōprehen
ſam noſtro ingenio ꝟitatē glorienur: ſꝫ do
ctrinā dei ſequimur: qui ſcire ſolus poteſt ꝛ
reuelat̄ ſecreta. Cuius doctrine phi inexper
tes exiſtimauerunt naturā rerum conectu
ra poſſe deprehēdi: quod nequaꝗ̄ fieri po
teſt: qꝛ mēs hominis tenebroſo corporis do
micilio circūſcepta: longe a veri perſpectōe
ſubmōta eſt: Et in hoc differt ab humani-
tate diuinitas: ꝙ humanitas ē ignoratio di
uinitatis ꝛ ſciētia. Vñ nobis aliquo lumie
infuſo op⁹ ē ad depellēdas tenebras: qbus
obfuſa ē hois cogitatio: qm̄ in carne mobi
li agentes: noſtris ſenſib⁹ diuinare nō poſſu
mus. Lumē aūt mentis humane deus eſt:
quē qui agnouerit ꝛ in pect⁹ admiſerit illu
minato corde myſteriū ꝟitatis agnoſcet
Remoto autē deo: celeſtiqꝫ doctrina oia er
roribus plena ſunt: recte Socrates cum eēt
oium phoꝝ doctiſſim⁹: tamē vt ceteroꝝ ar
gueret inſipientiā: qui ſe aliquid de celo ſci
re arbitrabant̄. ait ſe nihil ſcire: niſi vnum
ꝙ nihil ſciret. Intellexit. n. doctrinā illam ni
hil hēre in ſe certi: nihil veri. Hec Lactan.
¶ Secūdo etiā probo fidē de nō viſis cuili
bet eſſe neceſſariā ad ſalutē: rōne dilectio
nis. Certū eſt. n. ꝙ ſi oēs ſerui alicuius d ſix
deputa: ducis: regis: impatoris: ſeu epi: car-
dinalis ꝛ pape: quantū poſſunt: querūt ami
citiā p̄dictoꝝ dominoꝝ: ꝛ vt eos diligant: a
fortiori hanc amicitiā ꝛ dilectionē tenetur
habere quelibet rōnalis creatura erga crea
torem ſuū: quam dilectionem ꝛ amicitiā er
ga deuꝫ: ſine fide impoſſibile eſt habere. Et
pro fundamento noſtre rōnis accipiam ſen
tentiam Auguſtini in lib. de ꝟbis dn̄i: dicē
tis. Sine amore dei nulla pōt eſſe ſpes ſalu
tis. Quo ſuppoſito certū eſt. ꝙ deus ipſe
amari non pōt: niſi prius cognoſcat̄ vt bo-
nū. Et ratio eſt: quia vt dicit phs. iij. de ani-
ma ꝛ. xij. Methaphi. voluntas non fertur
in aliquid per amorem: niſi prius cognoſca
tur vt bonum. Sed cuꝫ deus non cognoſca
tur niſi per fidē. ergo fides neceſſaria ē ad
hoc: vt deus cognoſcatur: ꝛ per conſequens
diligatur. Qđ ſi diceres ꝙ deus cognoſcit̄
per ſuos effectus. ergo poteſt diligi a ratio
nabili creatura ſine habitu fidei. Et ſi ſic eſ
ſet. ergo fides nulli eſſet neceſſaria ad ſalu
tē. rſpondeo: ꝙ talis amor non eſſet perfe-
ctus: cum non haberet perfectam cognitio-
nem de deo: ꝛ per conſequens eſſet contra
preceptum Saluatoris: Matthei. v. capi. di
centis. Eſtote perfecti. ſ. in amore ꝛ charita
te erga deum. ſicut ꝛ pater veſter celeſtis
perfectus ſcilicet in amore ꝛ charitate er-
ga vos. Quo precepto datur intelligi ꝙ
deus non tm̄ vult ꝙ diligamus eum amore
perfecto: ſed clarum eſt ꝙ tanto perfectiori
amore quis diligit aliquem quanto imme-
diatius dirigit in eum cor ſuum. Quo con
ceſſo manifeſtum eſt: ꝙ impoſſibile eſt deū
diligere perfecto amore: niſi per fidem: ſeu
mediante habitu fidei. Et ratio eſt qꝛ ſi dili
gitur deus mediantibus creaturis ſine ſuis
effectibus: talis dilectio (cum ſequatur co-
gnitionem) omnino ē imperfecta. Qđ ſic pꝫ

Nam licet ex creaturis cognoſcamus deum
vt creatorem:ordinatorem:⁊ gubernatorem ea
rum.non tamen perfecte eum cognoſcimus: ſcȝ
qualis deus ſit in ſeipſo:quod duplici exem
plo patet. ¶ Primo exemplo cognitionis
hominis. Cum.n.videmus hominem loqui
moueri:vel aliquid operari.dicimus eū ha
bere animā. que earum operationū principiū
eſt:⁊ tamen non cognoſcimus perfecte:quid ſit
ipſa anima:vel qualis ſit. ¶ Scḋo exemplo
veſtigij.per quod habemus cognitionem ď
aliqua re:non tamen expreſſam ⁊ claram: ſicut
non cognoſcitur perfecte veſtigium vulpis
vel canis:ſed imperfecte ⁊ confuſe: ſic a ſi
mili dico.ꝙ eſt ď cognitione quam habem⁹
de deo ex creaturis:que cognitio vtiqȝ ē cō
fuſa ⁊ imperfecta.dicente Dyoni.in.c. ď mi
ſtica theologica. Intellect⁹ inquit in hac vi
ta deo coniungit vt ignoto:incognitum:ipſum ē
ſuꝑ omnē formam:quam intellectus noſter
poteſt ꝯcipe. Quod bene confirmans. Auc.
in libro de cāis.dicit.ꝙ effectus ſimpliciter
non ducit in ꝑfectā cognitionē ſue cauſe.
Si igitur(vt patet)talis cognitio dei ꝑ crea
turas eſt imperfecta:cum amor ſm phm.12
Methaph. ſequatur cognitionem. ergo dile
ctio ſequēs talē cognitionē eſt imperfecta:
ſed cum deus(vt ſupra patet)oīno velit:ꝙ
eū diligam⁹ amore perfecto:neceſſe eſt er
go ꝙ ſupra cognitionē dei que hētur a no
bis in via mediantibus creaturis: habea
mus aliā cognitionem oīno remotā a crea
turis de ipſo deo:que vtiqȝ cognitio nō po
teſt haberi niſi ſimplr per fidē:cuius fidei
cognitio cū ſit perfecta concluditur ꝓ ꝯñs
ꝙ perfecta ē t dilectio ad ipſum deū talem
fidem ⁊ cognitionē ſequēs. ¶ Tertio etiaȝ
probo rōne venerationis.ꝙ fides de non
viſis cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutē. Fun
damētū rōnis ponit Phs.v Ethicorum.vi.
Sacrificare dijs ſimpliciter ē naturale: ſed
ſacrificare hoc vel hoc.eſt ad placitū. Hec
ibi. Et primo Thopi.dicit. Deum venerari
vtrū oporteat:vel parentes honorare.ſi qs
dubitat.indiget pena.ſicut qui dubitat:vtrū
nix ſit alba:indiget ſenſu. Hec ibi. Cū quo
cōcordās Lact.libro de ira dei ait. Primā
cām venerari opȝ:quicunqȝ ſalutis ſue ex
pers eē non vult. Quo ꝑſuppoſito. vȝ ꝙ
neceſſe eſt deū venerari:ſiue creatorē certū
eſt:ꝙ tunc vere deum glorificamus:vene
ramur:⁊ honoram⁹.qñ iſta tria facim⁹. Et ꝑ
mo qñ credimus ipſum eſſe aliquid excellē
tius:quod cogitari poſſit. Et hoc ſit cū di
uina ſubſtantia: humanā cognitionē exce
dit. Per nihil.n.aliud firmatur homo ſic
ad credendum:ꝙ deus excedat in dignita
te oēm creaturam:⁊ omne quod eſt aut eē
pōt.ſicut cum de deo ꝓponitur eſſe creden
dū ꝙ excedit oēȝ humanā rōnem. Quod vti
qȝ credere per fidē neceſſe eſt: Et iō ſi que
ritur:quare magis obligat⁹ ſit affect⁹ hoīs
ad deum quam intellect⁹. certe nullam rōnem
de hoc poſſumus inuenire. Sed cum affe
ctus teneatur ſubijci deo ꝑ amorē: ſic pari
rōne ⁊ intellectus per fidem. Sed quē ho
norē poterit ſibi exhibere intellect⁹:niſi vt
dictis ſuis aſſentiat per fidē: ſine cogēti ra
tione: Ergo fides neceſſaria eſt in omni ſe
cta. Preterea qs honor eēt deo:ſi ei crede
re nō velles:niſi per rōnem cogenteȝ vel ꝑ
pignus:vel per ſignum aliquod mōſtratum:
Certe ⁊ tꝑales dñi plurimum dedignant.
ſi ſoli verbo eorum a ſubditis ſuis nō cre
ditur. Dico ergo ꝙ ſubiectio intellectus ad
fidem cōtra oēm rōnem naturalē neceſſa
ria ē cuilibet ad hoc:vt poſſit deuȝ venera
ri. De qua ſubiectione intellectus: Apoſt.2.
Corin.10.ait. In carne.n.ambulantes:non
ſm carnē militamus. Nā arma militie nr̄e
non ſunt carnalia ſed potentia deo ad de
ſtructionē munitionū cōſilia deſtruentes:⁊
oēm altitudinem extollentem ſe aduerſus
ſciam dei:⁊ in captiuitatem redigentes om
nē intellectū in obſequiū xp̄i:⁊ in promptu
habentes vlciſci omnem inobedientiam.
¶ Secūdo veneramur deū ꝑ obedientiam
⁊ obtemperationē:quod tunc facimus.cū eū
dē noſtrū dñm recognoſcimus:⁊ mandatis
eius ſicut ſerui dñis ſuis actualiter obtēpe
ramus. Nā vt dicit Phs.i. Politicorum.
Seruus quiſqȝ non eſt ſui ſed alterius hōi
cui naturaliter obtemperat. Et.viij. Ethi.di.
Seru⁹ eſt organū aiatū dñi ſui:⁊ ſubiectū
ſibi. Quo conceſſo: clarum eſt ſm Ber. ꝙ
nullum vnquam impendit alicui obediētie ſer
uitiū:niſi ei queȝ credit ⁊ ēt cognoſcit dñm
ſuū eē. Quod ſi ſic ē.ſic neceſſe eſt ad ſalutem
cuilibet per fidē cognoſcere deum tanquam do
minū ſuū ne ſit inutilis ſeru⁹ ꝑ ignorātiā:
⁊ per conſequens ira ⁊ pena eiuſdē dñi di
gnus. Proinde prouerb.xiiij. Salomō ait:
Acceptus ē regi miniſter intelligens iracū
diam aūt ei⁹ inutilis ſuſtinebit. Et Math.
xxv.de inutili ſeruo:q nō diſpēſauit talētū
ſm voluntatē dñi:di. Seruū inutilē proijci
te in tenebras exteriores. Debet igit quiſqȝ q
deum vult venerari: deum cognoſcere tanquam
dñm ſuum(qd ſimpliciter ſit per fidem)vt
ſciat que ſit voluntas eius bona: beneplacēs
⁊ perfecta:vt eiuſdem voluntatis mādatis
obtemperet:ſine quorum mandatorum dei ad
impletione:nullus ſalutē pōt adipiſci:dicen
te ipſo dñō Matth.xix.ſi vis ad vitā ingre
di.ſerua mandata. Et Hierony.ad Euſto.
dicit. Eterna vita non niſi per diuinorum man
datorum obſeruationē acquiritur. ¶ Tertio
debem⁹ venerari:⁊ honorare ipm deum.ꝑ
ſacrificia(vtputa)impendendo ei cultū la
trie:⁊ alias reuerentias: necnon orationes
⁊ debitas cerimōias.ꝙ ſi(vt patet)tenetur
quiſqȝ venerari deū: ⁊ ꝑ ſubiectionē itellect⁹
⁊ ꝑ obtēperantiā mādatorum: ⁊ per oblatio
nem ſacrificiorum:ergo per ꝯñs noticia crea
toris cuilibet ē neceſſaria ad ſalutē. Nulli
enim dubiū ē:neminē deū colere nec ſacrifi
care:nec eius mandatis obedire: niſi qui ꝑ
fidem credit ipſum eſſe:⁊ qui credit ea: ꝓꝑ
que dȝ ei cultum impendere. Cum ergo per
Lac.⁊ phm ſit neceſſariū deum naturaliter
colere:⁊ agens contra nām mortaliter pe
cet(vt dicit Alex. de ales in tertia pte ſū
me in tractatu de legib⁹)neceſſe ē igit ꝑ ha
bitū fidei infuſe:ipſum deū ⁊ creatorē cre
dere. Nā niſi creatura rōnalis cognouerit
deū eē per fidem ſuū creatorē ⁊ dñm:nequaquam
ei impendet cultum latrie: nec alias re
uerentias ⁊ orationes eis debitas ſeu ceri
monias:nec adorabit eū: vt creatorē:redē
ptorem: iuſtificatorem: bonorum malorumqȝ
retributorē:⁊ per ꝯñs nec eū volūtarie ama
bit:nec inſuper beatificabit:cuȝ iſti ſint tres
actus beatitudinis eſſentialis.vȝ. cognitio:
adoratio:⁊ dilectio dei. Iſta ergo eſt funda
mentalis rō:qua rōne infideles damnant.
Oportet ergo ꝙ quelibet creatura rōnalis
adulta cognoſcat per fidem deum.vt ꝑmaȝ
virtutem:qꝛ ſicut quelibet creatura rōnalis
ex debito ⁊ ex ordinato motu tam nature quam
gratie diligere debet ſuam bonitatem: ⁊ ex
debito morali tam ſpiritualiter quam tempora
liter debet reuereri ſuam maieſtatem:ita ex
debito ⁊ ex ordinato motu tam naturaliter
quam ſupernaturaliter eleuata.debet aſſenſuȝ
prebere ad ſummam ⁊ primam veritatem:
que deus eſt. Huius aūt ꝑme ⁊ ſupernatu
ralis veritatis cognitionem: non pōt intel
lectus corpori coniunctus acquirere ex pri
cipijs ⁊ cauſis; quibus acquiritur ſcientia
ꝑ diſcurſum ſilogiſticum: vel aliam huma
nam inueſtigationē. Ergo oportet ꝙ acqui
rat per habitū fidei:ergo fides per ꝯñs cui
libet ē neceſſaria ad ſalutem. ¶ Quarto ꝓ
bo fidem eſſe cuilibet ad ſalutem neceſſari
am ratione euitationis.vȝ multorum malorū.
Fundamentū rōnis ponit Phs.i. Phyſi.
dicens dato vno incōuenienti plura ſequū
tur. Patet hec regula. Nam per incōueniē
tiam ſuperfluitatis alicuius cibi vel potus
ſtatiȝ generātur mali humores. Deniqȝ ſe
quitur grauis infirmitas.poſtmodum vero
ſubſequitur crudelis mors; que(vt dicitur
3.Ethi.)eſt vltimū terribiliū. Hanc.n.regu
lam Phi recreationis cā exemplificat: de
muliere paupere habente vnicum ouum: ⁊
cuȝ cogitaret ex illo fieri diues:pro eo ꝙ ex
eo ſperabat naſci gallinaȝ:ex gallina multa
oua:⁊ ſic ex eis ſperabat naſci multos pul
los ⁊ ſic gradatim procedēdo ſperabat fie
ri ditiſſima:⁊ ecce dato ꝑmo incōueniēti.ꝙ
.ſ.dū hec cogitaret:cecidit ouū de manibus
eius:⁊ totaliter diſꝑſum:ſtatim alia incon
uenientia ſecuta ē; ꝓ eo ꝙ ſe repit priuatam
diuitijs:quas ſꝑabat mediāte ouo acqrere
⁊ inuenit ſe pauperē vt prius. Quo ꝑſup
poſito certū ē:ꝙ qui ſupradictā fidē nō hȝ:
ſtatim incidit in tria maxima inconuenien
tia.vȝ.in incōueniens vite eterne:a qua ex
cluditur:⁊ incōueniens oīum operum ſuorū
que ſine fide inualida ſunt ad ſalutē: ⁊ de
inde in incōueniens multiplicationis mira
bilium peccatorum:qꝛ vt in ſequentibus dice
tur. Omnis actus elicitus in ſacrificiū alte
rius fidei quam xp̄iane ſemper peccatū ē; que
ſimul tria incōuenientia deuitat: quicunqȝ
xp̄ianam fidem in ſe poſſidet. Quod ſi ſic eſt:
ergo(vt ēt ex alijs ꝑdictis rationib⁹ ꝓba
tum eſt)fides cuilibet ē neceſſaria ad ſalu
tem. ¶ Tertio etiam probo vnica ſimilitudi
ne.ꝙ vȝ neceſſariū eſt cuilibet ad ſalutem:
ꝙ fidē habeat de rebus non viſis: ⁊ ꝙ cre
dat articulis fidei:⁊ dictis chriſti ⁊ ſcōrum
Nā legit i libro de moribus phorum. ꝙ Ipo
cras ⁊ Socrates legeȝ hanc indixerunt di

ſcipulis ſuis: vt nunq̄ꝫ eſſent auſi in ſenten
tijs eorum querere: propter quid ſ; ſimplici
ter crederent: ⁊ eſſent eis pro ratione dicẽtis
auctoritas. Q̄ᵭ ſi ſic ē. ꝙ fides etiam adhi
betur naturali ſcientie: quãto magis ⁊ deo
adhibenda ē fides: ⁊ diuina auctoritas ho
norari debet: cui; ſimplici fide ⁊ credulitate
abſq; inquiſitione rõnum. Q̄ᵭ ſi non ſit er
go apparet ꝙ Ipocras ⁊ Socrates ceteri
q̄ꝫ phi maioris auctoritatis ⁊ ꝟtutis fuerũt
q̄ꝫ ipſe deus. Quod cum ſit falſiſſimum: g̊ di
ctis ſuis atq; ſanctorum maior debet fides
adhiberi in infinitu;: q̄ꝫ omnibꝰ ſimul phis.
Et contra oppoſitum facientes: ⁊ ſigna petẽ
tes vel rationes ad hoc vt credant: dñs ter
ribiliter intonat Matth. xij. c. vbi cũ q̄dam
ᵭ ſcribis ⁊ phariſeis dicerent. Magiſter vo
lumus a te ſignum videre: Rñdens ait illis.
Generatio praua ⁊ adultera ſignum querit
⁊ ſignum non dabitur ei: niſi ſignum Jone
ꝓphete: quia ſicut Jonas fuit i vẽtre Ceti
tribꝰ diebus: ⁊ tribus noctibus: ſic filiꝰ hoīs
erit tribus diebus ⁊ tribus noctibꝰ in corde
terre. Uiri Niniuite ſurgent in iudicio cum
generatione iſta: ⁊ ꝯdẽnabunt eã: q: pñiam
egerũt in predicatione Jone. Et ecce pluſq̄ꝫ
Jonas hic. Regina auſtr ſurget in iudicio
cum generatione iſta: ⁊ ꝯdẽnabit eam: quia
venit a finibꝰ terre audire ꝟba Salomõis
Et ecce pluſq̄ꝫ Salomon hic. Item Matth.
xvi. cum Saducci non crederent: ⁊ ſignũ de
celo peterent: Chriſtus reſpondit eis. Gene
ratio mala ⁊ adultera ſignũ querit: ⁊ ſignu;
non dabitur ei. ⁊ relictis illis abijt. Hec ibi.
E contra tales infideles etia; Matth. xvij.
clamabat idem Chriſtus dicens. O genera
tio icredula ⁊ ꝑuerſa: vſq;q̊ ero vobiſcum:
vſq;quo patiar vos: Ex qua ſimilitudine ēt
patet qualiter chriſti fides neceſſaria ē cui
libet ad ſalutem ¶ Quarto deniq; hoc ꝓ
bo ſimilitudine: quia Moyſes ⁊ Aaron ex
incredulitate puniti ſunt a deo: nec voluit ꝙ
intrarent ⁊ ducerent populum ex increduli
tate in terram promiſſionis: Unde ad litte
ram Numeri 20. Dixitq; dominus ad Moy
ſen ⁊ Aaron. Quia non credidiſtis mihi: vt
ſanctificaretis mihi coram populo: nõ intro
ducentis hos populos in terrã: quam dabi
mus ſum eis. Q̄ᵭ ſi ex incredulitate deꝰ exclu
ſit Moyſen ⁊ Aaron a terra promiſſionis:
Ergo a ſimili: quicunq; verum habitum fi
dei chriſtiane nõ habebit: ſeu dictis chriſti
fidẽ non exhibebit: a celeſti patria excludet
Et ideo Joan. viij. dicit. Qui nõ credit ver
bo dei: ira dei manet ſuper eum. Et Eccle.
ẽt. xvi. dicit. Jn gente incredula exardeſcit
ira mea: quã iram propter incredulitatẽ pre
cipue in preſenti vita Zacharias pr̄ Joãnis
bap. expertus eſt. De q̊ Luc. i. dicitur. Ecce
inqit Angelus: eris tacẽs: ⁊ nõ poteris loq
vſq; in diem quo hec fient: pro eo ꝙ nõ cre
didiſti verbis meis: Et de ira dei contra ta
les incredulos. Apoc. xxi. dicitur. Timidis ⁊
incredulis: pars illoꝝ eſt in ſtagno: igne ar
denti: ⁊ ſulphure: que eſt ſcḋa mors. O igitꝰ
chriſtiane infidelis. O chriſtiane heretice.
O chriſtiane incredule ⁊ peruerſe: q nec cre
dis: nec fidem habes. Ecce ꝙ ira dei iugiter
eſt ſuper te. Ecce ꝙ flagellum dei ꝓpinquũ
eſt tibi. Ecce do certitudinem damnationis
tue. O quot ſunt qui chriſtiani nomen hñt:
⁊ ſub fide chriſti ſtare videntur. qui tñ fidẽ
ipſam non tenent: nec etia; per fidem (ſicut
tenentur) credunt euangelio: ſeu dictis Chri
ſti: doctoꝝ: atq; ſanctoru;: Contra tales cla
mat Hieronimus cõminatorie in teſtamẽto
ſuo dicẽs. Heu heu quot hodie ſacro rena
ti baptiſmate chriſtiano funguntꝰ nomine:
quibus foret melius nõ fuiſſe. Centuplo. n.
maior erit pena malorum chriſtianorum: q̄ꝫ
malorum paganorum: hec ille. Ex predictis
itaq; auctoritatibꝰ: ratiõibus: ſimilitudine:
atq; exemplo. patet. qualiter cuilibet ad ſa
lutem neceſſe eſt: vt habitum fidei i ſe habe
at: ⁊ inſuper fidem exhibeat rebꝰ non viſis:
nec non ⁊ dictis Chriſti atq; ſanctorum vt
q̄ſq; ꝓpter hoc poſſit effugere iram oīpotẽ
tis dei: atq; iudiciũ eterne dãnatiõis. Quã
fidem ſanctiſſimam nobis cõcedat: ⁊ a qua
ira ⁊ iudicio eterne dãnationis nos conſer
uare dignetur omnipotẽs deus: q ⁊ largitor
fidei ⁊ iuſtus condemnator eſt: quorumlibet
infidelium: q in trinitate perfecta viuit ⁊ re
gnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſexta iterum de ſcḋa excellẽtia: ſeu
de neceſſitate ipſius ſacratiſſime fidei ſmo. ix.

ſ Emẽ cecidit
in terra; bonam: ⁊ ortũ fecꝰ
fructũ centuplũ. Luc. viij. ⁊
in euãgelio preterite dñice.

Licet enim in precedenti ſermone auctorita
tibꝰ: rationibus: ſimilitudine: ⁊ exemplo. ne
ceſſitas ſacratiſſime fidei monſtrata ſit: ta
men q: tanta eſt eius neceſſitas: ⁊ tot ſunt
que eius maximam neceſſitatem oſtendunt
ꝙ quaſi nullus ſermo explicari poteſt: nec
aliquis intellectus humanus percipere. Et
ideo vt talis neceſſitas clarior appareat:
vel habeatur: ⁊ firmius in humanis cordi
bus: fides ipſa radicetur: ⁊ complantetur:
ſtatui iterum in hac die ſeu in hac ſexta fe
ria: alium ſermonem aureum ⁊ egregium: ⁊
maxime vtilitatis: de maxima neceſſitate ip
ſius fidei facere. Ultra igitur omnia ſupra
dicta que oſtendunt fidei neceſſitatem. pro
bo iterum ⁊ demonſtro nemine; ſaluari poſ
ſe (etiam ſi omnibus moralibus virtutibus
plenus eſſet) niſi habitu; ſacratiſſime fidei
de quo loquimur actualiter in ſe habuerit.
Q̄ᵭ etiam q̄ntupliciter probo. Primo au
ctoritatibus. Secũdo rationibus. Tertio di
ſtinctiõe. Quarto ſimilitudine. Quinto exẽ
plis. ¶ Primo probo auctoritatibus ꝙ fi
des Chriſti ⁊ de non viſis (prout eſt de fu
tura gloria ⁊ eterna pẽna) cuilibet ē neceſſa
ria ad ſalutẽ. Nam Greg. i. q. i. c. Cũ Pau
lus inquit. Cũ Paulus dicat. Fundamen
tum aliud nemo poteſt ponere: preter id qḋ
poſitũ eſt. v;. Chriſtus Jeſus conſequenter
probatur: ꝙ vbi Chriſtus non eſt: fũdamen
tum nullum poteſt eſſe boni operis ſupedifi
cium. Item Greg. ix. extra de ſumma trini.
⁊ fi. catho. c. ait. Una eſt omnium fidelium
vniuerſalis eccleſia. extra quã nullus oīno
ſaluatur: Jn qua idem ipſe ſacerdos ē ⁊ ſa
crificium. Item Apoſtolus ad Ro. i. ait. Uir
tus enim dei eſt in ſalutem omni credenti:
qui ex fide ſunt: benedicentꝰ cũ fideli Abraã
in omnibus ſumentes ſcutum fidei ⁊ galeã
ſalutis: ⁊ gladium ſpiritus: quod eſt verbũ
dei. Jdem quoq; Apoſtolus ad Gal. 3. ait.
Scriptum eſt enim credidit Abraam deo:
⁊ reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Cognoſci
te ergo: quia qui ex fide ſunt; hi ſunt filij
Abrae. Prouidens autem ſcriptura: quia
ex fide iuſtificat deus omnes gentes: ꝓnun
ciauit Abrae: ⁊ benedicẽtur in te oẽs gẽtes
igitur qui ex fide ſunt: benedicentur cum fi
deli Abraam. Quicunq; enim ex operibus
legis ſunt: ſub maledicto ſunt. ſcriptum eſt
enim. Maledictus omnis qui non perman
ſerit in omnibus: que ſcripta ſunt in libro le
gis: vt faciat ea. Quoniam autẽ in lege ne
mo iuſtificabitur apud deũ: manifeſtum eſt
quia iuſtus ex fide viuit: Lex autẽ nõ ex fi
de eſt: ſ; qui fecerit ea viuet in illis. Chriſtꝰ
nos redemit per fidem de maledicto legis.
factus pro nobis maledictus: q: ſcriptũ eſt
Maledictus hõ qui pendet in ligno: vt in
gentibus Abrae promiſſio fieret in Chriſto
Jeſu: vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus
per fide; ſpiritus. Itẽ. xxiiij. q. i. c. Quicũq;
ab vnitate fidei ⁊ ſocietate Petri ⁊ Pau
li ſe ſeparauerint: tales nec vinculis pecca
torum abſolui: nec ianuã regni celeſtis in
gredi poterunt. Augu. glo. ſuper Oſe. 2. (v;
Sponſabo te mihi in fide) ait. Sola fides
eſt: que in ſpirituali matrimonio aiam deo
copulat: ⁊ ſibi ſponſam facit. Ex predictis
igitur auctoritatibꝰ patet: qualiter ſupradi
cta fides cuilibet eſt neceſſaria ad ſalute;.
¶ Scḋo hoc idẽ probo quattuor rõnibus.
Primo ratione gratificatiõis. Secũdo ope
rationis. Tertio ratione purificationis.
Quarto ratione acquiſitionis. ¶ Primo
ratione gratificationis. Fundamentum
rationis ponit Phs. ix. Ethi. dicẽs. Bene
ficiatꝰ naturaliter amabilis ⁊ gratꝰ ex me
moria boni vtilis recepti erga benefactore;
ſuum eẽ tenetur. Patet hec regula. Nã ca
nis ex que panem ſeu nutrimentũ accipit a
dño: ne ſit ingratus venatꝰ: ſuu; dñm de
fendit. ⁊ pro ipſo plerũq; morti ſe exponit:
atq; domũ eius die noctuq; ꝯſeruat. Simi
liter ⁊ filius carnalis: ne ſit ingratus patri
ſuo carnali: obedit: ſibi ſeruit: eũq; diligit: ⁊
(quod plus eſt) ei fidẽ exhibet: ꝙ ſit pr̄ eius
⁊ genuerit eũ: cum tamen hoc ignoret: cum
nũdum eſſet: dum a patre generaretꝰ. Quo
preſuppoſito: certũ eſt a ſimili: imo a fortio
ri: ꝙ tenetur quiſq; deũ diligere: ⁊ ei ſeruirꝰ
⁊ obtemperare: ⁊ precipue ei fidem exhiberꝰ
ꝙ per ipſum ⁊ mediante ipſo habuerit eſſe:
non tñ rationalis anime quam de nihilo
cauſauit: ſed inſuper eẽ corporis: quod ſine
ipſo formari non potuit: nec organizari: pro
eo ꝙ ⁊ ſi ſol ⁊ homo dicantur hominẽ ge
nerare: tamen he due cauſe nihil per ſe poſ
ſunt ſine influentia ⁊ virtute prime cãe: que
deus eſt. dicẽte Pho. viij. Phy. Oẽ agẽs
agit in ꝟtute primi actiui. Qḋ ꝯfirmãs Au
ctor in lib. de cauſis dicit. Oẽ; operationeꝫ

quam operat̃ cauſa ſcďa:operat̃ ⁊ cã pri-
ma. Et Pħs ẽt.i. de celo ⁊ mundo ait. A
primo certe ſingulis cōlcatũ ẽ eẽ:⁊ viuere.
his quidẽ clariꝰ:his obſcurus. Hec ibi. Et
de hac fide patri celeſti exhibenda:cũ etiam
exhibeatur parentibꝰ carnalibꝰ. Dic̃ Gre-
go.iiij. dialogoꝝ ad lr̃am. Audacter dico qꝛ
ſine fide nec infidelis viuit. Si.n.eundẽ in-
fidelẽ percunctari voluero:quẽ patrem vel
quam matrem habuit. protinus reſpondet:
illum atqꝫ illã: Quẽ ſi ſtatim requirã:vtrum
nouerit:qñ cōceptꝰ ſit:vel viderit qñ natꝰ
fuerit:minime vel vidiſſe vel nouiſſe fatebi
tur:⁊ tñ qď nō videt credit. Si igit̃ de ipſo
ſuo corpore viſibili:qď minime videt̃:cre-
dunt:cur inuiſibilia nō credunt:q̃ corporali
ter videri non poſſunt: O igitur chriſtiane
nunquid eris peior carnalibus filijs:immo
ẽt ipſis animalibꝰ brutis:que etiam (vt di-
xerim) per quandã fidem currunt ad parẽ
tes ſuos:cũ tamẽ aliquã ſcientiã nō habe-
ant:profecto cũ carnales filij ⁊ aialia bru-
ta hanc fidẽ preſtant parentibus ſuis:a for
tiori quiſqꝫ eandẽ fidẽ tenet̃ impendere pa
tri celeſti. de quo Math.xxiij. Sal. ait. Unꝰ
ẽ enim pater veſter:qui in celis ẽ. Ad qď fa
ciendũ propħa nos hortatur dicens. Veni
te adoremꝰ ⁊ procí.ante deũ:ploremꝰ corã
dño qui fecit nos.qꝛ.i.ẽ.d.deꝰ.n.nos autẽ
po.eius.⁊ o.p.eius. Et Apoc̃.xiiij. Adorate
deũ.ſ.per fidẽ:qui fecit celũ ⁊ terrã:mare:⁊
oĩa que in eis ſunt. Quod totũ cōfirmãs
Lact. ibi de ira dei ⁊ vltra dicit. Nemo va-
niloquentia phorũ inductus ad contẽptuꝫ
dei erudiat:quod eſt maximũ nephas: de-
bemus hunc ⁊ amare ꝙ pater eſt: ⁊ vene-
rari ꝙ dñs:⁊ honorare ꝙ beneficus: ⁊
metuere qď ſeuerus: Utraqꝫ perſona in eo
venerabilis: Quis (ſola pietate) non fidem
preſtet:non diligat aĩe ſue parentẽ: Aut qs
impune contemnat eum:qui rerum domina
tor habeat in omnes veram ⁊ eternã pote-
ſtatẽ: Si patrem conſideras: ortum ad lucẽ
qua fruimur ſubminiſtrat:per illum viuimꝰ
per illum in hoſpicium huius mundi intra
uimus. Si deũ cogites:ille nos innumerabi
libus copijs alit:ille ſubſtentat:in huiꝰ do
mo habitamus:huius familia ſumus. Et
ſi minus obſequens q̃ꝫ decebat:minuſq̃ꝫ q̃ꝫ
officioſa dñi ⁊ pentis immortalia merita
poſcebãt:certe plurimũ ꝓficit ad veniam

conſequendam:ſi cultum eius notionemqꝫ
teneamus:ſi obiectis humilibus terreniſqꝫ
tã rebus q̃ꝫ bonis celeſtia ⁊ diuina ſempi-
terna meditemur. Quod vt facere poſſumꝰ
deus nobis ſequendus ẽ:deus adorãdus:
⁊ diligendus ẽ:qm̃ in eo eſt materia rerũ ⁊
rō virtutũ:⁊ fons bonorum. Secundo etiaꝫ
probo ratione operationis:ſeu ordinatiōis
operum:ꝙ fides de bonis futuris nō viſis
⁊ eternis:cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem.
Fundamentũ ratiōis ponit Pħs.ij.phiſi.
di. Cognitio finis oĩ operanti neceſſaria ẽ:
quia finis ẽ:cuius cauſa fiunt alia: Et cau
ſa finalis eſt cã:propter quod. Hec ibi. Cla
rum eſt enim:ꝙ niſi agricola cognoſcat fi-
nem lucri in laborando poſſeſſiones nequa
quã poneret ſe ad ipſas poſſeſſiones. Sed
qꝛ cognoſcit lucrum:ideo ipſas cultiuat: ⁊
pro tunc nullam aliam artem exercet: pro
eo ꝙ talis labor poſſeſſionuꝫ ſimpliciter ac
quirit finẽ intentũ earundẽ poſſeſſionum
qui vtiqꝫ ſunt fructꝰ. Quo ꝓſuppoſito cer-
tũ ẽ:ꝙ cum ſint diuerſi fines:propter quos
diuerſi diuerſa opera faciunt (vt.i. Ethico.
colligitur.) Unꝰ tamen inter ceteros ẽ finis
ſupernaturalis cuiuſlibet rōnalis aie oĩa ſi
mul bona in ſe continens. De quo Boetiꝰ
proſa ſecunda tertij libri dicit. Ois mortali
um cura quã multipliciũ ſtudioꝝ labor exer
cet diuerſo quidẽ calle procedit:ſꝫ ad vnuꝫ
tamẽ beatitudinis finẽ nititur peruenire.
Id autẽ eſt bonum quo quis adepto nihil
vlterius deſiderare queat. Quod quidem
eſt omnium ſummũ bonorum:cunctaqꝫ in-
tra ſe bona cōtinẽs. Hec ibi. Quod ſi ſic ẽ.
ꝙ tm̃ finis vite humane eſt ſimpliciter bo
nũ finem ⁊ non viſum. igit̃ per fidẽ neceſſe
eſt in ipſum credere:ipſumqꝫ cognoſcere:vt
ſ. quiſqꝫ poſſit ordinare actus ſuos ⁊ ope
rationẽ ad illũ finẽ:quo non cognito: tunc
operabitur propter aliũ finem ſeu beatitu
dinem. Quod confirmans Pħs per ſimili
tudinem.i. Ethi. dicit: Sicut ſe habet ſignũ
ad ſagittantes:ſic ſe hẽt finis ad opantes.
Sed clarũ ẽ:ꝙ facta varietate in ſigno fit
etiam varietas in ſagitando: pro eo ꝙ ſi
ſignũ ponitur ſurſuꝫ:⁊ ſagitta mittitur ſur
ſum:ſi deorſum: deorſum:ſi dextrorſuꝫ dex
trorſum.⁊ ſi ſiniſtrorſum:ſiniſtrorſum. Sic
ergo a ſimili poſita varietate:in fine: neceſ
ſario quis ſequitur diuerſitatem opeꝝ in

actibus vite ſue. Sic ⁊ medicus diuerſis in
firmitatibꝰ ordinat diuerſas medicinas. Et
ſic ẽt videmus per experientiam: ꝙ auarus
cuius finis eſt diuitiarum copia: eo mō vi-
uit.ſ.in varijs artibꝰ:mercantijs: ⁊ contra-
ctibus feneraticijs:quo poſſit melius finem
illum conſequi.ſ.diuitias ꝯgregare. Carna
lis inſuper cuius finis eſt voluptas carnis:
⁊ delectatio:ẽt eo mō viuit ⁊ ordinat oẽs ac
tus ſuos:atqꝫ vitã:quo magis experiri poſ
ſit finem delectationis ſue. Superbus autẽ
qui in honore: vanis dignitatibus ⁊ excellẽ
tijs finem ſuum eſſe exiſtimat: ſtudet ad ea
ſectãda:per que faciliter poſſit conſequi fi-
nẽ quem intendit: Hoc idem facit guloſus:
cuiꝰ finis eſt in gule delectatione:qm̃ eo mō
viuit querendo.ſ.exquiſitas delectationes:
atqꝫ pinguiores cibos:q reperiant̃ ad macel
lum: vt ſic delectationem ſuaꝫ conſequatur
de quibus Apoſtolus ait. Quorũ deus ven
ter eſt. Que ſimul omnia moralis Greg. con
firmans in omelia plurimorum martyrum
ſic dicit. Omnia nãqꝫ que ad vſuꝫ vite ac-
cepimus:ad vſum conuertimus culpe. Sed
cuncta que ad vſum prauitatis inflexim̄us:
ad vſum nobis reuertunt̃ vltionis. Trãqlli
tatem quippe humane pacis:ad vſum ver-
timus vane ſecuritatis: peregrinationẽ ter
re pro habitatione dileximus patrie ſalutẽ
corporum:redigemus in vſum vitioꝝ:vber-
tatis abundantiam non ad neceſſitateꝫ car
nis: ſed ad peruerſitatem intorſimus volu-
ptatis. Ipſa ſerena blandimenta aeris: ad
amoreꝫ nobis ſuire coegimꝰ terrene delecta
tionis. Iure igitur reſtat: vt ſimul nos oĩa
feriant:que ſimul omnia vitijs noſtris male
ſubiecta ſeruiebant: vt quot prius ĩ mũdo
incolumes habuimus gaudia:tot de ipo poſt
modũ cogamur ſentire tormenta. Ne igitur
aliquis erret in operibus ſuis:dũ errat in fi
ſolam chriſtianã fidez aſſeruerũt eſſe verã.
¶ Septimus teſtis chriſtiane fidei: fuerunt
ipſi iudei: q ſm Nico. de lira: cognouerunt
chriſtũ eſſe dei filiuz: ⁊ precipue ſcribe ⁊ do
ctiſſimi in lege ſacerdotes: ſed inebriati in-
uidia: perdiderunt verã cognitionem ipſius
Chriſti. De qbus pphetauit optime Dauid
dicens. Turbati ſunt ⁊ moti ſũt ſicut ebriꝰ.
⁊ omnis ſapientia eorũ deuorata eſt. Et iõ
Matth. ix. c. dicitur. Egreſſis aũt illis. vz iu
deis obtulerunt ei hominem mutuz: demo

nium habentẽ. Et eiecto demone locutus ẽ
mutus: ⁊ admirate ſunt turbe: dicẽtes. Nũ
q̃ꝫ apparuit ſic homo i toto Iſrael. Hec ibi
Et Joan. xi. c. dicebãt ipſi iudei. Quid fa-
ciemꝰ: q: hic homo multa ſigna facit: Si. n.
dimittimus eum ſic: omnes credent in eum.
¶ Octauꝰ teſtis chriſtiane fidei fuit Job:
q paganus erat ⁊ idumeus: lz viueret ſm le
gẽ naturalẽ. Qui Job. xviij. c. dicebat. Scio
enim ꝙ redẽptor meus viuit. ⁊ i nouiſſimo
die de terra reſurrecturus ſum: ⁊ rurſuz cir
cũdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo
deũ ſaluatorẽ meũ: quẽ viſu. ſuz ego ipſe ⁊
occu. m. ↄſpec. ſunt. Repo. ẽ hec ſp. m. i ſin.
meo. Hec ibi. De quo Job Augu. lib. xviij.
ciui. dei. c. xlvij. ait. De beato ẽt Job mirabi
li viro q nec indigena nec proſelitus. i: ad
uena populi Iſrael fuit: ſz ex gẽte idumea
genus ducens: Chriſtũ verũ confeſſus eſt:
diuinitus aũt puiſum fuiſſe nõ dubito: vt
ex hoc vno ſciremus: etiã per alias gentes
eſſe potuiſſe: qui ſm deũ vixerunt: eiq; pla
cuerũt pertinẽtes ad ſpiritualẽ Jeroſolimã
qd nemini conceſſum fuiſſe credendũ eſt: ni
ſi cui diuinitus reuelatũ eſt. Hec ille. ¶ No
nus teſtis chriſtiane fidei fuit Joſephus q
fuit iudeus: ⁊ in veteri iudeoꝝ lege doctiſſi
mus q captꝰ fuit in vltia captiuitate Jerlz
per Titum ⁊ Veſpeſianũ facta. Hic enim
ſic ait de Chriſto in quodã opere ſuo. Fuit
inqt eiſdẽ tpibus: Jeſus ſapiẽs vir: ſi tñ eũ
veꝝ noiare fas ẽ. Erat. n. mirabiliũ operuz
patrator: ⁊ doctor eorũ qui libenter que ven
tura ſunt audiũt: ⁊ multos ex gentibus ſibi
adiũxit. Poſt crucem aũt his q eũ dilexe-
rant iteꝝ apparuit: ⁊ ab eis viſus ẽ: ſm ꝙ
prophe de ipſo p̃dixerunt. Hec ille. ¶ Deci
mus teſtis chriſtiane fidei: fuerũt ipſi demo
nes: q (vt habet Math. viij.) aſſerebãt xp̃z
eſſe dei filiũ dicẽtes. Jeſu fili Dauid vt qd
ante tp̃s veniſti torq̃re nos. Quod ↄfirmans
Augu. xviij. ciuita. dei. c. xlvij. ait. Hoĩes plu
res de xp̃o pphareipulſi ſunt: tã ipſiꝰ grẽ p
ticipes: q̃ꝫ expertes. Mali aũt angeli ⁊ demo
nes pñtẽ xp̃m quẽ iudei nõ agnoſcebãt: pu
blice ↄfeſſi ſũt. Hec ille. ¶ Vndecimꝰ teſtis
xp̃iane fidei fuerũt phi: q cũ tpe paſſionis
xp̃i. Athenis eẽnt. ⁊ vidiſſẽt ↄ nãz: ſimul ecli
pſare ſolẽ ⁊ lunã: nec valerẽt aliquo mõ in
uenirẽ cãz nãlẽ illiꝰ eclipſis: ſeu obſcuratõis
ſolis ⁊ lune: ad hoc iducti ſũt. ſ. p ſpũz ſcm

vt ſic dicerent: ⁊ precipue maximus ille phs
Dionyſius ariopagita. Aut deus inquiũt na-
ture patitur. Aut tota machina mũdialis de
ſtruitur. Et ob hoc ↄſtituerũt aram illã deo
ignoto. vz xp̃o: qui tunc in cruce mortẽ tole-
rabat. Duodecimus teſtis fidei xp̃iane fue-
runt ipſi tres magi. qui (vt habet Math. 2.
capitulo) viſa ſtella iam dudũ numeri. xxiiij.
per Balaam prophetam venerũt ab oriẽte
Hieroſolimã: ⁊ tandem in Bethleem. ⁊ ob-
tulerũt ipſi xp̃o. vz dei filio adoratiõe p̃uia
aurũ: thus: ⁊ mirrã. Tertiuſdecimus teſtis
xp̃iane fidei fuerũt ipſi angeli: q Lu. 2. paſto-
ribꝰ dixerũt. Ecce euãgelizo vobis gaudiuz
magnũ. quod erit oĩ populo. q: natus ẽ no-
bis hodie ſaluator: qui eſt xp̃s dñs in ciuita
te dauid. Et hoc vobis ſignũ. q: inuenietis
infantem pannis inuolutum: ⁊ poſitum in
preſepio. Et ſubito facta eſt cũ angelo mul
titudo celeſtis exercitus: laudãtiũ ⁊ dicẽtiũ
gloria in al. d. ⁊ in ter. p. h. b. volũ. Hec ibi.
Itẽ Luce. i. c. Angelus Gabriel teſtificatus
eſt xp̃m dei filiũ de virgine Maria naſcitu-
rum. Vnde ibi ſic di. Miſſus eſt angelꝰ Ga
briel. Dic totũ ſi vis. In reſurrectione etiã
xp̃i (vt hr̃ Matth. xxviij. ⁊ Jo. xx.) Apparue
rũt quattuor angeli xp̃i reſurrectionẽ teſtif
cantes: Similiter in eius aſcenſione habetr
Act. i. Apparuerũt duo Angeli. Ibi. n. ſic di
citur. Cũq; intuerentur in celũ euntẽ illum:
ecce duo viri aſtiterũt iuxta illos i veſtibus
albis. qui ⁊ dixerunt. Viri ga. qd ſta: aſpi. i
celũ: h Je. q aſſ. ẽ a nobis i celũ. ſic ve. quẽ
vi. eum e. in celum. Decimuſquartus teſtis
xp̃iane fidei fuerũt Moyſes ⁊ Helias q (vt
habet Matthei. xvij: teſtificati ſunt xp̃m eẽ
verũ dei filium. Vnde ibi ſic dicit. Poſt di
es ſex aſſumpſit Jeſus Petrũ Jacobuz ⁊
Joannẽ fratrẽ eius. ⁊ duxit eos in montez
ex. ſeor. ⁊ trã. eſt ante eos. ⁊ reſplẽduit faci-
es eius ſicut ſol. Veſtimẽta aũt eius fcã ſũt
alba ſicut nix. Et ecce appa. eis moy. ⁊ hel.
cũ eo loquẽtes. nec fuerũt ibi p imaginatio
nẽ: ſz fuerũt ibi pſonaliter. ſm Augu. li. de
mirabilibꝰ ſacre ſcripture. qm̃ Moy. venit
de lymbo ⁊ apparuit. ſm Nicolaũ de lira. ſ
quodã corpore ſibi adoptato ſicut appent
angeli in corporibus aſſumptis. ⁊ miſterio
facto redijt in p̃iacẽtẽ materiã. Helias ve-
ro venit de paradiſo terreſtri i quo in curru
igneo tranſlatus ẽ. Decimuſquintus teſtis

xp̃iane fidei fuit qdã gentilis ⁊ paganꝰ: de
quo Tho. ſa ſe. q. 2. articu. vij. in ſolutione
tertij art. iait ad litterã. Inuenit i hiſtorijs
Romanoꝝ. ꝙ tpe Conſtantini Auguſti: ⁊
Helene matris eius inuentum fuit quod-
dã ſepulcrũ: in quo iacebat homo gentilis
aureã laminã habens in pectore: in q̃ ſcrip
tũ erat Chriſtus naſcetur de virgine: ⁊ ego
credo i eũ: O ſol ſub Conſtãtini ⁊ Helene
tpibꝰ iteꝝ me videbis. Hic. n. ſm aliquos
fuit moraliſſimꝰ Plato. ¶ Decimuſſextus
teſtis xp̃iane fidei fuit tota trinitas. vz. pr̃ ⁊
filius ⁊ ſpirituſſanctus. De qua. i. Joã. v. c.
di. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo.
pater verbum ⁊. ſ. ſ ⁊ hi tres vnum ſunt. Et
infra ſubditur. Si teſtimonium accipimus:
teſtimonium dei maius ẽ: qm̃ hoc ẽ teſtimo
nium dei: quod maius ẽ: q: teſtificatus ẽ de
filio ſuo. Hec ibi. Et ꝙ ſpecialiter tota trini
tas de Chriſto: ſit teſtificata. pz. Nam pater
teſtificatus ẽ de Chriſto: ꝙ ſit eius filius.
Vnde Matth. xvij. di. Adhuc eo loquente
(. ſ. Petro in tranſfiguratiõe Chriſti) Ecce
nubes candida ⁊ lucida obũbrauit eos. Et
ecce vox de nube dicens. Hic ẽ filius meus
dilectus: in quo mihi bene placui: ipm audi
te. Similiter idem patet Matth. 3. c. teſtifi-
catus ẽ. Ibi enim ſic dicitur. Baptizatus au
tem Jeſus confeſtim aſcendit dẽ aqua: ⁊ ec
ce vox patris de celo di. Hic ẽ filius meus
dilectus: in quo mihi complacui. Similiter
ipſe filius de ſeipſo teſtificatus ẽ. cum (vt
habetur Matth. xvij. c.) ſupernaturaliter
ante diſcipulos viſibiliter tranſfiguratus ẽ
In qua vtiq; trãſfiguratione: oſtendit potẽ
tiam ſue deitatis in ſpecie beatitudinis. Si
militer ẽt ſpiritus. ſ. teſtificatus ẽ: xp̃m fuiſ-
ſe dei filium: deſcendendo ſuper ipſum in
ſpecie columbe. vt Matth. 3. dicitur. Bapti
zatus Jeſus confeſtim aſcendit de aqua. ⁊
ecce aperti ſunt celi: ⁊ vidit ſpũm dei aſcen
dentem ſicut columbam: ⁊ manentem ſup
ſe. Et Jo. i. dicitur. Teſtimonium perhibuit
Jo. baptiſta de Chriſto dicens. Quia vidi
ſpiritum deſcendentem quaſi columbã de
celo: ⁊ manentem ſuper eum: ⁊ ego neſciebã
eum. Hec ibi. ¶ Decimuſſeptimus poſtre-
mo teſtis chriſtiane fidei omiſſo p nũc te-
ſtimonio ſibillaꝝ: fuerunt omnia elementa.
De quibus Greg. i omel. epiphanie ſic di-
cit. Omnia elementa auctorem ſuũ veniſſe

teſtata ſunt. Ut enim de his quodaꝫ uſu humano loquar: hunc deum celi eſſe cognouerunt: qui eo nato protinus ſtellam miſerūt. Mare cognouit: quia ſub plantis eius ſe calcabilē prebuit. Terra cognouit: quia eo moriēte contremuit. Sol cognouit: qui lucis ſue radios abſcōdit. Saxa ⁊ parietes cognouerunt: quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus cognouit: quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tñ hunc quem dñm elementa inſenſibilia ſenſerūt: adhuc infideliū iudeoꝝ corda: deum eſſe minime cognoſcūt ⁊ duriora ſaxis ad penitētiā ſcindi nolunt. eumqꝫ a[…] negant: quē elemēta (ut diximus) aut ſignis. aut ſciſſionibus deum clamant. ¶ Quid ultra dicā de teſtibus xpiane fidei Certe hanc eſſe verā fidem teſtificant omnes ſacre virgines. ſed ⁊ ſancti confeſſores omnes ſancti monachi: ⁊ heremite: omnes ſancti apoſtoli ⁊ euāgeliſte: Omnes deniqꝫ ſacri theologi: ⁊ doctores. Ecce O fides xpiana. iā habes nō unū: aut duos. ſed q̄ſi innumerabiles ⁊ infinitos teſtes. te oīno eē verā teſtificantes. Quis igit̄ decetero dubitare poteſt de certitudine virtutis tue: certe nullus ſane mentis. Tu igitur ſola fides xpiana cū ſis veriſſima (ſicut teſtes predicti aſſerūt) ab oibus immitandos. Ex predictꝭ oibus pꝫ primus reſpectus: ſolā fidē xpianā demōſtrās reſpectu teſtiū eē veriſſimaꝫ. qui dicitur reſpectus purificationis.

¶ De ſecundo reſpectu quo fides adhibēda eſt teſtibus fidei xpiane.

S Ecundus ēt reſpectus: quo fides oīno ē adhibēda teſtibꝰ fidei xpiane: dī reſpectus cōcordatiōis: ſeu cōformationis. Experiētia teſte dicimꝰ: ꝙ qñ ſunt multi teſtes adinuicē diſcordes. neq̄q̄ꝫ eoꝝ dictis fides hi. Oppoſitum vero fit de multis teſtibus adinuicē ſe cōcordantibus. qm̄ eorum dictis plena fides adhibet̄ Sic a ſimili dico (q̄uis multi ſint teſtes) ut ꝓtractū eſt: ſi tamen eſſent diſcordes: eis nequaq̄ꝫ fides adhiberet̄. Sed quia manifeſtuꝫ ē: ꝙ teſtes fidei xpiane ⁊ſi ſunt multi: tñ ſūt concordes ⁊ maxime conformes. Jō fidei xpiane ab oibus merito fides eſt adhibenda. Et ꝙ teſtes fidei chriſtiane in eoꝝ ſententijs ſint ꝯcordes: pꝫ ꝑ propoſitionem auctēticā Sco. in ꝓlogo ꝑmi ſen. q. ꝛ. di. In ſi euidētibus ex terminis nec ꝓncipia euidentia hñtibus nō cōſonāt firmiter ⁊ infallibiliter multi diuerſimode diſpoſiti. niſi a cauſa ſupiori ipſorū intellectuꝰ icelinet ad ꝯſenſum. Hec Scotus. Patꝫ hec regula Scoti. Ult enim dicere: ꝙ qñ de uno negocio: ⁊ ſup una re multi habentes diuerſas diſpoſitiones ⁊ cōplexiones habent tractare ⁊ loqui: ⁊ illud negocium ⁊ illa res ē euidens ⁊ clara: ipſi multi ſunt concordes in una ſententia. Quod ſic patet. Nā ponat̄: ꝙ ſint duo hoīes diuerſaꝝ nationū: ⁊ diſpōnū. unꝰ. ſ. iudeus. alius ſaracenus. alius paganꝰ. aliꝰ xpianꝰ: ⁊ huiuſmodi: petat̄ ab eis omnibus vtruꝫ ignis ſit calidus. mel dulce. ⁊ fel amarum. unanimiter reſpōdebunt ꝙ ſic. Et rō ē: quia hec naturaliter eſſe videmus omnibus nationibꝰ mundi: ⁊ clarū. Sꝫ ponat̄ ꝙ illa res ſit obſcura ⁊ nō euidēs. certum eſt ꝙ nō erūt adinuicē ꝯcordes. Pꝫ hoc. Nā ponat̄ ꝙ ſint. 10. homines diuerſarū nationū ⁊ diſpoſitionū. vocati ad electionē uniꝰ prelati: ⁊ huiuſmōi manifeſtū ē: ꝙ nō erūt ſic concordes. eo ꝙ unus eligit Petrum: alius Joānē. Et rō ē: quia in non euidētibus accidit. qd̄ dī de cōſe. di. iiij. c. ſicut in ſacramentis. Quot capita tot ſentētie. Que utiqꝫ diuerſitas ſniaꝝ prouenit ex eo: qd̄ dī in c. quia diuerſitatem. extra de conceſſione preben. Diuerſitatē corpoꝝ diuerſitas ſepe ſequitur animoꝝ. Quod confirmās auctor. vi. principioꝝ dicit. Anima ꝯiuncta corꝑi naturaliter imitat̄ paſſiones corporis. Si aūt in re obſcura ⁊ non euidētiꝰ multi diuerſaꝝ diſpoſitionum ſeu natōnū adinuicē concordent. certe hoc non ē propter aliud. niſi quia deus oēs illuminauit: ſeu direxerit ad ſimul concordandū. Pꝫ hoc in electōne alicuius prelati: quia ſi multi electores adinuicē ꝯcordant. tenetur communiter pro miraculo. His ꝑmiſſis: peto ſi articuli fidei: quos mandat ipſa fides: ut credamus ſit res euidēs ⁊ clara: ⁊ certum ē ꝙ non. Quam enim euidētiam habet primus articulus. ſcilicet Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ terre: Certe nullam. Quam etiaꝫ euidentiam habet ſecundus articulus. vꝫ. Et in Jeſum xpm̄: ⁊c̄. Et ſequitur. Qui cōceptus ē de ſpū ſancto: natus ex Maria virgine. Certe nullā. Tranſcurre ſic ꝑ ſinglos, ⁊ nullāꝫ euidentiā ⁊ claritatē inuenies. Quod confirmans Grego. in omel. in feſto ſancti Thome. ꝑfecto inqt liquet: quia fides illarū rerū eſt argumētū: que apparere non pñt. Que eni apparent fides nō habēt. ſed agnitionē. hec ille. Preſuppoſito igit̄ (ut pꝫ) ꝙ articuli fidei nullā habeant euidentiā: ſeu cognitionē viſibilē ſenſualeꝫ: peto. an inter ſcripturas ⁊ ſcriptores fidei xpiane ſit ꝯcordia ⁊ cōformitas. Et certū eſt ꝙ ſic. dicēte Heronimo in epiſtola de morte Ozie: ⁊ Seraphin ⁊ calculo. Quicqd in veteri teſtamento legimꝰ hoc in euāgelio reperimꝰ. ⁊ qd̄ in euāgelio fuerit lectitatū. hoc i veteris teſtamēti auctoritate deducit̄. nihil diſſonū nihilqꝫ diuiſum eſt. hec ille. Et Auguſt. de vera religione dicit. Nihil diſſonum inuenies in fide nihilqꝫ diuerſum. unā ſententiā in totꝭ ſacris codicibus reperies. immo oīuꝫ noſtrorū catholicoꝝ. una eſt firma vera ⁊ cōcors ſententia. hec ille. Hec enim concordia in fide xpianorum figurata fuit in die palmarū in precedentibus xpum ⁊ ſubſequentibꝰ: q omnes ſimul idem canticū dicebant. Unde Matthei. 21. capitulo dicit̄. Turbe aūt que precedebant. ⁊ que ſequebant̄ ſimul clamabant. di: Oſanna filio David: benedictus qui venit in nomine dñi. hec ibi. Et ꝙ oēs ſimul cōcordent. patet ēt per experientiā. Si eni legas omnes ſcriptores catholice fidei in eorum dictis inuenies eos concordare. Si eniꝫ legas omnes ꝓphetas. utputa Jſayam Hieremiā Ezechielem Danieleꝫ Oſeam Joelem Amos Abdiam Jonam Micheam Naum Abacuch Sophoneā Ageū Zachariam Malachiam. omnes ſimul concordant in fide xpi. Si inſuper legas epiſtolas Petri Joā. Jaco. Jude: Apoſtoli pauli. omneſqꝫ act. apoſtoloꝝ: ⁊ legendas eoꝝ prorſus inuenies oēs ꝯcordes in fide xpi. Si etiaꝫ legas omnes doc. vꝫ. Auguſt. Ambroſiū: Hieronimū: Gregoriū: Joan. Criſoſtomū: Ceteroſqꝫ omnes: inuenies ꝙ oēs ſimul concordant in ſubſtantialibꝰ fidei. Si etiā legas oēs euangeliſtas. vꝫ. Mattheuꝫ Marcum Lucam ⁊ Joannē. inuenies ꝙ ſimul in fide xpi cōcordant. Si deniqꝫ legas omnes ſacros theologos. utputa ſctm̄ Thomā: Joan. Sco. Sanctū Bonanēturā. Alexan. de Ales. Ricar. Petꝛ Taran. Egidiū Romanuꝫ: ceteroſqꝫ oēs: inuenies omnīn ꝙ ſimul concordant in his: que ſunt de ſubſtātia fidei: Per qd̄ claret oēs catholicos vere cōcordare i una fide: in uno baptiſmo ceteriſqꝫ ſacramentis. non ſoluꝫ in dictis. ſed ēt in factis. in geſtis ⁊ operibus. nec q deꝫ in puncto diſcordant in his: que ſunt fidei ⁊ legis xpiane. licet in his que ꝑ probabilē occurrūt ratiōē vel opinionē. aliquādo unus aliter ſentiat: q̄ꝫ alius. Sed quid dicā de concordia. lxxij. interpretū veteris legis. qui (ut ait. Auguſt. xviij. ci. dei. c. xliij. in nullo diſcordarunt. Pro quo notandū ē: ut legitur in hiſtoria eccleſiaſtica. ptholomeus philadelphꝰ rex egipti. cū eſſet valde ſtudioſus ⁊ libroꝝ cupiditꝰ: ꝑfecit bibliotece ſue demetriū. Cūqꝫ q̄ſiſſꝫ ab eo de nūero libroꝝ xxiiij. milia ad eē reſpondit. Sed paulopoſt tpis uſqꝫ ad. l. milia poſſe venire reſpōdit. Nunciatū eſt autē ſibi ait eē apud iudeos legem ore ipſius dei editā ⁊ ſcriptā illius digito. pro qua ſummopere laborandū dicebat. ut in greco conuerſa: in archiuis regalibus haberetur. Hec enim erat lex dei viuētis. Et ad oſtendēdū ſanctitatē legis addidit. ꝙ niſi a cultoribus dei viuentis trāſferri potuiſſet. Nā ⁊ Theopompus cum in hiſtorijs quas ſcribebat: hanc interſerere voluiſſet: per dies triginta verſus ē in amentiam. Theotentus quoqꝫ ob eandem cauſaꝫ factus eſt cecus. Sed penitētes ſanati ſūt. Et ſuggeſſit regi: ut ſcriberet pontifici iudeorum: ut iudeos hebrae ⁊ grece lingue peritos ad ipſum dirigeret cum lege dei. q ad eam transferendam ſufficeret. Quod ut impetraret: munera cum epiſtolis mittēda conſuluit. Aderat autē Ariſteus qui ei conſuluit dicens. Habes inquit o Rex quomodo quod poſtulas obtinebis. Solue iudeos quos captiuos tenes in regno tuo. Nihil gratius erit pontifici iudeorum. Liberauit igitur Rex de iudeis centum viginti milia dās dominis eoꝝ pro capite cētū viginti dragmas argenti. Tūc ſcripſit Rex Eleazaro iudeoꝝ pontifici. rogans ut ſeniores ad ſe mitteret: qui interpretationē legis dei viuentis ei darent. Eleazarus vero mittēs quod poſtulabat: ſic illi reſpondit. Ad interpretandum legem quaꝫ poſtulas: niſi viros ſeniores de unāquaqꝫ tribu ſecum legem ferentes. Tue autem pietatis eſt iuſtitie erit: ad nos eā caute remittere. Qui cum

veniſſent ad regē. benigne ab eo collecti ſūt
Et cū diudū cum rege diſputaſſent de vno
deo colendo: oſtendētes ꝙ nulla creatura
eēt deus: introducti ſunt in domū regis: q̄
ad ſecretam negociorū deliberationē ordi
nata erat. Et faciens illos ab inuicē ſepara
re. vt ſinguli ſuum ſenſum ſcriberent. ⁊ vt
nullus eorum ſciret ſcientiam alteriꝰ. date
ſūt eis ſingule celle: ſeu camere: ad opportu
ne interpretandū quicquid eis videret. Et
diuiſerūt ad interpretādū inter ſe libros. Et
ſancto Symeoni ſeni: qui (vt habet Luce:
ſcdo) paruulū Jeſum in vlnas tenuit: datꝰ
eſt liber Jſay. ad interpretandū. Unus eniʒ
ex illis. lxxij. interpretibꝰ fuit: Seruatꝗ autē
ſingulis diebꝰ rituū: purificationū: ⁊ cerimo
niarū ſuarū. ſm legem in diebus ſeptuagin
taduobus: interpretationē compleuerūt. Si
meon ad tranſlationē Jſay veniens. cum
veniſſet ad illud qđ Jſa. ſeptimo. ca. legit.
(Ecce virgo concipiet) ⁊c̄. admirans verbū
ꝓphete: credenſqʒ illud impoſſibile fore: cū
ly virgo bis habraderet. loco eiꝰ ſcripſit al-
ma Ecce inquit alma concipiet. Et inuenit
iterū atqʒ iterum ſcriptū. Ecce virgo cō. ⁊c̄.
¶ Tertio vero cuʒ abraſiſſet litteris aureis
ſcriptū inuenit. Ecce virgo. ⁊c̄. Cognoſcēſqʒ
illud diuini eſſe myſterij: orās deū iterroga
uit. quid hoc ſibi vellet. Qui reſponſuʒ acce
pit a ſpiritu ſancto. ꝙ ex tali virgine đ qua
propheta dixerat. deberet oriri ſalus mūdi
in Jſrael: nec mortem ipſe videret: niſi eum
priꝰ in vlnas ſuas reciperet. ꝓpterea Luce. 3.
cap̄. dicitur. Reſponſuʒ accepit Symeon a
ſpiritu ſancto: non viſurū ſe morteʒ: niſi pri
us videret xp̄uʒ domini. vnde venit in ſpiri
tu in templū. ⁊ cum inducerent puerum Je-
ſum parentes eius. vt facerent ſm cōſuetu
dinem legis pro eo. ipſe accepit eum in vl
nas ſuas: ⁊ benedixit deum: ⁊ dixit. Nūc di
mittis ſeruū tuū dn̄e. ⁊c̄. ⁊ huiuſmodi. ¶ Cō
pleta igitur vt pretactū eſt: totius veteris le
gis interpretatione ab illis ſeptuagintaduo
bus: ⁊ nihil in ꝓphetijs. nec in figuris; nec
in ſolo verbo q̄ʒtū ad ſentētiā diſcordes fue
runt: ſed in omnibus tāꝙ̄ ex vno ore ſimul
cōcordes inuenti ſunt. de quorū mirabili cō
cordās Auguſt. lib. xviij. ci. dei q: ait. Quo
niam reuera ſpiritus erat vnus in omnibꝰ
ideo tam mirabile munus dei acceperant.
vt illarum ſcripturaruʒ non tāꝙ̄ humana
rum: ſed: ſicut erat diuinarū: iſto modo etiaʒ
cōmendaret auctoritas credituris quando
qʒ gentibus profutura: quod iam videmus
effectū. hec ille. His igitur p̄miſſis peto. an
tunc fuerit concordia ſeu conformitas iter
ſcriptores q fuerunt diuerſimode diſpoſiti
⁊ complexioni: Et certū eſt ꝙ ſic. Ex quo in
fero. ꝙ cum facta fidei non ſint euidentia ⁊
clara: ſcriptoreſqʒ eiuſdem ſint vel fuerint
diuerſimode diſpoſiti. ⁊ ex hoc debuerūt in
ſuis ſententijs varia ſentire. ⁊ cū fuerint cō
formes ſeu concordes: certum eſt ꝙ hoc nō
aliūde proceſſit: niſi a ſpirituſancto a quo
ſcriptores ipſi illuminati ſunt. Qđ pʒ exem
plo naturali ipſius ſolis. qui cum per diuer
ſas feneſtras domū ingrediatur: licʒ diuerſi
tatem habeant feneſtre. quia vna eſt q̄dra
alia rotūda. vna breuis. alia lōga. vna ſtri
cta alia lata: tamen ſol ideʒ eſt in eis nec di
ſcordat. Sic a ſimili dico de ſcriptoribꝰ ſa
cre ſcripture: qui licet fuerit magis alter di
ſpoſitus q̄ʒ alter. tamē omnes idem fidei lu
men non diuerſum receperunt a deo. Pro
inde. i. Pe. i. ca. dicitur. Spiritu ſancto illu
minati: locuti ſunt ſancti dei homines. Op
poſitū eſt in alijs legibus ſeu ſcientis. Naʒ
licet turchi ⁊ ſaracēi ſint ſub lege Macho
meti: tamē diuerſimode ſunt diſcordes i ea
dem lege. Et Auguſt. xviij. ciui. dei. etiaʒ di
cit. ꝙ philoſophi ſunt valde diſcordes i eo
rum ſententijs. Naʒ diſcipuli ſepius magi
ſtro contradicunt. ſicut patet de Antiſtene. ⁊
Ariſtipo. qui ambo fuerunt Socratis diſci
puli. ſed tamen in multis ſibi contradixe-
runt. Similiter Ariſto. in pluribꝰ cōtradicit
Platoni magiſtro ſuo. Similiter inter ali-
os philoſophos (vt infra patebit) maxima
diſcordia eſt: ſicut patet de modo ſciendi de
p̄ncipijs nature: ⁊ huiuſmodi. prout dicitur
primo de anima. ⁊ primo Metaphiſice. Ex
predictis patet etiā ſecūdus reſpectus. qui
reſpectu ipſorū teſtium cōcordantiū ſolam
xp̄ianam demonſtrat eſſe veriſſimā. qui di
citur reſpectus concordationis.

¶ De tertio reſpectu quo fides exhibēda
eſt teſtibus fidei chriſtiane.

Tertiꝰ deniqʒ reſpectꝰ quo fides om
nino adhibēda eſt teſtibꝰ fidei chri
ſtiane. dr̄ reſpectus ſanctificatiōis
Certum eſt enim (ſicut etiā per experientiā
videmꝰ) ꝙ quādo multi eēnt teſtes ⁊ vltra
hoc eſſent cōcordes: eſſent tn̄ infames ⁊ vi-
tioſi; pauca vel nulla fides eoꝝ dictꝭ ⁊ ſentē
tijs adhiberetur. Oppoſitū vero ē de mul-
tis teſtibus adinuicem cōcordātibus: ⁊ ple-
nis omni virtute ⁊ ſanctitate eorum dictꝭ fi
des plena adhibetur. Sic a ſimili: dico ꝙ ⁊ſi
multi eſſent teſtes fidei chriſtiane: ⁊ vltra h̄
ſimul eſſent infames: nequaꝙ̄ eis eēt fides
adhibenda. Sed qꝛ manifeſtuʒ eſt: ꝙ teſtes
chriſtiane fidei ſunt multi: ⁊ etiam concor-
des: ⁊ vltra hoc pleni ſunt omni virtute: ⁊
ſanctimonia: per conſequens eidē chriſtiane
fidei ab omnibus merito fides ē adhibēda.
Si igitur conſiderare volumus auctoritatē
dignitatem: virtutem: atqʒ ſanctitatē eorū
qui fidem chriſtianam compoſuerunt: ordi-
nauerūt: predicauerūt. profecto inuenimus:
ꝙ rōnabiliter nulla poteſt haberi ſuſpicio ꝙ
in ea ſit aliquid falſitatis: deceptōis: erroris
ſeu mendatij. Cōſidera igitur p̄mū quante
ſanctitatis Moyſes extiterit: q p̄mos libros
ſancte fidei ꝯpoſuit: vʒ. pentatheucum. Pʒ
enim de ipſo: ꝙ deus loquebatur cū ipſo: ſic
ſolet loqui homo ad amicū ſuū. Per eum
ēt multa ſigna fecit. vt pʒ Exo. lxxviij. ix. x. xi.
capitul. de diuiſione maris. hr̄ Exo. xiiij. De
ieiunio. 40. dieꝝ: ⁊ continua locutione cum
deo. Et de obtētione tabulaꝝ hr̄ Exo. xxiiij
⁊. xxv. c. Quāta ēt fuit ſanctitas Joſue pʒ.
Nam ſicut hr̄ Joſue. x. c. ad preceptū ipſius
Joſue ſtetit ſol in medio celi: ⁊ non feſtina
uit occūbere ſpatio vnius diei: nec fuit an-
te ⁊ poſtea tam lōga dies obediēte deo vo
ci hominis huius. Quante ēt ſanctitatis
fuerit Dauid: pʒ. Nam primo reg. xvi. c. dr̄.
ꝙ inuenit gratiam coram oculis dei: ⁊ deꝰ
ipſe elegit eum in regem ſm cor ſuū. Quid
dicemus de ſanctitate Jere. ꝓphe: Tante
enim ſanctitatis fuit: ꝙ ipſe loquens i per-
ſona dei. in. i. c. de ſeipſo dicit. Prius q̄ʒ te
formarē in vtero noui te. ⁊ anteꝙ̄ exires de
vulua ſanctificaui te: ⁊ propham in genti-
bus dedi te. Maxime ēt ſanctitatis fuit Da
niel ꝓpha: Qui vt hr̄ Danielis. 3. cum ex p̄
cepto Nabuchodonoſor Regis poſitꝰ eſſet
in lacu leonum: nequaꝙ̄ ab eis leſus ē: qn-
ſimo angelus dei per capillum a iudea i Ba
bilonem propham Abacuch deportauit: vt
ſic ei cibum ſeu prādiū impenderet. Diſcur
re (ſi placeret) per omnes patres veteris te
ſtamenti: ⁊ videbis quante ſanctitatis fue
rint teſtes chriſtiane fidei: ⁊ ſic videbis: qua
re fides eis ē adhibēda. Sʒ qđ dicemus đ
ſanctitate pl'ium noui teſtamēti: (Ut. n. a
Jo. baptiſta incipiā) Ecce fuit tante ſancti
tatis ⁊ virtutis: ꝙ in vtero matris (vt habe
Luc. i. c.) fuit ſanctificatus. Ibi. n. ſic dicit.
Uocabis inquit angelus ad Zachariā no-
men eius Joānē: ⁊ erit tibi gaudiū ⁊ exulta
tio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt.
Erit enim magnus corā dn̄o: vinū ⁊ ſicerā
nō bibet: ⁊ replebitur ſpū ſcō adhuc ex vte
ro matris ſue. Hec ibi. Infantulus etiam
adhuc. v. annorū petijt deſertum: vt ſe con-
ſeruaret in gratia: ⁊ a leuibus caueret pec-
catis. Uñ eccleſia ſic de ipſo canit. Antra đ
ſerti teneris ſub annis ciuium turmas fugi
ens petiſti: ne leui ſaltē maculare vitā fam i
ne poſſes. Hunc etiam ipſe dominus: vt hr̄
Matth. xi. cōmēdauit dicens. Amen dico
vobis: ꝙ inter natos mulierum nō ſurrexit
maior Joā. baptiſta. Quante etiam ſancti
tatis extiterit beatus Jo. os auri: in ſermo-
ne decollationis ſue dicit Joānes fuit ſcola
virtutū magiſteriuʒ vite: ſanctitatis forma
norma iuſtitie: virginitatis ſpeculū: pudici-
tie titulus: caſtitatis exemplū: penitētie via:
peccatorū venia: fidei diſciplina: maior ho
mine: par angelis: legis ſumma: euāgelij ſā
ctio: apoſtoloꝝ vox: ſilentium ꝓphaꝝ: lucer
na mundi: p̄curſor iudicis: mediator domi-
ni teſtis: ⁊ totius medius trinitatis. Ex pre-
fatis patet: Joan. baptiſtā fuiſſe eximie ſan
ctitatis. Quid in ſup dicemꝰ de ſanctitate
Pauli: qui (vt hr̄. 2. Corin. i2.) ante annos
xiiij. raptus ē ad tertium celum. ⁊ audiuit
archana dei: que non lʒ hoī loqui: Deniqʒ
quanta fuerit ſanctitas Apoſtolorum teſti-
um chriſtiane fidei: inſinuat Apoſtolus: qui
ad Hebre. xi. c. dicit. ꝙ talibus hoībus ſan-
ctitate plenis: non erat dignus ipſe mūdus
Cum igitur fuerit tanta ſanctitas teſtiuʒ le
gis chriſtiane: merito ei fides ab oībus eſt
adhibenda. Nequaꝙ̄. n. credendum ē: tales
⁊ tantos homines victos fuiſſe: aut menda
cia dixiſſe. Qđ ſi forte opponeres: ꝙ teſtes
fuerunt mendacij ⁊ non veritatis: certe hoc
patet eſſe falſum. Nam aliquis mēdacium
dicit triplici reſpectu. Aut reſpectu ignoran
tie: aut reſpectu auaricie ⁊ cupiditatis: aut
reſpectu pene. Reſpectu ignorātie nequaꝙ̄
mētiti ſunt: qꝛ vt infra dicetur eoꝝ ſcientia

⁊ cognitio non proceſſit a mūdo. Sʒ immediate a ſpiritu ſancto: qui nequaq̄ mentiri põt. Nã .i. Corin. .ij. dicit. Quis .n. ſcit hoīum: que ſunt hoīs: niſi ſpiritus hominis: qui in ipſo ē. Et infra. Que dei ſint: nemo cognouit: niſi ſpūs dei. Et ſubditur. Nos autem non ſpūm huius mundi accepimus ſcđm ſpūm: qui ex deo ē. Ubi glo. Ambro. ait. Ne timeas viris ſanctis credere: ⁊ aſſenſum tuum prebere: cum dominus eis dederit ſenſum ſuum. Reſpectu etiam auaritie ſeu cupiditatis: teſtes chriſtiane fidei nequaq̄ ſūt mentiti. Non enim propter temporale lucꝝ aliquid aſſerebãt. quia Matth. xix. dicebãt Ecce nos reliquimus oīa ⁊c̄. Et ad Phil. .3. Apoſtolus dicit. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora. Reſpectu inſuper pene nõ ſunt mentiti: eo ꝙ propter fidem Chriſti, omni pene ſe ſubijciebant. Unde Act. .20. c. Apoſtolus de ſeipſo dicit. Spiritus ſanctus ꝑ omnes ciuitates proteſtatur mihi dicens quoniam vincula ⁊ tribulationes me manent. Sed nihil hoꝝ vereor. Idem quoqʒ Paulus ad Roma. viij. in perſona omnium fidelium dicit. Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti: tribulatio: anguſtia: an perſe. an. fa. an. nu. peric. an gladius: ſicut ſcriptum eſt: quia propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſiõis. Certus ſuʒ enim: q: neqʒ mors: nʒ vita: nʒ angeli: neqʒ principatus: neqʒ virtutes: neqʒ inſtantia: neqʒ futura: neqʒ fortitudo. neqʒ altitudo: neqʒ profundum: neqʒ creatura aliqua poterit nos ſeparare a caritate dei: que eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro. Hec ibi. Ex ꝑ ſatis patet: qualiter predicti teſtes chriſtiane fidei: nullatenus mentiti ſunt imo plus dicam: ꝙ quilibet predictorum teſtium põus mille mortes ſuſcepiſſet: q̄ vl' minimũ mendacium dicere: ſeu facere voluiſſet. Sic enī dicitur. xxv. q. i. c. ſunt quidam. Impoſſibile igitur fuit: tot venerabiles doctores ſanctos ⁊ virtuoſos fuiſſe deceptos: vel mentitos: quia ſi mentiti fuiſſent: omnem ſanctitatem ⁊ probitatem ſuam penitus perdidiſſent. Et qđ plus ē omnes ſimul dãnati fuiſſent propheta dicente. Perdes omnes: qui loquuntur mendatium. Et ideo Auguſtinꝰ ix. diſt. Si ad ſcripturas inquit ſacras admiſſa fuerint officioſa mendacia quid i eis remanebit auctoritatis: Que tandem de ſcripturis ſententia proferetur: cuius pondere contentioſe falſitatis obſederetur improbitas: Hec ille credendum ē igitur ſanctis teſtibus xp̄iane fidei. Si enim credit̃ verbis Platonis: Ariſtotelis: vel Socratis: ⁊ illiꝰ porci Auerois. Sententijſqʒ aliorum phōrum: quanto magis adhibenda ē fides viris ⁊ teſtibus tãte virtutis ⁊ ſanctitate plenis: Qđ ſi fidem non exhibes omnibus ſimul predictis teſtibus: ſaltem ipſi deo: ſeu ſanctiſſime trinitati, fides adhibẽda ē. Nã ponatur: ꝙ ibi ſint decem viri mendaces: q̄ dicūt ꝙ pluit hac nocte: communiter creditur eis. Si igitur illis datur fides: quanto magis danda ē homini vero: prudenti: graui: ⁊ maturo: Immo tali viro datur maior fides: q̄ inſtrumentis notariorum. Sicut, pʒ in mercatoribus. A fortiori igitur credẽdū ē deo: ſeu ſanctiſſime trinitati. teſtimonium reddenti de veritate xp̄iane legis. Naʒ prime Jo. v. dicitur. Tres ſunt: qui teſtimoniū dant in celo. ſ. xp̄iane fidei: pater: verbum: ⁊ ſpiritus ſanctus. Et ſubditur. Si teſtimoniū hominum accipimus: teſtimonium dei maius ē O igitur anima incredula. O anima infidelis. O anima ſciſmatica O anima heretica. O anima pagana. O anima a deo ⁊ tota celeſti curia excommunicata: quid facis: Certe citius credis verbis vniꝰ traditoris vniꝰ infamis: vniuſqʒ falſi phī: q̄ hoībꝰ tam veris: ⁊ q̄ teſtibus tam ſanctis ⁊ virtuoſis: ⁊ qđ plus ē q̄ ipſi omnipotenti deo ſanctiſſimeqʒ trinitati: patri: vʒ filio: ⁊ ſpiritui ſancto: Sed vhe tibi miſera anima: vhe tibi infelix creatura: vhe tibi imago dei: q: tot teſtes habebis in teſtimonium tue damnationis quot teſtes habuiſti i teſtimoniuʒ xp̄iane fidei tueqʒ ſalutis. Ex premiſſis igit̃ oībus euidenter apparet: qualiter ex primo argumento: vʒ teſtificationis: qđ triplici reſpectu roboratum ē: vʒ plurificationis: confirmationis: ⁊ ſanctificationis. Chriſtiana fides ſuper omnẽ aliam fideʒ veriſſima eē probatur: quiaʒ habeat plures teſtes: ⁊ magis cõcordes: magiſqʒ ſanctiores: q̄ omnis alia fides ⁊ ſecta. In qua fidei xp̄iane veritate omnes infideles perducat: omneſqʒ fideles conſeruet: caput vere fidei ⁊ obiectū Jeſus Chriſtus dominus noſter: cui ſine fine ſit omnis laus ⁊ gloria ⁊c̄.



¶ Feria tertia poſt dominicaʒ quadrageſime iterum de quarta excellentia. ſ. de veritate ipſius ſanctiſſime fidei.

## Eſpice: fides

tua te ſaluum fecit. Luc. xviij. c. ⁊ in euangelio preterite dominice. Nouiaʒ amantiſſimi ciues humanus intellectus (prout vi. Ethico.) hʒ ꝓ obiecto veritatē. hinc eſt: ꝙ in omnibus rebus quibus aſſentire dʒ: naturaliter cupit ⁊ querit de ipſa veritate certificari quãtū põt: tanq̄ quoddam, ſibi licitum ⁊ honeſtū. Qđ cõfirmans Phus .i. Ethicorū dicit. Certitudo de omnibus in tãtum eſt a quolibet querẽda: inquantū recipit natura rei: Hec ille. Ideo ꝑꝑ hec lʒ de veritate fidei chriſtiane vnum ſiue primuʒ argumentū declaratū ſit: tamen vt quilibet intellectus magis poſſit certificari: ⁊ nihil dubitari de veritate ipſius fidei chriſtiane: tria alia optima argumenta veritatẽ ipſius fidei chriſtiane demonſtrantia: in hodierno ſermone ſimiliter declarabimus. ¶ Secundum tripliciter in ordine dicitur, argumentum ſubiugationis. Tertium dicitur argumentum obiectionis. Quartuʒ dicitur argumentum reuelationis.

¶ De tribus alijs articulis quibus oſtenditur quod ſola fides chriſtianorum eſt vera ⁊ ſalutifera. Et p̄mo de ſecunda in ordine.

ſ Ecundum igitur argumẽtū in ordine declarandum: quo oſtenditur ſolam fidem chriſtianorum eſſe veraʒ dicitur argumentum ſubiugationis. Si qs enim diligenter attendere ⁊ perſcrutari velit qualiter totus fere mundus Apoſtolorū tempore: fidei chriſtiane ſubiugatꝰ ſit: apparebit vtiqʒ ꝙ fides chriſtianorum eſt mirabilis ⁊ vera ſuper omnem aliã fidẽ ⁊ legeʒ Mirabilis enim ⁊ ſupernaturalis apparet perfectio: mundi ſubiugatio: ſub chriſtiana fide tripliciter. Primo reſpectu ꝑſonarum cõuertentiū: Scđo reſpectu ꝑſonaruʒ conuerſarum. Tertio reſpectu modi conuerſionis. ¶ Primo dico ꝙ mirabilis ⁊ ſupernaturalis apparet mundi ↄuerſio ſub chriſtiana fide: reſpectu perſonarum mundū conuertentium. que reſpectu ipſorum conuertentium fuit mirabilis triplici rõne. Primo, ratione infirmitatis. Secūdo ratione ruditatis. Tertio ratione paucitatis. ¶ Primo dico: ꝙ reſpectu perſonarum ſeu Apoſtolorum munduʒ conuertentium: fides chriſtiana vera ⁊ mirabilis apparet: ratione infirmitatis ſeu minoritatis. Nomen o ciues omnibus mirum videretur: ſi ꝑui ignobiles ⁊ ruſtici alicuiꝰ ducis: regis: ſeu imperatoris ſibi: ſeu obediẽtie ſue ſūmitterẽt ducẽ ſuuʒ regem ⁊ imperatorem: Clarum eſt ꝙ ſic. Et ratio ē: quia hoc eſſet omnino contra naturam: precipue cū Phus dicat .i. Politicorum ꝙ ꝺm nature ordineʒ dñs debet ſeruo predominari: ⁊ ſeruus quiſqʒ ſuo domino tenet̃ ⁊ debet obtemperare. Sed hunc modum ſupernaturalem: certe tenuerunt ipſi apoſtoli in conuerſione mūdi ad chriſtianã fidem. Nam cum ipſi eſſent infimi: quãtuʒ ad ſanguinem: vel quantum ad humanaʒ dignitatẽ: eſſentqʒ alioꝝ ſerui: atqʒ omnino mendici ⁊ pauperes: cum contra omneʒ naturã ſubiugauerint ſibi ſeu obediẽtie ſue: ⁊ fidei chriſtiane: milites: comites: marchiones: dominos: barones: duces: reges atqʒ imperatores: qd hac re mirabilius ⁊ ſupernaturalius inueniri poteſt: Hoc enīʒ nequaq̄ factum vnq̄ fuiſſʒ niſi chriſtianoruʒ fides veriſſima extitiſſet. Proinde Bernar. i ſententijs ſuis declarat di. O ſtupendū miraculuʒ ſuper oīa miracula. Ecce ꝙ minor ſupereſt maiori: cuʒ tamẽ nõ ſit ſeruus maior domino ſuo: ⁊ maior ſubeſt minori: cū reges oīs terre: dominiqʒ terrarū ſe apoſtolis infimis modicis atqʒ deſpectis ſubmittūt. Qđ confirmans apoſtolus .i. Corin. .ij. dicit. Infirma mundi elegit deus: vt confundat fortia. ¶ Secūdo dico: ꝙ reſpectu perſonarū conuertentium: fides chriſtiana apparet mirabilis ratione ruditatis: ⁊ ignorantie ſeu ſimplicitatis. Mirum nempe ⁊ etiam ſupernaturale oībus appararet: ſi in diſputatione aliquis idiota: ſimplex: rudis: ⁊ oīno illiteratus: non loicus: non eloquens: nõ canoniſta: non legiſta: nõ aſtrologus: nõ phs: nõ theologus oīno ↄuinceret: atqʒ opinioni ſue ⁊ ſnīe ſubijceret hoīes lr̃atos: logicos: eloquẽtes: aſtrologos: canõiſtas: legiſtas: phos atqʒ theologos: hūc modū ꝑ oīa tenuerūt apl'i i ↄuerſiõe mūdi ad fidẽ xp̄i. Cū .n. ipſi eẽnt illiterati ſimplices rudes: ignorãtes: ⁊

omnino idiote: non habentes logicam: nec phiam Ariſtotilis: nec aſtrologiam Ptholomei Regis. non eloquentiam Demoſtenis ⁊ Ciceronis: nõ ceteras acquiſitas ſciẽtias: tamen ad Chriſti fidem omnes doctos: oẽs ſapiẽtes: omnes litteratos: omnes ſcientificos: ⁊ peritos contra naturam conuerterũt Proinde Bernar. in ſentẽtijs ſuis ſic dic. Stupẽdũ valde fuit: imperitos piſcatores abſq; litteris ſcientificos conuiciſſe. Et lȝ magna ⁊ diuina plane fuerint miracula: q̄ dominus conceſſit in terra: hec tñ ſup oĩa alia enituit: quia in paucis ⁊ rudibꝰ ſimplicibus ⁊ illiteratis: totum mundũ ⁊ omnem eius altitudinem ſcientie atq; ſapiẽtie ſubiugauit. hec ille. Auguſtinus etiã .xx. ciuita. dei. c. v. ait. Ipſe modus quo mũdus credidit: ſi conſideretur icredibilior inuenit. In eruditos enim liberalibus diſciplinis: ⁊ oio quãtũ ad iſtorum doctrinas attinet impolitos non peritos grãmatica: non armatos dyaletica: non rethorica inflatos: piſcatores Chriſtus cũ retibus fidei a mare huius ſcli pauciſſimos miſit: atq; ita vt. ex omni genere: tã multos piſces: ⁊ tãto mirabiliores: q̃to rariores etiam ipſos phos cepit. hec ille. De q̃ ẽt Apoſtolorũ ſimplicitate Aplus. i. Corin. ii. ait. Nõ in doctis humane ſapiẽtie verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus ⁊ virtutis predicamus: vt fides noſtra nõ ſit in ſapiẽtia hominum: ſed in virtute dei. Et Heroꝰ ait. In articulis fidei potiꝰ requirẽda ſunt ſana verba ⁊ fidelia: q̃ ornata. ⁊ ſciẽtia plena. Auguſtinus inſuper ait. Malo eſſe inurbanus: q̃ incredulus. Et malo eſſe agreſtis catholicꝰ: q̃ eloquẽs phs ⁊ hereticꝰ. fides enim non querit ornatũ aliunde: q̃ ſeipſũ: hec ille. Et certe Chriſtus ipſe Apoſtolis hãc ſcientiã cõuertendi mundũ: ante ꝓmiſerat Io. xiv. di. Paraclitus autẽ ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater in noĩe meo: ille vos docebit omnia: ⁊ ſuggeret vobis oẽm veritatẽ. Et Luc. xxi. dicit. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiam: cui non poterũt contradicere omnes aduerſarij veſtri. Et ſic patet ꝓpoſitum. ¶ Tertio probatur cõcluſio rõne paucitatis. valde mirabile nãq; eſſet: ⁊ ſupnaturale appareret: ſi tẽporibꝰ hodiernis. xii. homines ſoli conuerterent ⁊ ſubijcerẽt ſibi ſue ditioni ſue homines vnius prouincie. Sed mirabiliꝰ videretur: ſi totum ſibi mundum ſubijcerent ſine armis: ⁊ ſimilibꝰ: hũc vtiq; mundum ipſi. xii. Apoſtoli in cõuerſiõe mundi ſeruauerunt: qui cũ eſſent pauciſſimi: puta ſolũ. xii. omnes mundi ꝑſonas ſibi ſubiugauerũt: qđ impoſſibile foret. ſi etiam cũ maximo ⁊ innumerabili exercitu hoĩum armatorũ ꝓceſſiſſent. Qđ admirãs Ber. in ſententijs ſuis dicit. Stupendum valde fuit: tam per paucas perſonas: totũ ſimul mundum ad vnam fidẽ adunaſſe: hec ille Et ſic patet propoſitum. ¶ Scđo etiã dico ꝙ chriſtiana fides valde mirabilis ⁊ vera eẽ apparet: reſpectu perſonarũ conuerſarũ. Et hoc triplici ratione. Primo ratione afflictionis. Scđo ratione incertificationis. Tertio ratione creditionis. ¶ Primo dico ꝙ reſpectu ꝑſonarũ ad fidem Chriſti cõuerſarũ: fides apparet mirabilis ⁊ vera: rõe afflictionis. Certum eſt: vt ait Boetius proſa xi. tertij libri. ꝙ omne animal tueri ſalutẽ cõſiderat. mortẽ vero perniciemq; deuitat. Et ratio eſt: quia. 3. Ethicorũ dicitur. Mors eſt vltimũ terribiliũ. Quo preſuppoſito: peto quo pacto ſiue qua conditione recipiebant ad fidem Chriſti omnes: qui ad eam ꝯuertebantur. Nunquid ex abundantia diuitiarum. quã fides chriſtiana eis ꝓmitteret: Certe nõ. Nunqđ ex ꝓmiſſione delectationũ corporaliũ: ⁊ huiuſmodi: Certe nõ: immo ꝯuertebãt ꝑ dura ⁊ aſpera tormẽta: quod vtiq; eſt cõtra oẽm naturam: cũ viuere vnicuiq; ſm phm ſit naturale. Vñ Iob. i. c. dr̃. Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habet: hõ: dabit pro anima ſua. i. pro vita cõſeruãda Unde prima cõditio ⁊ pactum fidei Chriſti erat: ꝙ quicũq; recipiebãtur: obligati eẽnt ſe priꝰ crudeliſſime morti ſubijcere: q̃ ſuſceptam Chriſti fidem denegare. hoc igit̃ mõ ac conditione ſeu pacto cõuertebãtur oẽs. O miraculum miraculorum: perdere vitã tam nobilem anteq̃ Xpi fidem negarent. ¶ Secundo rõne incertificationis. Nota ꝙ natura magis mouet obiectũ pñs q̃ remotũ: ſicut exẽpli grã magis mouet qs ad amorẽ alicuiꝰ ex eius pñtia: q̃ ex eiꝰ abſẽtia. Quo ꝑſuppoſito peto. O ſaraceni. O theucri quare creditis legi Mahometi: Certe qr concedit nobis omnia delectabilia huius preſentis vite: ad que maxime inclinata eſt hũana natura poſt corruptionẽ innocẽtie nature. Geñ. viij. Sẽſus ⁊ cogitatio ⁊c̃. pp



Quod non ẽ mirum ſi multi credunt. Sed o fides xpiana quõ conuertiſti ad te mundum: nunquid ex certitudine bonorum preſentiũ ſeu dilectionem: Certe non: immo eos conuertiſti per fidẽ: ⁊ non per ſpeciem: per abſentia ⁊ futura: ⁊ non propter preſentia. Nam fides xpianorum non ẽ de viſibilibꝰ: ſed de inuiſibilibus bonis: ſeu rebus: que nullatenus poſſunt a ſenſu vllo percipi. Et tñ cũ hoc ſit contra naturã. ſ. preſentia: relinquere ⁊ ſperare ſimpliciter futura: innumerabiles huic legi ſe ſubmiſerunt ⁊ fidei. qđ nequaq̃ fieret niſi hec fides: ⁊ lex alijs verior eſſet ⁊ melior. ⁊ niſi eſſet donum ſupceleſte ⁊ infuſum a deo. Unde Auguſtinus i quadam ſua epiſtola ait. Quis tantã hominũ multitudinem ad peccata pronam: ad legẽ Chriſti carni ⁊ ſanguini contrariam ſeruãdam induceret: niſi deus eſſet cũ illo: Idẽ xxii. ciuita. dei. c. v. dicit. Quid mirabilius ⁊ incredibilius eſſe poteſt: q̃ ad legem prorſus contrariam carni ⁊ ſangui doctores pauci: pauperes ⁊ rudes poſſent plurimos potentes ⁊ ſapientes conuertere: Hec ille. ¶ Tertio dico: ꝙ reſpectu perſonarum ad xpi fidẽ conuerſam apparet Chriſti fides veriſſima ratione creditionis. Certũ eſt vt dicit Phs 3. de anima. ꝙ intellectus humanus nihil intelligit ſine fantaſmate: quia intelligibilia ſunt in ſpeciebus ſenſibilibus. Ideo non ſentiens: nihil vtiq; adiſcit. Sed dum ſpeculatur: neceſſe eſt ſimul fantaſmata ſpeculari Hec ibi. Quo preſuppoſito. ꝙ intellectꝰ humanus naturaliter non aſſentit niſi rebꝰ naturalibꝰ ⁊ ſenſibilibus. peto quid fides xpiana credendum intellectui preponat. Certe non ſenſibilia: non naturalia. Ideo ſupernaturalia: quibus rebus ſupnaturalibꝰ intellectus non ſe ſubmitteret ad credendum niſi haberet maiorem certitudinẽ de eis inuiſibilibus ⁊ naturalibus: Hoc mõ cõuerſi ſunt: quicũq; ad fidem Chriſti ꝯuerſi ſunt: Quod vtiq; ſtupendiſſimum fuit ⁊ ſup naturã. Proinde Bernar. tria mirabilia ⁊ ſupernaturalia: que credit fides noſtra xpiana enumerat di. Tria opa fecit omnipotẽs illa maieſtas in aſſumptione noſtre carnis: ita ſingulariter mirabilia: ⁊ mirabiliter ſingularia: vt talia nec faciet: nec faciẽda ſint amplius ſuper terram. Coniũcta ſunt qppe adinuicem: deus ⁊ homo: mater ⁊ virgo: fides ⁊ cor humanum. Auguſtinus. Inſuper xxii. ciuita. dei. c. v. dicit. Duobus illis incredibilibus (ſi placet dino quia placere debet) addamus hoc tertium. Iã ergo tria ſunt incredibilia: que tamen facta ſunt. Incredibile ẽ. Chriſtum reſurrexiſſe in carne: ⁊ in celũ aſcendiſſe cum carne Incredibile ẽ: mũdũ rẽ tam incredibilem credidiſſe ⁊c̃. Et ſic recita totum illud capitulum: ꝙ multum ẽ ad propoſitum. Ex qua etiam triplici ratione pꝫ: q̃ mirabilis: ⁊ vera ſit chriſtiana fides reſpectu perſonarum conuerſarũ. ¶ Scđo poſtremo etiam dico: ꝙ valde mirabilis et vera chriſtiana fides apparet: reſpectu modi conuerſionis triplici ratione. Primo rõne diuerſificatiõis. Scđo ratione fortificationis. Tertio rõne cõplexionis. ¶ Primo dico ꝙ modus ꝯuerſionis totiꝰ mũdi ad fidẽ xpianã fuit mirabilis: rõe diuerſificatiõis. ſ. oium linguarũ. Noticia namq; oiũ linguarũ data fuit oibus aplis a deo: ꝙ ois humanus populus intelligebat linguã ſuã Unde Act. ii. c. dicitur. Dum complerentur dies pentecoſtes: erãt omnes diſcipuli pariter in eodẽ loco: ⁊ factus eſt repente de celo ſonus: tãq̃ aduenientis ſpiritus vehementis. ⁊ rep. to. do. vbi. e. ſe. ⁊ apparuerũt illis diſpartite lingue tãq̃ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorũ. ⁊ re. ſunt omnes. ſ. ſ. ⁊ cep. lo. va. li. put. ſ. ſ. da. eloqui illis. Erant autem in Ieruſalem: habitantes viri religioſi ex oi natione: que ſub celo eſt. Facta autem hac voce conuenit mul. ⁊. m. con. eſt. qm̃ au. v. li. ſ. lo. Stupebant autem oẽs ⁊ mirabantur ad inuicem dicentes. Nõne oẽs iſti qui loquũtur: galilei ſunt: Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguã noſtrã in qua nati ſumus: Parthi ⁊ Medi. ⁊ Elamite: ⁊ q habitant Meſopotamiam. Iudeam ⁊ Capadociã: Põtum: ⁊ Aſiã: Frigiã: ⁊ Pamphiliã: Egyptum ⁊ partes Libie: que ẽ circa Cyrenem: ⁊ aduene Romani. Iudei: quoq; ⁊ Proſeliti: Cretes ⁊ Ara. au. eos lo. n. li. magna dei. ¶ Scđo hoc patet rõne fortificationis. Mirum valde fuit ⁊ ſupernaturale: ꝙ Apoſtoli qui cum deo debiles erant in tm̃ ꝙ. Petrus qui maior ceteris eſſe videbatur: ad ſolam vocem vnius ancille: dum mori timuit: fidem ⁊ Chriſtum negauit: tãta

virtute in momēto tpis ex alto inducti ſunt
⁊ ſic fortes effecti: vt etiam nullum timerē
Non enim timebant eos: qui iam deuꝫ corꝑ
.ſ. xp̄m Jeſum occiderant. quin potius oi
pene atqꝫ tormento (vt melius infra pate-
bit) ſe cōſtanter ſubmittebāt. Proinde Ac
tu. iiij. c. Cum ſacerdos ⁊ magiſtratus ꝓpo
nerent Petro ⁊ Joanni multa tormēta: ſi a
predicatione nois xp̄i non ceſſarent. nō poſ
ſumus (inquiunt) Petrus ⁊ Joānes: q̄ vi-
dimus ⁊ audiuimus: non loqui. Et actuꝫ
v. c. dixit Petr⁹. Obedire oportet deo: ma
gis q̄ȝ hominibus. ¶ Tertio hoc patet rō-
ne cōplexionis: ſeu generalis cōuerſionis.
Valde miruꝫ fuit: ꝙ poſt xp̄i mortē. ij. pau
perculi Apoſtoli. nō tm̄ vnā prouinciā: ſed
oēs ſimul mundi prouincias. vniuerſumqꝫ
mundum xp̄i fidei ſubiugarunt di. Ber. Lꝫ
magna ſint miracula: que deus fecit in ter
ris: hoc tamen maximū fuit. ꝙ xp̄s ꝑ pau-
cos ⁊ ſimplices apoſtolos totū mundum ⁊
oēm eius altitudinē ſibi ſubiugat. Hoc idē
teſtatur propheta dicens. In omnem terraꝫ
exiuit ſonus eorūꝫ: ⁊ in fines orbis terre ver
ba eoꝝ. Hec. n. preceperat xp̄s eiſdē apoſto
lis Matth. vltimo ca. dicens. Euntes i mū
dum vniuerſum predicate euangelium om
ni creature. Et ſtatim ſubiungitur. Illi au-
teꝫ profecti predicauerūt vbiqꝫ: domino co
operante. ⁊ ſermonē confirmāte: ſequenti-
bus ſignis. Ex qua triplici rōne ſimul cū ce
teris reſpectibus ⁊ rōnibus ſuprapoſitis
euidēnter apparet: ꝙ cum totus mundus:
taꝫ miraculoſe tanq̄ȝ ſupernaturaliter apo
ſtoloꝝ ope ad xp̄i fidem conuerſus ſit: non
eſt dubiū: ꝙ xp̄ianoꝝ fides vera eſt ſuper
oēm aliam fidem. Et per conſequēs etiam
pꝫ ſecūdū argumētū demonſtratiuū. ꝙ ſo-
la fides xp̄ianoꝝ ſit veriſſima: ⁊ non altera:
quod dicitur argumentum ſubiugationis.
¶ De tertio argumēto: quo oſtēditur: ꝙ ſo
la fides xp̄ianorum eſt vera ⁊ ſalutifera

T Ertiū argumentū in ordine decla
randū: quo oſtenditur ſolā fidem
xp̄ianorum eſſe verā ⁊ nō alteraꝫ
di argumentū obiectionis. Pro cognitio-
ne huius argumenti occurrit mihi ſentētia
Philoſophi ſecūdo de. aīa dicentis. Habi
tus cognoſcūtur per actus. Actus vo ꝑ ob
iecta. Que regula ſic patet. Nam per actuꝫ
exteriorē: elemoſyne: ſeu iuſticie. cognoſco
taliquē eē in corde habitum iuſtum atqꝫ ele
moſynarium. qm̄ exterior actus. vt dicitur
ſecūdo Ethicorum. cauſatur ex habitu inte
riori: ſeu diſpoſitione: que fundatur in vo-
luntate. Ex obiecto vero cognoſco ⁊ diſcer
no: an actus ſeu habitus illius elemoſyna
rij: ſeu iuſticiā facientis. fuerit bon⁹ vel ma
lus. Si enim talis elemoſyna habuit prin-
cipaliter deū pro obiecto. vtiqꝫ bona dice-
retur tā: actu q̄ȝ habitu. Hoc idē dico d ac
tu ⁊ habitu iuſticie. Si vero actus ⁊ hītus
illi⁹ elemoſynarij. habuerint ꝓ obiecto aut
vanā gloriam: aut mundanū honorem: ſeu
complementū alicuius voluptatis. clarum
eſt: ꝙ tam actus q̄ȝ habitus illius elemoſy-
narij fuerunt mali ⁊ demeritorij. Hoc idem
dico: ſi iuſticia fiat non ex zelo diuini hono-
ris: ſeu reipublice conſeruande: ſed potius
ex zelo cupiditatis: aut alicuius inordinate
paſſionis. vtiqꝫ mala ⁊ demeritoria erit.
Quo ꝓſuppoſito dico a ſimili: ꝙ ex obiecto
quod fides diuerſoꝝ hoīuꝫ reſpicit: cogno
ſci pōt. que ſit ſimpliciter vera ⁊ falſa fides
Sed clarum ē: ꝙ obiectū vere fidei. ē ſim-
pliciter credere: deū actu eſſe hominem. ⁊
econuerſo hoīem eſſe deum. Et ratio eſt: q̄
cum culpa: tam originalis: q̄ȝ actualis mor
talis ſit infinita reſpectu obiecti infiniti of-
fenſi. requirit ſatiſfactionem infinitam: ad
hoc vt anima ſit purgata: ⁊ terminata: ⁊
opꝫ ꝙ fiat per creaturā cuꝫ deo in vnitate
ꝑſone cōiunctam: ⁊ vnitam. Ex qua vnide
conſequenter talis creatura dicitur habere
infinitam virtutem: cum eius actōes ⁊ ope
ra denominationem ſumant: ⁊ habeant a
ꝑſona diuinitatis. vꝫ ſapientia dei increata
que eſt filius patris eterni. Quibus cōceſ-
ſis. manifeſtum eſt: ꝙ fides Saracenorū ⁊
Turchorum falſa eſſe cognoſcit: cum ha-
beat ſimpliciter pro obiecto ſimplicem homi
nem Mahometuꝫ: qui non tm̄ non ē deus
⁊ homo. ⁊ econuerſo per vnionem cum per
ſona filij di. Sed inſuper eſt peſſim⁹ ⁊ dya-
bolicus homo. ex totali ſeparatione a diui-
na gratia. Similiter ⁊ fides Judeorum fal
ſa eſſe cognoſcitur: ex falſo obiecto. quoniā
expectant meſſiam adhuc venturum: qui ta
men non tantū non veniet niſi ad Judiciū
quoniam iam venit: dum veram humanita
tem in ſe aſſumpſit. Sed inſuper meſſias il
le, quem expectant erit falſus antixp̄s. Op
poſitum vero eſt de fide xp̄ianorum. que cū
ſimpliciter credat in chriſtuꝫ: qui eſt deus ⁊
homo. ⁊ econuerſo habet verum obiectum.
⁊ per conſequens non tantum vera. ſed eti-
aꝫ veriſſima eſſe probatur. Et ꝙ chriſtus ſo
li chriſtiani credunt. ⁊ ꝙ habent ꝓ obiecto:
ſit realiter deus ⁊ homo. probat auctoritas
Ber. in libro de conſideratione ad Eugeni-
um. dicentis. Tantam ⁊ taꝫ expreſſam vim
vnionis in ſe prefert ea perſona. i. qua deus
⁊ homo vnus eſt chriſtus: vt ſi duo de ſe pre
dices non erras. hec ille. Hoc idem probat
diſtinctio domini Bonauenture in tertio. di-
ſtin. vij. articulu p̄mo. queſt. p̄ma. in corpo-
re. queſt. di. Cum queritur de hac locutione.
deus eſt homo: ⁊ homo eſt deus. Reſpōdeo
ꝙ ſm catholicam veritatem: abſqꝫ dubio
neceſſe eſt concedere. hominem deum: ⁊ de-
um eſſe hominem. pro eo ꝙ due nature ibi
vnite ſunt in vnaꝫ perſonā. Que aūt i vno
ſuppoſito vniunt: neceſſario d ſe inuicē ꝑdi
cant: ſi accipiant ꝯcrete: ꝓpter illā maximā
q̄ di: quecūqꝫ vni ⁊ eidem ſunt eadem: inter
ſe ſunt eadem: per quam ⁊ fundari habet
virtus ſylogiſmi expoſitorij: quo probat phi
loſophus. in libro Priorum. Ea que dicun
tur de vno ⁊ eodem: predicari de ſe inuicem
Si igitur vnus eſt chriſtus: qui eſt de⁹ ⁊ ho
mo. neceſſario oportet concedere. deum eſſe
hominē: ⁊ hominem eſſe deum: Et hoc at-
teſtantur ſanctorum auctoritates: ⁊ cōmuni
ter fatentur doctores theologie. Cum tamē
dicitur: deus eſt homo. hoc eſt ſingulis mo-
dus predicandi. Non eſt enim talis predica
tio per eſſentiam: quia tunc deus ⁊ homo
eſſent eiuſdem eſſentie: quod eſt impoſſibile
nec etiam per inherentiaꝫ. quia tunc accide
ret deo eſſe hominem. Nec inſuper per cau
ſam. quia tūc pari ratione poſſet dici. ꝙ de
us eſt lapis. qa ita ē cauſa lapidis ſicut ho
minis. nullus igitur predictorum modorum
videtur poſſe concedi hominem de deo poſ
ſe predicari. Sed eſt tātum hec predicatio
ꝑ vnionem. Ideo. n. homo predicatur d deo
qua vnitur ei in vnitate perſone. Et quoni
am hec vnio eſt ſingularis: non eſt mirum ſi
ſingularem modum exigit predicandi. Hec
dominus Bonauentura ad litteram. Ex qui
bus oībus. patet etiam tertium argumentū
demonſtratiuū: ꝙ ſola fides chriſtianorum
ſit veriſſima: ⁊ non altera. Ex quo habet
ſimpliciter deum obiectum in quem credit.
videlicet chriſtum: qui eſt deus ⁊ homo: ⁊
econuerſo (prout confitetur vera fides) qd
vtiqꝫ dicitur argumentū obiectionis.
¶ De quarto argumento quo oſtenditur
ꝙ ſola xp̄ianoꝝ fides vera ē ⁊ ſalutifera.

Q Uartum ſuper argumentuꝫ in ordi
ne declarandū: quo oſtenditur: ſolā
fidem chriſtianorum eē veram ⁊ nō
alteram: dicitur argumentum reuelationis:
ſeu tranſlationis prophetiarū. Certū eſt ꝙ
ſi trāſcurrere velis totū teſtamētum vetus.
O quot prophetias. quotqꝫ reuelationes:
populus iudaicus a deo tunc electus: nūc
vero reprobatus: ante chriſti aduentū ſuſce
pit: Nam facte ſunt a deo etiam ante legē
multe reuelatiōes. videlicet ſub Noe: Abra
am: ⁊ Jacob: vt patet in li. Geneſ. Que
dei reuelationes: multiplicate ſunt lege ſu-
ſcepta. Proinde Numeri. xij. ca. dicit. Si
quis fuerit inter vos propheta domini: in vi
ſione apparebo ei: vel per ſomnium loquar
ad eum. At non talis ſeruus meus Moy-
ſes: qui in omni domo mea fideliſſim⁹ eſt.
Ore enim ad os loquor ei ⁊ palam: ⁊ non
per enigmata ⁊ figuras deum videt. Item
Deuterono. iiij. ca. dicitur. Non eſt alia na
tio taꝫ grandis: que habeat deos appropin
quantes ſibi: ſicut deus noſter adeſt cūctis
obſeruationibus meis. Dauid inſuper pro-
pheta ait. Non fecit taliter omni nationi: ⁊
iuſticia ſua non manifeſtauit eis. Sed dic
mihi O iudee ſimul cum turchis ⁊ Sarace
nis. nunquid poſt chriſti aduentuꝫ aliquas
dei viſiones ſeu prophetias ⁊ reuelatiōes
habuiſti: Certe non. Si ergo non habuiſti.
ergo prophetie ⁊ reuelationes dei deſcēde-
runt in fidē xp̄ianā: ſeu in eccleſiā ex genti-
bus collectā. Et vnde hoc. niſi ꝙ deus re-
probauit legē iudeorū. ceterorūqꝫ infideliū
⁊ confirmauit ſicut veriſſimam legeꝫ ⁊ fidē
xp̄ianoꝝ: Quot āt reuelatiōes ſanctis apo
ſtolis facte ſint: lege teſtamentū nouū: ſa-
cros theologos ⁊ doctores: legendaſq: ſan
ctorū quaſi infinitas ⁊ innumerabiles cer-
te adinuenies. An non maxia: ⁊ excellentiſ
ſima fuit illa viſio ⁊ reuelatio paulino q̄ ſcdo

Corin.xij.di. Veniā autē ad viſiōes ⁊ reue
lationes. Dein de ingt ipſe Paulus. Scio
hoīem i xp̄o ante annos.xiiij. ſiue in corpo
re ſiue extra corpus.neſcio.deus ſcit:raptū
huiuſmodi vſqꝫ ad tertiū celū: ⁊ ſcio hu
iuſmodi hominē ſiue in corpe ſiue extra cor
pus neſcio: deus ſcit:qm̄ raptus ē in para
diſum:⁊ audiuit archana verba:que nō lꝫ
homini loqui. In quo raptu oēs tres hie
rarchie angelorū:quorum glibet tres cho
ros facit:ſibi reuelate ſunt.quas angelorū
hierarchias ⁊ ordines:ſeu choros: cum ſu
is ſpiritualibus officijs:ipſe poſtmodum re
uelauit ſancto Dionyſio ariopagite diſcipu
lo ſuo:qui pp̄ hoc librū compilauit:qui inti
tulatur de angelica hierarchia.tam mirabi
lis viſio:reuelatio:⁊ raptus ad tertium celū
in veteri lege nunq̄ fuiſſe facta legūtur. Et
demiſſis ceteris oib⁹ viſionibus ⁊ reuelatio
nibus:que ſanctis facte ſunt.cū ſint innu
merabiles ⁊ infinite:quid dicem⁹ de reuela
tionibus. Ioā.euangeliſte quas ſuſcepit in
inſula Pathmos:dum ibi eēt delatus in
exiliuꝫ in q̄ dn̄s reuelauit ei pprio ore Apo
calipſiꝫ:in quo ſm̄ Hierony.in p̄hemio eiuſ
dē tot ſunt ſacra quot v̄ba: Nā in eadem
Apocalipſi continētur reuelationes totius
ſtat⁹ mūdi a principio vſqꝫ ad finē. Pre
termitto de magnis reuelationibus quas
ſuſcepit dū recūberet in cena domini ſup
pectus ipſius dn̄i Ieſu:quas tū (prout can
tat eccl'ia) fluenta ſacri euangelij de ip̄o ſa
cro domini pectoris fonte potauit. De qua
euangelij ſublimitate. Hieronymus in p̄he
mio eiuſdem dicit. Si parū altius intonaſ
ſet:totus mūdus capere non potuiſſet. Ex
premiſſis igitur oībus concludo ſm̄ Tho
mā ſecunda ſecūde.q.clxxi.arti.vi. q̄ cum
pphetia ſit quedā cognitio intellectui pro
phete impreſſa:ſupra omnē humanā facul
tatē ex diuina reuelatione procedens talis
autem prophetia ſimpliciter vigeat in fide
chriſtiana:⁊ non in alia:⁊ deus ipſe nō poſ
ſit reuelare niſi veritatē.ſequitur per conſe
quens:q̄ ſola fides xp̄iana vera eē cenſet.
oīs vero alia fides falſa. Quod deus ideo
fecit quia populus iudaicus ab eius obedi
entia ſe ſubtraxit. Ecōtra vero populus gē
tilis eidem obedientie ſe ſubmiſit, dicente
pphcta. Populus quē nō cognoui ſuiuit
mihi.in auditu auris obediuit mihi:filij alie
ni ideſt Iudei.nunc alienati inueterati ſunt
⁊ claudicauerunt a ſemitis ſuis. Ex p̄dictis
igitur etiam tribus argumētis.videlꝫ.ſubiu
gationis:obiectionis:⁊ reuelationis:pꝫ:qua
liter xp̄iana fides ſuper omnem aliā fidem
realiter veriſſima eſſe approbatur. In qua
fide virtute imenſe omnipotentis dei clemē
tia:nos omnes ſanctificare dignetur in pre
ſenti per gratiam: Et in futuro per gloriam
Per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria quarta annorum ſiue die primo q̄
drageſſime. Iterum de quarta excellentia.
vꝫ d̄ veritate ipſius ſacratiſſime fidei.

## Nolite theſau

rizare vobis theſauros i
terra.vbi erugo ⁊ tinea d̄
molit. ⁊ vbi fures effodi
unt ⁊ furant. Theſauriza
te āt vobis theſaurps i celo:vbi neqꝫ erugo
neqꝫ tinea d̄molit. ⁊ vbi fures n̄ effodiūt:
nec furantur. Scribūtur hec verba Matth.
ſexto:⁊ in euāgelio occurrētis ferie:poſt mo
ralē explanationē preſentis euangelij quā
tibi preconi dei ne nimis prolixus videar in
ſcribēdo faciendā relinquo:poteris totā hi
ſtoriam euangelij ad materiā fidei adaptar
precipue in reaſſumptiōe thematis. Sic po
teris thema declarare. Nolite (igt domin⁹)
vobis theſaurizare.⁊c̄.quaſi dicere velit. O
vos fideles xp̄iani: q eſtis ſub vera fide col
locati.q̄ nō ē de preſentibus ⁊ viſibilib⁹ ſed
futuris. Nolite theſaurizare vob̄ theſauros
i terra: ſicut faciunt ſaraceni atqꝫ iudei.quo
rum fides tota (vt patet ad oculū) in terrēis
verſatur.que vtiqꝫ trāſitoria ſunt ⁊ caduca
atqꝫ penitus inſtabilia. Sed magis theſau
rizate theſauros in celo:per virtutem veſtre
ſacre fidei. Qui vtiqꝫ theſauri erunt infiniti
incomparabiles:atqꝫ eterni.ad quos acqui
rendos mediante fidei virtute: vt quilibet
animus fideliū magis inclinetur. habeo in
preſenti ſermone vltra iam predicta quattu
or argumenta:cum quinto optimo argumē
to:veritatem ipſius xp̄ianorum fidei demon
ſtrare ⁊ dclarare.quod vtiqꝫ erit tale.

¶ De quinto argumento quo oſtendit q̄
ſola fides xp̄ianorum vera eſt ⁊ ſalutifera.

Quintū igitur argumentū in ordine
declarandū.quo oſtenditur ſolam
fidem xp̄ianorū eſſe verā ⁊ nō alte
rām:dicitur argumentū ordinatiōis. Pro
declaratione huius argumenti:ſeu funda
menti:occurrūt verba Cōmentatoris ſup
verba philoſophi.xij. Metaphiſice.vꝫ. Bo
nū vniuerſi conſiſtit in ordine.vſi ordinata
ſunt aliqualiter oīa in vniuerſo. Et iterum.
Meliora (inquit) ſimpliciter ſunt: q̄ magis
ordinant vnūquodqꝫ in pprīū finem. Hec
Cōmentator.patet hec regula. Naꝫ illa me
dicina ſimpliciter dicitur eſſe melior ceteris
omnibus:que magis ordinat infirmum ⁊
egrotū ad fineꝫ ſanitatis. Similiter melior
eſſe dicitur illa oratio ceteris omnib⁹:que
magis obtinet finem gratie cōcupite.ſicut ⁊
oratio octo v̄boꝝ.quam fecit virgo ad do
minū p ſalute humanij generis (cum dixit
Luce.ca.i. Ecce ancilla domini fiat mihi ſꝫ
ver.tu.⁊c.) dicit melior fuiſſe cunctis oratio
nibus ſanctorū patrū.prout dicit ſanctus
Bonauentura.in tertio.diſtin.iiij.ar.ſcd̄o.
q.ij.in ſolutione ſecūdi argumēti. Et etiam
Ricar.c.di.q: tūc i inſtāti meruit nō merito
cōdigni:ſed ſimpliciter digni in carnationeꝫ
filij dei.ex qua poſtmodū ſubſecuta eſt re
demptio. Quo preſuppoſito.q̄.ſ.illud ſim
pliciter dr̄ eſſe melius qd̄ magis ordinat in
debitū ſinem:dico a ſimili.q̄ ſola illa fides
melior eſt ⁊ verior omni alia fide:q̄ magis
dirigit ⁊ ordinat hominē ad finē beatitudi
nis eterne. Sed manifeſtū ē.q̄ ſola xp̄iana
fides ſup oēm aliam fidem magis ordinat
hominē ad predictū finem.vnde per conſe
quens neceſſe eſt concludere ſolam chriſtia
norum fidem eſſe veram:ſeu omni alia fide
meliorem. Qd̄ ſic patere poteſt. Triplex eni
ordo neceſſario requiritur ad cōſequēdum
finē eterne felicitatis.quē ordinē ſimplr ob
ſeruat ſola fides xp̄iana. Quorum.
¶ Primus dicitur ordo diuinalis.
¶ Secundus dicitur ordo proximalis.
¶ Tertius dicitur ordo ſpecialis.

¶ De triplici ordine:quo ſola fides xp̄iana
ordinat in finem eterne felicitatis. Et primo
de primo.

Primus ordo quo fides xp̄iana ſup
omnē aliam fidem ordinat in fineꝫ
eterne felicitatiſ.dicitur ordo diuina
lis. Nam fides ſeu lex xp̄iana ſup oēm ali
am fidem ⁊ legem ordinat hominē triplici
ter in deum. Primo q̄tum ad dilectionē.
Secundo q̄tum ad profectionem. Tertio
q̄tum ad remotionem. ¶ Primo dico.q̄
fides xp̄iana ordinat hominē in deum ſup
omnem aliam fidem.q̄tum ad dilectioneꝫ:
Nam Deutero.ſexto Matth.xx. Luce decio
precipit xp̄iana fides.diliges dn̄m deū tuū
in toto corde tuo.⁊c̄. Quid enim hoc ordine
melius:qd honeſtius: quidue laudabilius
eſſe pōt:ad p̄ducendū hominē ad eternam
felicitatē:profecto nihil: Imo hoc agere.ſ.
deuꝫ ſuper omnia toto corde diligere.qſqꝫ
cogitur ex ipſo ſolo dictamine ratiōis. Vn̄
ſm̄ Ariſtotilē.viij. Ethicoruꝫ: Quilibet be
neficiatus ſeu ab altero beneficiū recipiēs
tenetur ſuum benefactorē cordialiter dilige
re. Quod ⁊ inter nō habētes rationis vſuꝫ
obſeruandū cenſetur. Unde experiētia te
ſte. Vidimus q̄ hec obſeruant canes:cete
raqꝫ animalia vſu rationis carētia:q̄ vtiqꝫ
benefactorem ſuū intime ⁊ cordialiter dili
gunt. Sed hunc ordinem.⁊ ſi fides xp̄iana
cōiter obſeruat,tamē nō obſeruant.nec ob
ſeruare poſſunt ipſi Theucri ⁊ Saraceni
legē Mahometi obſeruantes. Qd̄ duplr
probo p̄rio rōne.ſcd̄o auctoritate. ¶ Prio
rōne ꝯtrarietatis ſic. Nā ph̄s.iiij. Meth.di
cit. Ad introductionē vni⁹ forme in vno ſu
biecto requirit expulſio ꝯtrarie forme. Et
rō ē ſm̄ eundē.io. Meth. Quia due forme
cōtrarie non pn̄t ſimul ſtare.ſicut nec ſani
tas nec vita.pōt ſimul ſtare cum infirmita
te ⁊ morte. Quo preſuppoſito certū ē:q̄ cū
lex Mahometi cōcedat.iij.vxores:ſiue con
cedat q̄ quiſqꝫ ponat amorē ſuum carnalē
in vxoribus. Et econtra q̄ talis amor car
nalis totaliter contrarius ē amori ſpiritua
li ipſius dei:ſeu celeſtiū bonorum: cōcludit
per ꝯn̄s.q̄ impoſſibile ē q̄ deū diligat toto
⁊ v̄o corde. ¶ Scd̄o hoc idē probatur au
ctoritate ſaluatoris. Mathe.vi.di. Nemo
poteſt duobus dominus ſeruire aut deo
aut mamone. Aut enim vnuꝫ diliget:⁊ alte
rum odio habebit. Ex qua ratione ⁊ aucto
ritate.patet: q̄ cum lex Mahometi ſeu
Saracenorum ordinet amorem ſuum in re

hꝰ carnalibꝰ. eꝫ ꝓ ꝙ lex xp̄iana ordinet hoieꝫ in amorem dei atqꝫ celeſtium bonoꝵ (pro vt ēt euangeliū hodiernum demonſtrat) cō̄cluditur ꝙ chriſtianorum fides vera eſt. illa vero falſa. Hic tamen facies exprobrationem (prout tibi placet) cōtra chriſtianos oppoſitum facientes. Hunc etiam ordinem dilectionis ad deum non obſeruat iudeorum fides: quod dupliciter probo. Primo ratione. Scđo auctoritate. ¶ Primo ꝓbo ratione obiectionis. Fundamentum rōnis ponit Tho. ſcđa ſecunde. q. v. ar. iiij. dicēs Spēs ⁊ perfectio cuiuſlibet habitus rerum pendet ex formali ratione obiecti: ⁊ ablata ſpecie: habitus nullatenꝰ remanet. Patet hec regula. Nam cū abſtinentia (inquantū eſt habitus infuſus) habeat carnis macerationē: ꝓpi deū pro obiecto: certum eſt: ꝙ ſi abſtinentia non hꝫ deum pro ſuo obiecto: iam nō erit habitus a deo infuſus: ſed ſimpliciter acquiſitꝰ. Quo preſuppoſito: certuꝫ eum ꝙ obiectum dilectionis eſt ſimpliciter deus. Deus aūt eſt ſimpliciter pater ⁊ filiꝰ ⁊. ſ. ſ. in vna eſſentia atqꝫ ſubſtātia. dicente Jo. p̄me. Jo. v. Tres ſunt: qui matrimoniū dant in celo pater ꝟbū ⁊. ſ. ſ. ⁊ hi tres vnū ſunt. Manifeſtū eſt aūt: ꝙ lex iudaica deordinat hominē ab amore filij di incarnati. Nec volunt diligere iudei Chriſtū di filiū: qui vtqꝫ deus eſt ⁊ homo. ergo per conſequēs remouent ab obiecto vere dilectiōis. ¶ Scđo hoc ꝓbo auctoritate ipſiꝰ filij dei di. Joan. xiiij. Qui nō diligit me: non diligit patrem meum. Ex quibus omnibꝰ concludit: ꝙ cum fides chriſtiana ſola vere ordinet hominē in deum ipſum ad dilectionē oppoſitum vero faciat lex. Judeorū ⁊ ſaracenorum: certū eſt propter hoc ꝙ ſola chriſtianorum fides vera eſt. ¶ Scđo ēt dico ꝙ lex chriſtiana ordinat hominem in deum ſuper omnem aliam legem quantum ad ꝑfectionem. Naꝫ omiſſo ꝙ lex euangelij ſeu chriſtiana ordinat homineꝫ in deum ꝑ obſeruationē preceptoruꝫ. (quia. Matth. xix. precipitur. Si vis ad vitā igredi ſerua mādata.) ordinat enim in deum per obſeruantiam conſilioruꝫ: que conſilia inter cetera: precipue ſunt tria. Quorum primū dicitur conſilium caſtitatis. Scđm dicitur cōſiliuꝫ contēptibilitatis. Tertium dicitur conſiliuꝫ renunciabilitatis. ¶ Primum conſiliū perfectionis ordinās homineꝫ in deum ſuper omnem aliam legem: dicitur conſiliuꝫ caſtitatis ſeu virginitatis. Nam dominus ꝑ ſimilitudineꝫ loquēs. Matth. 13. dicit. ꝙ quedam terra facit fructum trigeſimū: ꝑ quem intelligitur caſtitas vidualis. Quedam vero facit fructum centeſimum: per queꝫ intelligitur caſtitas virginalis. Ex qua ſimilitudine apparet. qualiter lex Chriſti ſeu euāgelij ordinet hominē in deum: per dupliceꝫ perfectioneꝫ caſtitatis. ſ. vidualis ⁊ virginalis qđ nulla alia lex facit. Et Matth. 22. hoc idē inſinuare voluit ſaluator: vbi dicit. Nō nubent: neqꝫ nubent: ſed erūt ſimiles angelis dei. in quibus. ſ. nō ē aliqs carnalis coitꝰ. Hanc duplicē caſtitatē perſuadet Apoſtolꝰ. Et p̄mo ꝺ caſtitate virginali dic. 1. Cori. vij. De virginibus aūt preceptum dn̄i non habeo. cōſiliū autem do: tanꝗ̄ miſericordiam cōſequutus a deo. Et ibidē ait. Alligatus es vxori: noli querere ſolutionē. Solutus es ab vxore: noli querere vxorem. h ille. Cum quo cōcordans Ambroſius. 32. q. 1. c. Integritas. inquid corporis expetēda a nobis eſt: quā ego pro conſilio ſuadeo: nō ꝓ imperio p̄cipio. Sola ē enim virginitas que ſuaderi pōt: imperari nō pōt. Res eſt magis voti ꝗ̄ precepti. Caſtitatē inſuper vidualē perſuadet. Idē apoſtolus. 1. Corin. vij. d. Dico nō nuptis ⁊ viduis: bonū eſt illis ſi ſic permaneant: ſicut ⁊ ego: ꝙ ſi ſe nō cōtinēt: nubāt. Melius eſt. n. nubere: ꝗ̄ vri. Et Hiero. in quadā epiſtola ait. Perfecte virtutis indicium eſt renunciare experte voluptati: fugere notas carnis illecebras: ⁊ carnis maritalis amplexus: ⁊ calentis adhuc etatis flammas fidei ardore extinguere. De obſeruatione huius caſtitatis vidualis cōmēdatur Judith. de qua Judith. xv. dicitur. Confortatū eſt cor tuū: eo ꝙ caſtitatem amaueris: ⁊ poſt virum tuum alterum neſcieris. Ideo eris benedicta in eternum. Hoc primum caſtitatis ⁊ perfectionis conſilium non tm̄ non obſeruant iudei: apud quos ſterilis vir ⁊ femina ex lege maledicuntur: nec etiam Saraceni qui tot vxores accipiunt quot paſcere poſſunt: ſed totaliter abijciunt: ⁊ tanꝗ̄ rem peſſimam ⁊ penitus adeo reprobatam, in oppoſitū ſic arguunt dicentes. Omne quod contrariatur precepto legis nature ⁊ diuine: eſt oīno illicitum: ⁊ a nullo obſeruandū. Sꝫ caſtitas virginalis ⁊ vidualis cōtrariat legi nature ⁊ diuine. Ergo ⁊c. Et ꝙ ſit contra legem nature patet. quia Ariſtoteles in libro de animalibus. ⁊ primo celi. ⁊. 2. de anima dicit. ꝙ natura appetit generationē indiuiduoꝝ ꝓpter conſeruationem ſuaruꝫ ſpecierū. Q ꝺ ſint etiam cōtra legē dei. patet. quia Geñ. i. dicitur. Creſcite. ⁊ multiplicamini. ⁊ replete terrā. Unde patet quemadmodū eſſet illicitum ſeruare legalia antique legis: ſic ē illicitū ſeruare caſtitatem virginaleꝫ ⁊ vidualem: cū ſit contra p̄dictaꝫ vtrāqꝫ legē. Quibus premiſſis concludunt: ꝙ talis caſtitas non tm̄ nō ordinat hominem in deū. ſꝫ magis deordinat. Quorū opinio: fides lex: atqꝫ ſententia: qm̄ falſiſſima eſt: ⁊ penitus ꝑfectioni contraria omnino eſt improbanda. Et ſic tripliciter probo ad p̄ſens: ꝙ talis caſtitas incōparabiliter eſt perfectior ⁊ laudabilior oi coitu matrimōiali. Primo auctibꝰ. Scđo rōnibus. Tertio diſtinctionibus. ¶ Primo ꝓbo auctibꝰ: ꝙ caſtitas ſeu ꝯtinētia virginalis ⁊ vidualis ē ꝑfectior omni coitu matrimoniali. Naꝫ Auguſtinus libro de virginitate ait. Certa rōne etiā ſanctaꝝ ſcripturarū auctoritate: nec peccatum eſſe nuptias inuenimus: nec earum bonū bono virginalis ⁊ vidualis cōtinentie equare preſumimus. Hec ille. Itē Damaſcenus libro iiij. ait. Quanto angelus homine ſuperior eſt per naturā: tanto virginitas eſt nuptijs honorabilior. Item Hieronymus in quadaꝫ epiſtola dicit. Tria precipue ſunt genera metallorum ferrum: argentum: ⁊ auruꝫ: Ferrum eſt caſtitas coniugalis. Argentum eſt viduitas. Aurū vero virginitas. Deniqꝫ idem Hieronymus ad Euſto. in ſermone ꝺ aſſumptione virgi. ait. Et bene angelus ad Mariam mittitur: qꝛ ſemper angelis eſt cognata virginitas: Profecto in carne p̄ter carnem viuere: nō terrena vita eſt ſed celeſtis. Unde in carne celeſtem gloriā accipe: maioris eſt meriti quam habere. Hec ille ¶ Scđo hoc idē probo quintuplici rōne. Primo rōne finalitatis. Scđo rōne conformitatis. Tertio rōne totalitatis. Quarto ratiōe difficultatis. Quinto rōne vnitatis. ¶ Primo probo continentiam virginaleꝫ ⁊ vidualem eſſe perfectiorem omni coitu matrimoniali ratione finalitatis. Fundamentū rationis ponit Phs. 2. phyſicorū ⁊ iij. Thopico. dicēs. Cuius finis melior: ipſꝫ quoqꝫ melius. Patet hec regula. Nam qꝛ per p̄dicationem anima ſanatur a peccatis que ſanitas eſt melior omni ſanitate corporali: quā quis acquirit per conſiliū medicorum. Ideo ꝓpter hoc conſilium p̄dicatoris eſt melius ⁊ perfectius omni conſilio medicorum. Quo preſuppoſito: certum eſt ſm phm. x. Ethicoꝝ. ꝙ cum duplex ſit vita. vꝫ actiua ⁊ cōtemplatiua: ⁊ ꝑfectior ſit ſm eūdem Phm ibidem vita cōtemplatiua ꝗ̄ actiua manifeſtum eſt ꝓpter hoc: ꝙ caſtitas virginalis ⁊ vidualis eſt ꝑfectior omni vſu matrimonij. Et rō eſt: quia hec caſtitas ordinat hominem ad finem vite cōtemplatiue. Econtra vero coitus matrimonialis ordinat ad bonū vite actiue: Quod confirmat Tho. ſcđa ſcđe. q. clij. arti. ij. in corpore qōnis di. Cum queritur. an caſtitas virginalis vel vidualis ſit vitioſa ⁊ illicita: rn̄deo: ꝙ in actibus humanis illud eſt vitioſum: quod eſt preter rationem rectam. Habet aūt hoc ratio recta: vt his que ſunt ad finem: vtatur aliquis ſm eam menſurā: que congruit fini. Eſt autem triplex hominis bonum: vt dicit primo Ethicorum. Unuꝫ qđ conſiſtit in exterioribus rebꝰ. puta diuitijs. Aliud quod conſiſtit in bonis corporis: tertium qđ conſiſtit in bonis anime: inter que etiam bona contemplatiue vite ſunt potiora bonis vite actiue: vt phs probat. x. Ethicorum. ⁊ dominus dicit Luc. x. Maria optimam partem elegit. Quorum bonoꝝ exteriora quidem ordinātur ad ea: que ſunt corporis. Ea vero que ſunt corporis: ad ea ꝗ̄ ſunt anime. Et vlterius ea que ſunt vite actiue: ad ea que ſunt vite cōtēplatiue. Pertinet ergo ad rectitudinē rationis: vt aliqs vtatur exterioribus bonis ſm eā menſurā: que competit corpori. Et ſimiliter de alijs. Unde ſi quis abſtineat ab aliquibus poſſidendis: que alias eſſet bonum poſſidere vt conſultat ſaluti corporali: vel etiam cōtemplationi veritatis: nō eſſet hoc vitioſum: ſꝫ ſm rationem rectaꝫ. Et ſimiliter ſi quis abſtineat a delectationibus corporalibus (vt liberius vacet cōtemplationi) pertinet hoc ad rectitudinem rationis. Ad hoc aūt pia virginitas ab omni delectatiōe venerea abſtinet: vt liberius diuine contemplationi va

et. Dicit enim Apoſtolus.i.corin.vij. Mulier innupta ⁊ virgo cogitat que dñi ſunt: vt ſit ſancta ⁊ corpore ⁊ ſpiritu. Que aũt nupta eſt: cogitat q̃ ſunt mũdi: ⁊ quõ placeat viro Unde relinquitur: ꝙ virginitas nõ eſt aliqd vitioſum: ſed potius laudabile. Hec Tho. verbaliter. ¶ Scdo hoc idem probo rõne cõformitatis. Fundamentum rõnis ponit. Auctor lib. de cauſis di. Tanto aliquid perfectius eſt: quanto hꝫ maiorem cõformitatẽ cum ſuo principio. Et phs.v. Metha. dicit. Melius eſt ſimpliciter quod ẽ primo ꝓximo principio ꝓpinquius. Patet hec regula. Nã vltimus chorus.ſ. Seraphin ꝑfectior ⁊ melior ceteris omnibus choris angelorum eſſe dr̃. ⁊ hoc: qꝛ habet plus de rõne perfectionis: q̃ eſſentialiter eſt caritas: qua ipẽ ẽ magis cõformis ipſi deo glorioſo. Similiter ſemen dicitur eſſe perfectius: quando ẽ magis in potentia fructificandi: ſicut eſt arbor: a qua egreſſum eſt. Quo ꝑſuppoſito: certum eſt: (vt habet Apoca.i.) ꝙ deus ẽ alpha.⁊.o.i. principium ⁊ finis humane creature. Cum igit̃ ſm Phm.xi. Metha. deus ſimpliciter ſit actus puriſſimus: ⁊ ab omni libidine alienus caſtitatis vero virginalis ⁊ vidualis eſt quedã virtus purior omni coitu mr̃imoniali: cõcludit̃ ex hoc. ꝙ talis ꝯtinẽtia non tñ nõ ẽ illicita: ſed oĩno licita ⁊ omnimo perfectione plena. ¶ Tertio hoc idẽ probo rõne totalitatis. Fundamentũ rõnis ponit. Cõmentator ſup.i. Phyſico ⁊ ẽt in lib. de ſubſtantia orbis di. Omne totũ ſimpliciter melius eſt omni ſua parte. Patet hec regula: Nam ſimul eccleſia ſeu domus dicit̃ eſſe perfectior: q̃ ſit ſimpliciter eius ꝑs (prout eſt fundamentũ). Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ triplex inuenitur pudicitia.ſ. maritalis: vidualis: ⁊ virginalis. Sed caſtitas virginalis ceteras duas excedit; quod ſic pꝫ. Naꝫ caſtitas cõiugalis ex hoc ſolo laudatur: ꝙ abſtinet ab illicitis voluptatibus. vnde nõ hꝫ aliquã excellentiam ſuper caſtitatem cõmunem. Continẽtia autem vidualis addit aliquid ſupra caſtitatem cõem tñ nõ peruenit ad illud: quod perfectum ẽ in materia caſtitatis.ſ. ad remotionem omnis veneree voluptatis: quam aliquãdo experta eſt. Sed ſola virginitas hoc facit. Nam ipſa velut quoddam datum optimuꝫ oẽm delectationeꝫ venere voluptatis ꝓpter deum

contẽpnit: vnde ſicut magnificẽtia reſpectu liberalitatis excellentiam hꝫ eo ꝙ magnificentia eſt circa magnos ſumptus liberalitas vero circa mediocres: ſic virginitas reſpectu matrimonij ꝑfectiorem excellentiaꝫ habet: eo ꝙ ꝓpter deum ab omni illicita: ⁊ etiam licita delectatione ſe abſtinet. matrimoniũ ꝓ ſimpliciter ſe abſtinet ab illicita ¶ Quarto hoc idem probo rõne difficultatis. Fundamentuꝫ rationis ponit Phs.ij. Ethicorũ dicens. Uirtus ſimpliciter ꝯſiſtit circa bonum ⁊ difficile. Quo preſuppoſito: certũ eſt quod vbi ẽ ſpecialior difficultas: ibi eſt ſpecialior rõ virtutis. Sꝫ manifeſtuꝫ eſt ꝙ in abſtinendo ab omni delectatione venerea: tam licita q̃ illicita eſt maior difficultas: q̃ in abſtinendo ſolũ ab omni delectatione venerea illicita. Cum igitur prima abſtinentia ſit per virginitateꝫ ⁊ viduitatẽ: ſecũda vero per caſtitatem cõiugalem: concluditur ꝙ caſtitas virginalis ⁊ vidualis eſt omnino perfectior omni caſtitate ⁊ coitu matrimoniali. ¶ Quinto inſuper hoc idem probo ratione vtilitatis. Fundamentuꝫ rationis ponit Auctor libro de cauſis dicens. Uirtus vnita fortior eſt ſeipſa diſpſa. Patet hec regula. Nam ignis hinc inde diſperſus: parũ calefacit. Ecõtra ſimul vnitus calefacit multũ. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ ꝑſona que vtitur matrimonio: diſpergit mentem in illa libidine: diſpergit amorẽ in virum atqꝫ filios ⁊ filias. econtra virgo cũ ſimpliciter habeat cor ad deum. Ideo fortiorem cãm habet diligendi deum: ⁊ per cõſequens perfectior: eſt omni matrimonio ꝓpter quod Hieronymus ad ſacras virgines ait. O felix virgo in cuius corde preter Chriſti amorem nullus alius verſat̃ amor. Et phs.ix. Ethicoꝝ dicit. Uera amicitia nõ eſt niſi ad vnũ ſimpl'r. Ex q̃bus rõnibꝰ pꝫ qualiter caſtitas virginalis ⁊ vidualis ꝑfectior eſt omni coitu matrimoniali. ¶ Tertõ poſtremo hoc idẽ ꝓbo diſtinctionibus. Et primo diſtinctiõe ſancti Tho. ſcda ſcde.q. clij. arti.iiij. dicentis. Cũ queritur an virginitas ſit excellentior matrimonio. reſpõdeo ꝙ ſicut patet in hoc Hieronymi contra Iouinianuꝫ. hic error fuit Iouiniani q poſuit virginitatem matrimonio nõ eſſe preferenda. Qui qdem error precipue deſtruitur ex exemplo Chriſti: qui ⁊ matrẽ virginẽ elegit

⁊ ipſe virginitatẽ ſeruauit. Et ex doctrina Apl'i. qui prime Corin.vij. virginitatẽ conſuluit tanquã melius bonũ. Et etiã patet rõne: tũ qꝛ bonũ diuinũ eſt potius bono humano: tũ qꝛ bonũ aĩe prefertur bono corporis. tum ẽt qꝛ bonũ actiue ordinatur ad bonũ aĩe ſm vitã cõtẽplatiuã. quod ẽ cogitare que ſunt dei. Coniugiũ autẽ ordinatur ad bonũ corꝑale. quod ẽ multiplicatio generis humani: ⁊ pertinet ad vitam actiuam qꝛ vir ⁊ mulier in matrimonio viuentes neceſſe habẽt cogitare que ſunt mundi (vt patet per Aplm prime Corin.vij.) Unde et his indubitanter virginitas preferenda ẽ omni continentie cõiugali. Hec Tho. verbaliter. Alia diſtinctio ẽ Ricar. in.iiij. di. xxxiiij. ar. iiij. queſt.ij. dicentis. Cũ querit̃: an caſtitas virginalis ſit excellentior ⁊ perfectior: ⁊ maioris meriti q̃ caſtitas coniugalis. rñdeo ſimpliciter ⁊ cõcedo: ꝙ habitus virginitatꝭ maioris ẽ meriti q̃ habitus continentie cõiugalis: qꝛ habitus virginitatis ẽ habitus caſtitatis ꝑfectꝰ. habitus caſtitatis cõiugalis ẽ habitus caſtitatis imperfectus Semꝑ ãt maioris ẽ meriti virtus perfecta q̃ imperfecta. Status autẽ ab oĩ venerea delectatione abſtinentium. ⁊ ſtatus cõiugatoꝝ referri pñt ad idẽ tẽpus vel ad diuerſa tꝑa: Si primo mõ: aut ad tẽpus legis ſcripte ⁊ ſic maioris meriti fuit ſtatꝰ ꝯiugatoꝝ q̃ ab oĩ venerea dlectatõe abſtinẽtiũ. vñ ſtatꝰ cõiugatorũ ꝑcipiebatur: ⁊ aliꝰ prohibebatur ꝓpter multiplicationem fideliũ. In tẽpore aũt legis euangelice. qꝛ ẽ tẽpus multiplicationis fideliũ per generationẽ ſpiritualem. maioris ẽ meriti ſtatus abſtinentiũ q̃ ſtatus coniugatoꝝ. Si autẽ predicti duo ſtatus referant̃ ad diuerſa tꝑa. vt ſtatus cõiugatorum ad tẽpus legis ſcripte ⁊ ſtatꝰ continentium ab omni venerea delectatiõe ad tẽpus legis euangelice. ſic quolibet ſtatu cõſiderato in ſuo optimo. vnus alteri nõ prefertur. Unde Augu. in libro de bono coniugali. dicit. Non ẽ impar meritũ continentiũ in Ioanne: qui nullas expertus ẽ nuptias. ⁊ in Abraam qui filios genuit. Hec Ricar. verbaliter. Ex predictis igitur auctoribus: rõnibus ⁊ diſtinctionibꝰ patet: ꝙ xp̃iana fides concedat duplicẽ caſtitatẽ virginalem ⁊ vidualem: tanquã rẽ prout ẽ maxime ꝑfectionis. ecõtra autẽ lex iudaica ⁊ mathematica

illam abijciat tanq̃ venenũ mortiferũ Concluditur per conſequens ꝙ xp̃iana fides oĩ alia fide melior ẽ ſanctior atqꝫ ꝑfectior. Hic ſi placet: obſecra oẽs ciues vt in tota quadrageſima coitu abſtineant ꝑꝑ deum. ¶ Secũdũ ẽt conſiliũ perfectionis legis xp̃iane ordinãs hominẽ in deum ſuper oẽm aliã legẽ dĩ cõſiliũ contẽptibilitatis. Nã Math.xix. Cũ quidã iuuenis interrogaſſet dñm ieſum: quid faciendo vitã eternã poſſidebo. rñdit ei. Si vis ad vitã ingredi: ſerua mandata. Cũ ãt ille dixiſſet. Hec oĩa ſeruaui a iuuẽtute mea: dixit ei dñs. Si vis perfectus eẽ: vade ⁊ vende oĩa que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſauꝝ magnũ in celo: ⁊ veni ſequere me. Ubi oſtẽditur ꝙ contẽptus rerũ tꝑaliũ ſeu parẽtũ: ⁊ huiuſmodi. ẽ actꝰ maxime perfectionis: quam perfectionem ſeruauerunt ſcũs Franciſcus: ſcũs Auguſtinus ⁊ in hodiernũ diẽ ẽt ſeruant viri religioſi. Quẽ ꝑfectiõis actũ non obſeruat lex iudaica ⁊ Mathematica. Concluditur igitur per cõſequẽs ꝙ xp̃ianorum fides eſt verior: ſanctior atqꝫ perfectior omni alia fide. Et non ſolũ inducit ad renunciandũ actualiter ꝑdicta. ſed inſuꝑ oĩbus predicta actualiter poſſidentibꝰ. vt oẽꝫ amorẽ inordinatũ ab eis terrenis rebꝰ amoueat. dicẽte Lu.xiiij. Niſi quis renũciauerit omnibꝰ que poſſidet.ſ. corde: nõ põt eẽ meꝰ diſcipulus. ¶ Tertiũ ꝯſiliũ ꝑfectiõis legis xp̃iane ordinans homineꝫ in deũ ſuꝑ oẽm aliam legem: dicit̃ ꝯſiliũ renunciabilitatis: ſeu renũciationis ꝓprie libertatis: licet.n. in hac vita nihil ſit carius ꝓpria libertate. dicente Eſopo: Nõ bene ꝓ toto libertas venditur auro: Hoc celeſte bonuꝫ preterit orbis opes: tamen lex xp̃i ſuadet vendere oẽm libertatẽ ꝓprie voluntatis propter deũ. Qui vtiqꝫ eſt actus maioris perfectionis incõꝑabiliter: q̃ ſit actus ſiue ꝯtemptus oĩum reꝝ temꝑaliũ. ⁊ q̃ntũ anima excedit omnia temꝑalia bona: tñ iſte actꝰ ẽ nobilior illis. hũc ꝑfectionis actũ inſinuat dñs Matth.xvi. dicẽs. Qui vult venir̃ poſt me: abneget ſemetipſum. Cũ ãt hunc actuꝫ obſeruet (vt ſimul tis patet) lex xp̃iana: ecõtra alie non obſeruent. ſeq̃tur: ꝙ xp̃iana fides omni alia ꝑfectior eſt. Ex premiſſis patet ẽt qualiter xp̃iana lex ordinat hominẽ in deũ ſuꝑ oẽm aliã legem: q̃ntum ad ꝑfectioneꝫ. ¶ Tertio inſuꝑ

dico:ꝙ fides xp̄iana ordinat hominē in deum ſuper omnē aliā fidē quantū ad remotionem.ſ.omnis erroris. Sententia ē Phi iij. de aīa.ꝙ vnū contrariū cognoſcitur ꝑ reliquū. Patet.ga dulce cognoſcit̃ ꝑ amarum.⁊ album per nigrū:⁊ econuerſo. A ſimili ergo dico:ꝙ per inhoneſtatē ſiue per errorem alicuius fidei cognoſcet̃ clare veritas alterꝰ fidei:quia modo certū ē(vt patebit)ꝙ inhoneſtas ſiue maximꝰ error aliarū ſectaꝝ clare dmōſtrāt xp̄ianoꝝ fidē veriſſimā eē. Quinqȝ aūt ſunt precipue ſecte: propter earum inhoneſtatem:fidem xp̄ianorum veram eſſe demonſtrantes. Quarum.

¶ Prima dicit̃ ſecta Paganorum.

¶ Secunda dicit̃ ſecta Philoſophorum.

¶ Tertia dicit̃ ſecta Saracenorum.

¶ Quarta dicit̃ ſecta Judeorum.

¶ Quinta dicit̃ ſecta ſimul plurimorum.

¶ Prima igit̃ ſecta fidem xp̄ianoꝝ veraȝ eſſe demonſtrans propter ſuam inhoneſtatem. dicit̃ ſecta paganorum. Certū eſt enim:ꝙ antiquitus pagani adorabant:⁊ etiaȝ(vt fertur adhuc)alique nunc adorāt idola vana ⁊ colunt:eiſdē ſacrificia offerunt.q̄ vtiqȝ idola ſunt opera manuū:nullū ſenſuȝ habētia.in quibus nihil eſt numinis. de quibus propheta ait. Simulacra gentiū:argentū ⁊ aurū.opera manuū hominū. Os habent ⁊ nō loquētur:oculos habent ⁊ non videbūt Aures habent ⁊ non audiēt.nares habēt ⁊ non odo. Manꝰ ha.⁊ non pal.pedes habēt ⁊ non am.⁊ nō clama.in gut.ſuo. Quid.n. hac fide demētius: Quid hac cultura peiꝰ: Quid de h errore irrōnabiliꝰ: O īſania peſſima. O demētia iniqua. O cecitas ꝯſumata. O paganorum idola modo deum colentiū. Hāc inhoneſtatē reprobauerūt omnes philoſophi firmiſſimis ⁊ naturalibꝰ rationibꝰ. Hāc etiā fidē reprobauit Socrates maximus phs athenienſ(vt ſuperius eſt pretactuȝ)qui cū apollinē colere nollet:⁊ vltra h alios colere prohiberet. ab ipſis athenienſibus.vt recitat Valerꝰ maximꝰ li.vij.veneno interemptus ē. Hanc deniqȝ fidem nedū:etſi omnis xp̄iana lex reprobet.tamen virgo illa ſāctiſſima Katherina Coſti regis filia:oīuȝ mulierū ſpecioſiſſima.ſumme reprobauit in preſentia Maxentij imꝑatoris:⁊ infinitoruȝ q̄ſi paganoꝝ idolis ſacrificantiū:que cōtra ipſum Maxentiuȝ imperatorē in ſalia ꝓba ꝓpupit(vt in eius legenda ad litterā dicit̃). O imperator quare incaſſum congregaſti hanc multitudinē ad colendā ſtulticiā atqȝ errorē idoloꝝ. Miraris hoc tēplū manu artificis operatū.miraris precioſa ornamēta ⁊ vario opere cūpleta.que velut puluis ante faciem venti erunt.mirare potius celum ⁊ terram:mare ⁊ oia que in eis ſunt. Mirare ornamēta celi:ſolē vȝ ⁊ lunam:⁊ ſtellas. Mirare famulatū eorū q̄liter a mundi initio vſqȝ ad finē die noctuqȝ ad orientē currunt ⁊ redeūt:⁊ nunq̄ fatigantur: Et dum hec animaduerteris.interroga ⁊ diſce quis horū omniū ſit potentior. Cū autē illū ipſo donante intellexeris:nec ſimilē illi inuenire valueris:ipſum adora.ipſuȝ glorifica.illi famulatū p̄be.q.hēt ꝑtatē:corpus ⁊ aiām ꝑdere in gehennā. Ipſe.n.deus deoꝝ ⁊ dn̄s dn̄antiū ē. Hec ibi verbaliter. Quid vltra dicā de maxima dementia paganoꝝ: Certe aliquid dicā. Nā ad tantam demētiam deducti erant.ꝙ nō tm̄ idola colebant.in qbꝰ demōes habitabāt.⁊ in eis reſpōſa dabāt: ſed vltra hoc eis filios ꝓprios immolabāt. dicente propheta. Immolabant filios ſuos ⁊ filias ſuas demonijs. O nephandiſſima cultura. O fides diabolica. O lex oino deteſtanda. Hoc idē confirmat Nico.de lira. ſuper predicta verba dicens.ꝙ pagani ponebant filios ſuos viuos paruulos ⁊ filias in brachijs idolorum.que erant de metallo:⁊ in cōcauo idolorū ponebant ignē: qui ſtatim filios viuos cōſumebāt. Et ne parētes audirent fletū: ⁊ clamores ſuorū filiorū.⁊ ex hoc forte peniteret ceteros paganos: cū timpanis:choris ⁊ organis:⁊ huiuſmodi inſtrumētis fortiſſime perſonabāt. Ex quibus cōcluditur.ꝙ cū fides xp̄iana realr ⁊ vere deū verū adoret.ꝯtra pagani idola:ſequit̃ ꝙ talis inhoneſtas arguit xp̄ianorum fidē eē veriſſimam. ¶ Secūda inſuper ſecta ꝓp ſuā inhoneſtatē:fidē xp̄ianorū verā eē demōſtrās.dicitur ſecta phorū. Certum ē enim.ꝙ nō tm̄ paganorum lex:ſed ⁊ philoſophorū doctrina ⁊ vita.multa vana ⁊ irrationabilia continet. Manifeſtū ē.n. oibꝰ ſententias philoſophorū legentibus.ꝙ honeſtior ⁊ moralior policialiter oēs phos.fuit policia Ariſt. Que etſi in pluribus ſit honeſta ⁊ moralis.in pluribus tamen eſt inhoneſtiſſima ⁊ irrationalis. Nam ſiquis legit in ſcđo Politicoꝝ.dicit ibi multa inhoneſta: ⁊ p̄cipue tria. Primū inhoneſtuȝ eſt:quo dicit.ꝙ expedit ad tēperantiā coitū facere ſenioribus.qđ vtiqȝ a xp̄iana fide. Eccleſiaſt.xxv.reprobatuȝ eſt.vbi dr̃. Tres ſpēs odiuit anima mea. Senē fatuū.i.luxurioſum. Et rō eſt.quia cū ſit frigidus:nihil eſt ꝙ habeat ipm ad hoc inclinare. Unde Tulius libro đ ſenectute dicit.ꝙ libido magis eſt adoleſcētiū.q̄ ſenum.non tn̄ oium adoleſcentiū:qꝛ nō ꝓborum. Ibi eni vocat ſenes luxurioſos fatuos. Secundū inhoneſtum imo inhoneſtiſſimū.qđ dicit eſt nullū orbatū debere nutriri.quod nō tm̄ reprobat̃ a xp̄iana fide.ſed etiā ex dictis eius. Nam ipſe dicit ſcđo Ethi.ꝙ ex his q̄ habemus a natura nec laudamur:nec vituꝑamur. Ergo ꝯñr ꝯcludit̃.ꝙ nec ēt ex his puniri debemꝰ. Si igit̃ ille naturalr orbatus ē. ⁊ ſterilis.⁊ de hoc maxime dolet:nec nullo modo pōt ſibi inuenire remediū.quare nō eſt nutriendus dictamine. ergo recte rōnis patet hoc oino fore iniuſtū. Tertiū inhoneſtiſſimū ē ⁊ horrendū. Si qs inquit genuerit filios.vltra diuitiaꝝ ſufficientiā:anteq̄ ſentiat vita fiat aborſus. O Ariſt. vbi ē ſcientia tua O Ariſto.vbi ē ſapientia tua. O Ari.ſtulte. vbi eſt prudentia tua. Quid eniȝ dicis: Nōne ſcđo de anima tu ipſe dixiſti.ꝙ opꝰ generaliſſimū totius nature ē generare ſibi ſimile i ſpecie: Quo preſuppoſito:ſi hoc qđ dicis fieret:nōne fruſtraretur intētio totius nature: Ideo O Ariſtoteles audi Paulū te ſapientiorem. Ad Romanꝰ.tertio dicēteȝ. Nunq̄ ſunt faciēda mala:vt veniat bona. Ex qua regula. O medice imo diligentius caue:ne vnq̄ ꝑſuadeas alicui egroto aliqđ quod ſit peccatū.ſequens in hoc Ariſtotelē: aut Auice.nā: aut Galienū.quia incides in ſententiam excōicationis. que nō datur niſi mediāte mortali culpa. Habet̃ iſta veritas extra de pe.⁊ re.ca. Cum infirmitas. Ex premiſſis omnibus cōcludo.ꝙ ſi moralior.ſanctior.honeſtiorqȝ fuit Ariſtotelis politia ſuper omnes alias.⁊ tn̄ tam inhoneſta contineat:ſequitur:ꝙ omnes politie:ſeu ſentētie moraliū philoſophoꝝ.etſi nō in toto:tn̄ in ꝑte inhoneſte ſunt. Ex quibus inhoneſtatibus arguitur expreſſe veritas fidei xp̄iane: que nullam in ſe ꝯtinet predictarū inhoneſtatū. ¶ Tertia ſecta propter ſuam inhoneſtatem demonſtrans fidem xp̄ianorum eſſe veram.dicitur ſecta Saracenorū: ſeu Turchorū. Quid hic diceremus de Saracenis ⁊ Turchis ſectatoribꝰ ipſius viliſſimi porci Mahometi.omni inhoneſtate pleniſſima precipue cum pro vltima beatitudine.eis ꝓmittat:quod porcis.aſinis.ceteriſqȝ beſtijs omnino conuenit.videlicet coitum:ciborū: ⁊ deliciarum vſum:⁊ huiuſmodi. Que vtiqȝ Mahometus eis in futura vita promiſit. O ſozzo porcho. O canis viliſſime. O inimice omnis pudicicie ⁊ caſtitatis:qui ēt duodecim vxores concedit. contra te clamat.imo cōtra tuam impudicitiam ⁊ inhoſtateȝ:tota lex chriſtiana:⁊ catholica fides. Immo contra te clamat. Auicena:q de tua iniquiſſima ſecta fuit.qui aperte nono Metaphi.ſuc.has omnes promiſſiones tuas ⁊ remunerationes reſpiciens: ⁊ alium finem ꝑfectiorem ponens.magis rationali creature conuenientem dicit. Lex noſtra quā Mahometus dedit.oſtendit ꝑfectionem felicitatis ⁊ miſerie:que ſunt ſ̄ȝ corpus. Sȝ alia eſt promiſſio que ſoluȝ apprehēditur intellectu. Et addit. Sapiētibus multo magis fuit cupiditas:ad oſtendēdum animarū felicitatem q̄ corporum:que q̄uis darent eis. nō tamen attendunt nec appreciat: ſunt eā comparatione felicitatis: que eſt cōiunctio prime veritatis. Hec ille. Cōcordat Auicena cū domino Jeſu Joan.decimoſeptimo. Hec eſt vita eterna.⁊c. Sed etiā ab Ariſtotele hec opinio Maometi improbatur p̄io Ethicorum. Nam cū felicitas ſit bonū optimū(⁊ ſm eundem ſecūdo de anima: inter obiectum ⁊ potentiaȝ requiratur ꝓportio) ſequitur ꝙ noſtrum optimum debet queri: Optimum autem noſtrū ē anima. Ergo in bonis anime:⁊ nō in bonis corporis ponēda ē felicitas. Ex ꝓmiſſis omnibus ēt ꝯcludo:ꝙ fides ſeu lex Saracenoꝝ ⁊ Turchorū:ſeu Maometi ſit inhoneſta.econtra lex ⁊ chriſtiana fides.talia inhoneſta abijciat ⁊ impugnet.ſequitur ꝙ xp̄ianorum fides ⁊ lex ē veriſſima. ¶ Quarta ſecta ꝓpter ſuā inhoneſtatem demonſtrans fidem xp̄ianorum eſſe veram. dicitur ſecta Judeorum. Ecce ꝙ Judei inſenſati: ⁊ rudes nouum teſtamentum condemnāt:quod vtiqȝ totū in veteri teſtamento eis promittitur.vt oſtēdit Apoſtolus ad Hebreos.ij. Oſtendens

quõ ⁊ ꝙ̃ inſipide ſint oẽs cerimonie: vt eo
rū͂ prophete oſtendūt, ſine xp̃o. Cõtra quos
lʒ melius infra declarabit̃: eorum prop hete
oſtendunt xp̃m aducuiſſe. Naʒ Gen̄. xlix. di
xit Jacob. Non auferet̃. ſceptrū͂ de Juda.
⁊ dux de femore eius. ⁊c̃. Et Dan̄. ix. dicit̃.
Cū͂ venerit ſanct⁹ ſanctoꝝ. ⁊c. Si igit̃ xp̃s
venit: ⁊ ab ipſo nouū͂ teſtamentū͂ eſt ꝓmul
gatū͂ ergo tanꝙ̃ auctẽtic͂ū eſt acceptandū͂.
ergo q̄ nõ acceptant fallunt̃: ⁊ decipiū͂tur.
Sed vltra hoc tenẽt iudei: ⁊ iudaica lex: ꝙ
nullatenus humana aia deū͂ videre poteſt.
Sed ſolū͂ hoc modo aia poſt mortẽ beatifi
catur: quia hʒ oẽs delectatõnes quas vult:
ſicut antiquitus in deſerto ſumebãt mãna.
qđ in ſe habebat omne delectamentuʒ. vñ
Sap̃. xvi. dicit̃. Panem de celo p̃ſtitiſti eis
omne delectamentū͂ in ſe habentẽ. Duʒ igi
tur (vt patet) gens Judeorū͂ ſperat ſolam
affluentiã tp̃alium bonorum a deo: ⁊ gens
Mahometi ſolas delitias corporales: ꝙ̃tuʒ
ex ꝓmiſſione legis coꝝ cõcludit vtraqʒ eoꝝ
ſpes ſeu opinio: eos inuanū͂ accepiſſe aias
ſuas. cū͂ eorū͂ felicitas ſimpliciter ſit bruta
lis. Quod vtiqʒ falſum eſt: cū͂ anima inuiſi
bilis: bonis inuiſibilibus remuneranda ſit:
nec natura rõnalis bonis inferiorib⁹ felici
tari põt. Undẽ (ex quo hãc opinionẽ tenẽt)
ſequit̃ ꝙ ipſi ſunt mirabiliores ipſis reb⁹:
q̄bus ſe ſubdunt. Unde Augu. Quiſq̄s in
quit qđ ſeipſo deterius ẽ ſequit̃: fiet eo ipſe
deterior. Cõtra quos nõ tm̃ clamat xp̃iana
fides. ſʒ ẽt rõnalis. Certū͂ ẽ. n. ſm̃ Phm̃. ij.
de anima. ꝙ potẽtia nõ ꝑficitur niſi a ſuo
obiecto. Cū͂ igit̃ deus ſit obiectū͂ ipſius aie:
ergo nõ poterit beatificari niſi in viſione ip
ſius dei. Et ꝯfirmat̃ iſta ratio. Nã certū͂ eſt
ſm̃ eundẽ phm̃. iij. de anima. ꝙ deus nihil
facit fruſtra. Quo p̃ſuppoſito certuʒ eſt. ꝙ
anima ſūme deſiderat deum videre: ⁊ in eo
beatificari. ergo neceſſe ẽ animã beatifican
dã videre deū͂. Ex p̃miſſis ẽt cõcludo. ꝙ cū͂
lex iudeoꝝ contineat in ſe res inhoneſtas. ⁊
ipſi deo ꝯtrarias. econtra lex xp̃ianoꝝ tene
at oppoſitū͂. certum eſt: ꝙ lex xp̃ianorum ve
riſſima ẽ: Judeoꝝ ꝟo lex falſiſſima: ¶ Qui
ta ſecta ꝓpter ſuã inhoneſtatẽ demõſtrãs
fidem xp̃ianorū͂ eſſe veraʒ: dicit̃ ſecta ſimul
plurimorū͂. vltra enim p̃dictas ſectas: quaſi
ſunt innumerabiles: alie diuerſoruʒ hereti
corum ſeu infideliū͂; qui omnes inhoneſta

ſentiunt diuerſimode de ipſo deo. Nam q̄
dam detrahunt ꝑfectioni dei: que cõſiſtit in
tribus ꝑſonis. ⁊ vna ſubſtantia ⁊ eſſentia.
Quidã detrahunt eius omnipotentie: ſicut
quidã philoſophi. qui dicunt deum non po
tuiſſe creare mundū͂ ⁊ creaturas ex nihilo.
ſed tm̃ preſuppoſita aliqua materia. Pro
pter qđ phs prio Phiſicoꝝ. dicit. Scđm
oẽs philoſophantes: ex nihilo nihil fit. Si
militer alij detrahunt ẽt eius omnipotẽtie:
dum negãt generalẽ reſurrectionẽ mortuo
rum fieri poſſe. Alij detrahũt eius ſapiẽtie.
dum dicunt deū͂ nõ p̃uidere ꝯtingẽtia. Alij
detrahũt eius iuſticie. dum dicunt deū͂ non
puniri peccata: vel nõ eſſe penã inferni. vel
ſalteʒ eternaliter punire. ſed tãdem omnes
ſaluare. Alij detrahunt eius miſericordie. ſi
cut qui dicū͂t animas poſt lapſum peccato
rū͂ nullaten⁹ poſſe inuenire miſericordiam
apud deū͂. Alij negant liberalitatẽ dei. dum
dicunt deū͂ nõ eſſe remuneratoreʒ delicto
rum ſuoꝝ poſt mortẽ. Alij negant diuinam
ꝓuidentiã: ſeu gratuita dei beneficia. ſicut
qui tribuunt bona q̃ habẽt in mū͂do fato:
ſtellis fortune. ꝓprie induſtrie: ſeu cuidam
nature. Uñ dicunt herbas. plantas. frugẽ.
⁊ ſimilia non a deo creata. ſed terrã hec oia
ꝓducere ex ſe. Alij deniqʒ negant diuinaʒ
charitatẽ. dum aſſerunt deū͂ nõ eẽ incarna
tuʒ pro ſalute mundi: nec oino ei fore hoc
poſſibile. Ex p̃miſſis patet error ⁊ inhone
ſtas oium aliarū͂ ſectaꝝ: que cum ſint plene
oi errore falſitate ⁊ inhoneſtate: ⁊ prorſus
remote ab omni vero cultu diuino ⁊ verita
te: arguū͂t falſitateʒ ſuã: ⁊ ꝯfirmant xp̃iano
rum fidẽ eſſe veriſſimã: que dupliciter vera
ſup omnes eſſe videt̃. Primo q: xp̃iana fi
des nihil in ſe ꝯtinet: qđ ſit turpe: falſuʒ ⁊
inhoneſtū͂. Quod ſic patet. Nam diſcurre
Gen̄. Exođ. Leuticū͂: Euãgelia. ⁊ oẽs alios
libros xp̃iane fidei: ſeu ſcripture ſacre. Nū͂
quid in eis aliq̄d: vel minimū͂: vel inhone
ſtum reperies: Certe nõ: O Auguſt. Tu q̄
totã legiſti ſcripturã ſacram: quid dicis de
ea: Audi i fine ſcđi libri đ ciui. dei. c. xxviij.
Nihil enim eis turpe ac flagitioſuʒ ſpectã
dū͂. imitandū͂qʒ ꝓponitur: vbi veri dei aut
p̃cepta inſinuãtur: aut miracula narrantur:
aut dona laudant̃: aut beneficia poſtulant̃
hec ille. ¶ Secū͂do inſup fides xp̃iana ſup
omnes vera apparet: q: in ſe cõtinet ⁊ con

plectitur oẽ illud qđ concernit honorẽ lau
dem ⁊ gloriam dei: quod ſic patet. Nã xp̃ia
na fides: deuʒ ſolum adorat: eiqʒ ſoli famu
latur. Unde ſola chriſtiana fides idolatria
de hoc ſeculo fugauit: que tamen ab initio
legis vſqʒ ad Chriſtum nõ ſoluʒ in populo
Paganorum. Sed nec in populo iudeorū͂
potuit aliquo mõ excludi. Sola iſup xp̃ia
na fides: deū͂ magnificat: dum ſola deum
trinum ⁊ vnum adorat. Fides inſup chri
ſtiana tenet animas fore imortales: qđ vti
qʒ credere non tm̃ ẽ neceſſarium: nec malū͂
Jmmo maxima eſt confeſſio diuine laudis
⁊ bonitatis. Fides inſuper xp̃iana cõmen
dat ſapiẽtiam dei: dum etiam omnia futu
ra ⁊ contingentia deum conſpicere fatetur.
Fides etiam xp̃iana cõmendat diuinam iu
ſtitiam: dum fatetur ⁊ credit ꝙ ne dū͂ pec
cata venialia etiam minima punit. Sed vl
tra hoc credit ꝙ pro qualibet mortali cul
pa: de⁹ irremediabiliter, eternã penã ĩpẽdit
Fides inſuper xp̃iana cõmendat miſericor
diam dei: dum etiam poſt lapſum inumera
bilium peccatorum: per penitentie ſacramẽ
tum credit peccatores a deo recipi ad veni
am ꝑ gratiam. Fides inſuper xp̃iana cõfi
tetur liberalitatem dei: dum credit deuʒ eẽ
poſt mortem remuneratorem ſuorum deli
ctorum filiorum. Fides inſuper xp̃iana cõ
mendat gratuita dei beneficia: dum frugeʒ
herbas: plantas: ⁊ ſimilia confitetur a deo
ꝓcedere non ſimpliciter a terra: a caſu: ſtel
lis: fortuna: ⁊ huiuſmodi. Fides inſup xp̃ia
na plurimū͂ cõmendat bonitatem ⁊ carita
tem dei que etiã propter nos peccatores fi
lio proprio non pepercit. dicente Apoſtolo
ad Rom̄. viij. Proprio filio ſuo nõ pep̃cit
deus: ſed pro nobis oibus tradidit illum.
Hoc. n. redẽptionis beneficiū͂ maior ẽ ignis
ad accendendū͂ cor nr̃m: ꝙ̃ ſimul eẽt totus
mundus: ad accendendum idem cor nr̃m.
Propter quod Luc̃. xii. Ipſe dei filius di
cebat. Jgnem veni mittere in terrã. i. ĩ cor
da terrena: ⁊ q̄d volo: niſi vt ardeatur: Et
ꝙ nihil fuerit efficatius ſic ad accẽdẽdum
corda nr̃a in diuinū͂ amorẽ: ꝙ̃ imolatio filij
dei. pʒ q: Jo. xv. dĩ. Maiorẽ caritatẽ nemo
hʒ ⁊c̃. Ex premiſſis omnibus concluditur:
ꝙ cum fides chriſtianorū͂ ordinet homineʒ
in deum quantum ad dilectionẽm: quãtum
ad perfectionem: ⁊ quantum ad excluſionẽ

omnis inhoneſtatis ⁊ erroris: qđ vtiqʒ nul
la alia lex ſeu fides facit. ꝙ xp̃ianoꝝ fides
ſimpliciter vera eſt: ⁊ per conſequẽs ab oi
bus imitanda. dicente Augu. lib: de fide ad
Petrum. Prudentium inquit ⁊ fidelium
virorum eſt: examinare que ſit fides purior
maieſtate dei dignior: quã cū͂ inuenerit: illi
ſe debet omnino ſubmittere.

¶ De ſo ordine quo ſola fides xp̃iana or
dinat hominem in finem eterne felicitatis.

S[1]Ecundus ordo: quo fides xp̃iana
ſuper oẽm aliam fidem ordinat
hoiem in finem eterne felicitatis:
dĩ ordo proximalis. Nam fides chriſtiana
non tm̃ (vt pretactum eſt) ordinat homineʒ
in deum: ſed etiam ſuper omnem aliã fideʒ
⁊ legẽ ordinat hominem ad ꝓximū͂ ſuum
hoc tripliciter probo. Primo quantum ad
generalem dilectionem. Scđo quantū͂ ad
liberalem cõicationem. Tertio quantū͂ ad
ſpecialem diſpoſitionẽ. ¶ Primo dico: ꝙ
chriſtiana lex ordinat hoiem ad proximum
ſuum quantum ad generalẽ omnium dile
ctionẽm. vʒ. amicoꝝ ⁊ inimicoꝝ. Prio ami
coꝝ. Nam deutero. vi. Matth. xx. p̃cipitur.
Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et
Matth. v. ẽt precipit. Diliges amicum tuū͂:
¶ Scđo in lege chriſtianorum precipit̃ ẽt
dilectio inimicorum. Nam amor chriſtiano
rum: vt ſit verus ⁊ perfectus: non tm̃ ſe extẽ
dit ad omnes amicos: ſed etiaʒ ad oẽs ini
micos. Et ideo Matth. v. ſaluator precipit:
Diligite inimicos veſtros ⁊c̃. Quo p̃cepto
tenetur q̄ſqʒ chriſtianus non tm̃ diliger̃ ini
micos xp̃ianos: ſed ẽt ꝙ̃tum ad naturam ⁊
gr̃am: non quãtū͂ ad culpam: oẽs Judeos
Turchos: Saracenos: Mauros: Pagãos
⁊ huiuſmodi: quẽ ordinẽ generalẽ dilectõis
nequaꝙ̃ obſeruant iudei. Nam licet Mat.
v. dicatur. Diliges amicū͂ tuū͂: ⁊ odio hẽbis
inimicū͂ tuū͂: nequaꝙ̃ ſm̃ Nico. de lira. de⁹
precipit: odio habebis inimicum tuū͂: ſʒ ipſi
iudei illud ſuperpoſuerū͂t a capite ſuo. Uñ
arguū͂t ſic. Certum eſt (vt hĩ. z. Thopi.) ꝙ in
cõtrarijs tenet cõſequẽtia in ſeipſis: vt ſic.
Si diligendus eſt amicus: ergo odiendus ẽ
inimicus. Jſtud ſequit̃ per locum a ꝯtrarijs
Ex hoc igit̃ arguū͂t chriſtianos eẽ inimicos
⁊ ideo odiū͂t eos. Jdem dico de alijs ſectis
Cū͂ igitur (vt patet) lex chriſtiana non tãtū͂
ad amicos: ſed etiaʒ ad omnes inimicos ſe

ertēdat per dilectionē ⁊ caritatē: alie vero ſecte nō: ſequitur: ꝙ chriſtianoꝝ lex verior eſt omni alia lege ⁊ fide. ¶ Scdo ēt dico ꝙ chriſtiana lex ⁊ fides ſuper omnem aliam legem ordinat hominez ad primū ſuū: quātum ad liberalem cōmunicationem. Unde lex xp̄iana: non tm̄ iubet amicos ⁊ inimicos diligere affectu: ſed etiam effectu ⁊ operatione: dum neceſſitas incūbit. Et primo de amicis dī. i. Joan. 3. Filioli non diligamus lingua tm̄ neqȝ verbo. ſ. amicos: ſed opere: ⁊ veritate. Et ille Jo. iiij. dicit. Si quis habuerit ſubſtantiam huius mundi: ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere: ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quō caritas dei manet i illo? Et Deutero. xv. dī. Si vnus de fratribus tuis: qui moratur inter portas ciuitatis tue: in terra quā dñs deus daturus eſt tibi: ad paupertatē deuenerit. nō obdurabis cor tuum nec contrahes manū tuam: ſed aperies eam pauperi. ¶ Secundo etiaȝ inimicis lex chriſtiana iubet in neceſſitate benefacere. vnde Matth. v. precipit. Diligite inimicos veſtros: benefacite his: q oderunt vos. Et prouer. xxv. Si eſurierit inimicus tu⁹: ciba illum: ſi ſitit potum da illi. Pro amicis ꝟo ⁊ inimicis precipit Luc. vi. Mutuū date. ſ. vtriſqȝ in neceſſitate: nihil inde ſperātes. Et Mat. ix. precipit. Qui petit a te: da ei: ⁊ volēti a te mutuari: ne auertaris. Contra hūc ordinē dilectionis facit lex iudeoꝝ: qui mutuū preſtāt cū vſure lucro. dicentes hoc eſſe iuſtum ⁊ licitum: cum ꝯ ēt nature legem ſit: que Matth. vij. iubet quecunqȝ vultis vt faciant vobis homines ⁊c. Et Tobie. iiij. p̄cipit. Quod oderis tibi fieri: vide ne alteri feceris. Hunc errorez ipſi elitiant a ſeipſis: male ſcripturam intelligentes. Unde ſup illa verba deutero. xxiij. non feneraberis fratri tuo noīe fratris: intelligunt ſimpliciter iudeos. ſ. de genere iudeorum: ⁊ non de genere xp̄ianoꝝ: cū tamen reſpectu Ade ⁊ Eue ⁊ reſpectu dei a quo creati ſumus: oēs ſimus fratres: conceſſum tn̄ erat a deo ſm̄ Nico. de lira: ⁊ etiam Guiel. (ſicut ponit ad lrām i ſupplemento). Uſura. ſ. §. v. ꝙ ſimplr erat iudeis ꝯceſſum: alienis dare ad vſuram: vt maius malum vitarent: ne. ſ. a iudeis deum colentibus vſuras acciperent ꝓp auariciaȝ: ita ꝙ permittebatur iudeis: ꝙ ipſi concederent egyptijs ad vſuram. Et ratio eſt: quia ipſi iniuſte vſurpauerāt bona ſua: ⁊ iniuſte eorum ſubſtātiā detinebāt. Ex premiſſis ēt patet: ꝙ cum xp̄ianorum lex amicis ⁊ inimicis propria bona mutua datione concedat etiam ſine vllo vſure lucro. ⁊ econtra lex iudeorum oppoſitum faciat. concludit: ꝙ eſt verior omni alia lege ⁊ fide. ¶ Tertio dico ꝙ lex xp̄ianorum ſuper omnem aliam legē ordinat hoiem ad proximū ſuum quantum ad ſpecialem impoſitionē vel diſpoſitionem. Nā lex xp̄iana nō tm̄ iubet diligere amicos ⁊ inimicos affectu ⁊ effectu. ſed inſup p̄cipit: ꝙ quiſqȝ in neceſſitate exponat vitā ſuā corporalē pro ſalute alterius. Unde prime Jo. 3. dī. In hoc cognouimus caritatē dei: qm̄ ipſe aīam ſuā poſuit pro nobis: ⁊ nos debemus pro fratribus animam noſtrā ponere glo. i. corporalem vitam. Hunc ordinē nulla lex obſeruat niſi xp̄iana. Propter ꝙ etiam concluditur: ꝙ eſt verior ⁊ perfectior omni alia fide. Ex premiſſis omnibus colligē: ꝙ exquo xp̄iana lex ordinat hominez ad proximū: ⁊ quantum ad generalē oēm dilectionem: ⁊ quātum ad liberalē cōicationez ⁊ quantum ad ſpecialem expoſitionem. cetere vero leges ⁊ ſecte non: concluditur: ꝙ chriſtiana lex vera eſt: cetere vero falſe.

¶ De tertio ordine: quo fides ſola xp̄iana ordinat hominem in finem eterne felicitatis.

Matt. xvi: Qui vult venir̃ poſt me: abneget
ſemetipſum. ⁊ tollat crucem ſuam: ⁊ ſequat̃
me. Quod egregie ꝯfirmans Hieronymus
in omelia ſuper verba Matth. xix. ecce nos
relinquimus omnia. ait. Grandis fidutia
Petrus piſcatoꝛ erat: diues non fuerat: ci-
bos manu ⁊ arte querebat. ⁊ tñ loquitur cõ
fidenter: dimiſimus omnia. Et quia non ſuf
ficit tm̃ relinquere ſua: iungit qꝺ perfectum
eſt: ⁊ ſecuti ſumus te: fecimus quod iuſſiſti.
Quid ergo dabis nobis premĳ: Ieſus autẽ
dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui reli-
quiſtis omnia: ⁊ ſecuti eſtis me: in regenera-
tione cũ ſederit filius hominis in ſede maie
ſtatis ſue: ſe. ⁊ vos ſuꝑ ſedes duodeci iudi-
cãtes duodeci tribꝰ. Iſrael. Nõ dixit tm̃: q
reliquiſtis omnia. hoc eni ⁊ Socrates fecit
phus: ⁊ multi alĳ diuitias contẽſerũt. Sed
qui ſecuti eſtis me: quod proprie apoſtoloꝝ
eſt atqꝫ credentiũ. Et infra ſubiũgit Qui ergo
propter fidem Chriſti ⁊ predicationem euan-
gelĳ omnes carnales effectus cõtempſerunt:
⁊ diuitias ſeculi ⁊ voluptates: iſti centuplum
accipient: ⁊ vitã eternã poſſidebũt. h Hierony
mus. Iõ extra de regulari. c. porrectum. ⁊. c. ex
parte tua. di. Habitus non facit monachũ ſan
ctum: ſed opus bonum ⁊ profeſſio regularis.
Item. xl. di. c. Oportet: Greg. dicit. Non loca
.ſ. religioſa: ſed vita ⁊ mores ſanctum faciunt
ſacerdotem. Et idem Grego. ibidem dicit Ana
ſtaſio preſbytero. Nõ loca inquit vel ordines
creatori noſtro proximos nos faciunt: ſꝫ nos
aut merita noſtra bona coniungunt: aut mala
diſiungũt. Qꝺ ſi ſic eſt: ꝙ vꝫ ingreſſus religio
nis: ⁊ mundi contemptus nequaꝗ̃ ſaluare põt
hominem ſine victoria ſuĳpſius: ⁊ ſenſualita
tis: ⁊ econtra victoria ſuĳpſius ⁊ ſenſualitatis
hominem proprie ſaluat ſine predictis: neceſſa
rio concluditur: ꝙ ceteris paribus incompa-
rabiliter nobilioꝛ eſt: ⁊ magis ad ſalutem ne-
ceſſaria ſuĳpſius victoria: q̃ꝫ quilibet ingreſſus
ad artiſſimã religionẽ: mũdaliumqꝫ ꝯtẽptus.
Quam veritatem egregie ꝯfirmãs Tho. 2. 2.
q. ciiij. ar. 3. in corpore. q. di. Cum queritur an
victoria ꝓprie voluntatis: ſeu abnegatõis pro
prĳ deſiderĳ: que acq̃ritur ꝑ obediẽtiã: ſit ma-
xima inter oẽs virtutes: rñdeo: ꝙ ſic. Quum
eniꝫ religioſus tria ꝯtẽnat: ⁊ tria deuoueat. vꝫ
paupertatem: caſtitatẽ: ⁊ obediẽtiã: ⁊ tãto ali-
quid ſit nobilius. ſicut di. j. de aia. ⁊. 2. Meth.
⁊. viij. Topi. quãto a nobiliori ſubiecto egre-
ditur: ⁊ caſtitas egreditur a corꝑe tãqꝫ a ſubie-
cto. Paupertas a terrenis rebus: obiecta vero a
voluntate: que eſt nobilioꝛ corpore ⁊ diuitĳs.
ſeq̃tur ꝙ maioꝛ eſt laus religioſo: ⁊ meritum
in victoria ⁊ abnegatione ꝓprie volũtatis: q̃ꝫ
ſit in obſeruatione caſtitatis: atqꝫ paupertatis
Qꝺ cõfirmans Grego. ſuper verba Samue-
lis. j. Regum. xv. di. Melioꝛ eſt obedientia: q̃ꝫ
victime: ⁊ ponitur. viij. q. Sciẽdũ ait. Obediẽ
tia iure victimis oibus ꝑ̃ponitur: q per victi-
mas aliena caro. per obedientiam vero volun
tas ꝓpria mactatur. ¶ Quarto hoc idem ꝓ-
bo rõne ſuꝑationis. Hac rõne habeo demon-
ſtrare cõtra quartam opinionem in ſpẽ. ꝙ vꝫ
victoria ſuĳpſius incõꝑabiliter laudabilioꝛ ẽ
victoria totius mundi: ſiue mundus temporã-
liter ſubĳciatur: prout accidit Alexandro ma-
gno: ſiue ſpũaliter: ſicut accidit dignitati papa
li. Et pro fundamento rõnis occurrunt mihi
duo carmina Eſopi. di. De precio victi pẽdet
victoria. victoꝛ. Tantus erit victi gloria quan-
ta fuit. Declarãtur his verſus hoc exẽplo. Nã
preſuppoſito ꝙ leo pugnaret cuꝫ mure: ⁊ ecõ
uerſo: mus pugnaret cũ leone: ſi leo vinceret
murem: vel mus vinceret leoneꝫ: peto cui ma
ioꝛ laus ⁊ gloria daretur: certum eſt ꝙ nõ leo-
ni. Et ratio eſt: q cũ ipſe ſit fortiſſimus aialiũ
⁊ ecõtra: mus impotentiſſimus: minima laus
vel nulla ei deberetur: ſed bñ per ꝯtrariũ mu
ri maximus honoꝛ eſſet. Et rõ eſt: q cum ſit
aial exiguum: ⁊ impotentiſſimũ: tñ ſuperaſſet
leonem oium aialium fortiſſimũ. Sil'r ſi qs i
aſtiludio vinceret hoiem vilem ⁊ inexpertum
minimam vel nullã laudẽ hẽret. Ecõtra vero
ſi quis inexpertus ⁊ quaſi impotens de equo
deponeret armigeꝝ potentiſſimum: ⁊ i armis
ſtrenuum: vtiqꝫ maximã ſibi laudẽ ⁊ honoreꝫ
acq̃reret. Quo preſuppoſito: peto qꝺ ſit maiꝰ
⁊ nobilius: an ſolus animus vnius hominis
an ſimul oium hoiuꝫ corpora: oẽſqꝫ ſiml' mũ
di diuitie. Et claꝝ eſt: ꝙ ſolus aius vniꝰ hois
dicẽte Pho. i. Ethi. Bona aie ſunt magis bo-
na: q̃ꝫ bona corporis. Et. vj. Poli. di. Triplex
eſt bonum. ſ. bonum anime: bonum corꝑis: ⁊
bonum exterius aduenicns. Inter que anima
eſt melioꝛ omni corpore: ⁊ anime bonum oi-
bus bonis. Et ratio eſt: q cum id ſit meliꝰ: qꝺ
eſt primo principio propinquius ⁊ ſimilius.
prout dicitur. v. Meth. ⁊ ſola aia hominis ſit
deo ſimilioꝛ ⁊ propinquioꝛ: per intellectuꝫ ra
tionem: ⁊ liberam voluntatem: ⁊ per amorem
omnibus humanis corporibus: necnõ: ⁊ ter-
renis theſauris: cõcluditur ꝑꝑ hoc: ꝙ ſola a ni
ma hominis vnius predictis omnibus nobi-
lioꝛ eſt: ⁊ melioꝛ. Qꝺ ſi ſic eſt: ergo ſeq̃tur: ꝙ
ſi quis animũ ſuum vincit: ſeu coꝛ ſuũ ſuꝑat
vtiqꝫ maiorem victoriã ⁊ honorem reportat.
Et ſi forſitã non in cõtra mundanoꝝ hoium:
tñ coram deo: ⁊ vera rõne: q̃ꝫ ſi totum mundũ
deuiciſſet ⁊ ſuperaſſet. Et confirmo iſtam ra-
tionem ſic practice loquẽdo. Ecce ꝙ Alex. to-
tum mundum deuicit. Ponatur nunc caſus:
ꝙ vnus alius homo veniat cum induſtria: ⁊
Alex. deuincat: ⁊ ſibi ſubĳciat. peto nũc qs po
tẽtioꝛ ⁊ laudabilioꝛ extimabitur: an Alexãder
deuictus: an alius Alexandrum deuincens: ⁊
certum eſt: ꝙ Alexandrum ſibi ſubĳciens: ma
iori laude dignus erit. Et ratio eſt: quia cum
vicit ⁊ ſibi ſubiecit: qui totum mundum vice-
rat: ⁊ ſibi ſubiecerat. Hoc conceſſo. quero iteꝝ

quid eſt qđ fecit Alexandro principaliter to-
tū mundū deuincere. Et certum eſt: ꝙ fuit eiꝰ
animus ſtrenuus ⁊ magnanimus. Si igitur
Alexander aīum ſuum viciſſet: qui totū mun-
dum vicerat: vtiq̄ȝ maiorem victoriam habu-
iſſet: q̄ȝ de totius mundi habuit. Propter qđ
legitur: ꝙ ſemel Ariſtoteles audiens Alexan.
cōtra quendam valde turbatū: ita vt pre iracū
dia ⁊ furore ſibi mortem minaretur: ſcripſit
ſibi quandam epl'am: nā eius magiſter extiterat
di. hec verba. O Alexander audi me: magnū
documentum docebo te. Quis eſt qui vincit
omnes reges terre: ⁊ totū mundum tibi ſubiu
gat. Certe cor tuū ſtrenuū ⁊ nobile. Si ergo in
hac re vincis cor tuum: eo ꝙ vinces illud: qđ
totum mundum deuicit: eris maior victor: q̄ȝ
fuiſti. h̄ Ariſto. Uis igitur o ciuis. o mulier
habere maiorem potentiam ⁊ victoriam: q̄ȝ
vnq̄ȝ habuit Alexander magnus: in victoria
huius mundi totius. Uince aīum ⁊ paſſiones
cordis tui. Nam vt Phs. xj. de aīalibus. ait.
Potentior eſt ſola rō in hominibus: q̄ȝ oīs po
tentia in brutis aīalibus ⁊ humanis corpori-
bus. Et ideo ſi quis remittit odium: ſeu cū ra-
tione carnis concupiſcentiam ſibi ſubijciat: cū
talis victoria facta fuerit cum fortitudine rō-
nis. victoria autem totius mūdi acquiritur me
diante materiali fortitudine equorum lancea-
rum: ſagittarum: bombardaꝝ: atq̄ȝ humanorū
corporum: certum eſt: ꝙ talis victoria eſt quaſi
in infinitum laudabilior victoria totius mun
di. Qđ bene confirmans quidam ſapiens di-
ctus Uegetius in lib. de re militari di. Suppo
ſito inquit: ꝙ hinc ſint due partes dimicantes
adinuicem: ⁊ vna pars excedat aliam: taȝ ī mul
titudine hominum: q̄ȝ equorum. Alia vero ex-
cedat induſtria. Et illa que excedit in multitu-
dine eſt inexperta oīo ad bellum. Alia vero ma
giſtra ⁊ experta. Mō queritur ſi vna iſtarum
partium alteram deuincat: ⁊ ecōtra que iſtarū
partium debet habere maiorem laudem: Et
reſpondet prefatus auctor: ꝙ pars docta ma-
iori laude digna eſt: ⁊ inſuper victoriaȝ repor
tauit: rōnem aſſignat di. ꝙ ſcientia rei bellice
dimicandi nutrit audatiam. Nemo enim face
re metuit: ꝙđ ſe bene didiciſſe ꝯfidit. Uñ innu-
merabilis multitudo diſpoſita eſt ad cedem.
Hec Uegetius: Si vis ſpiritualiter vltra pre
dcā hoc intelligere: dicere potes. ꝙ lȝ vnus ſit
aīus ⁊ innumerabiles ſint demones tētātes.
Si animus tot demones cū tētationibus: qui
vtiq̄ȝ fortiſſimi ſunt: ꝑcipue cum dicatur Job
xli. Non eſt poteſtas ſuper terram: que compa-
retur ei. ſ. demoni: fortiter ſuperauerit: victo-
rioſior vtiq̄ȝ apparebit: q̄ȝ ſi mille mundos ſi-
bi ſubiecıſſet. Sed quid comparo victoriam
ſuiipſius victorie totius mundi. Certe qui ſe
ipſum vincit deum vicit: qui in infinitū mun-
dum excedit: ⁊ cum inſuper in eternū facit ſibi
ſeruum: ⁊ ſubijcit voluntati ſue: ꝓpħa atteſtā
te qui ait. Uoluntatem timentium ſe faciet: ⁊
deprecationem eorum exaudiet: ⁊ ſaluos faci
et eos. O grandis victoria: o magna fortitudo
o ineſtimabilis gloria: laus: ⁊ honor: per vi-
ctoriam ſuiipſius deum vincere: qui eſt infini
te potentie: ſapientie: atq̄ȝ clementie. ⁊ qui in-
finitos mundos excedit. ¶ Quinto deniq̄ȝ ꝓ
bo idem ratione oppoſitionis. In hac rōne
habeo generaliter demonſtrare contra ſimul
quattuor predictas opiniones. ꝙ vȝ victoria
ſuiipſius incomparabiliter excedit in dignita
te cōgregationē oīum theſauroꝝ mūdi: acqui-
ſitionem oīs ſapientie: oēm diuitiaꝝ ꝯtēptum
⁊ religionis ingreſſum: ac non ⁊ victoriaȝ to
tius mundi. Et fundamentum huius gn̄alis
rōnis ponit Phs. iiij. Topi. di. Si ꝓpoſitum
in propoſito: ⁊ oppoſitū in oppoſito. Pȝ h̄.
Nam cum tenebra ⁊ lux ſe habeant ſicut con-
traria: eo ꝙ lux eſt quedam poſitio. tenebra ve
ro: vt di. 2. de aīa: nihil aliud ſit: niſi quedā pri
uatio. priuatio autem ⁊ habitus: vt dicitur. io.
Metha. ſint radix contrarioꝝ. hinc eſt ꝙ cum
lux ſit ſumme diſgregatiua viſus: ergo ꝑ oppo
ſitum tenebra eſt ipſius viſus ſumme congre-
gatiua. Silr' ſi concedis: ꝙ lux eſt ſumme leti-
ficatiua: q̄ ſic eſt. Nam di Eccle. xj. Dulce lu-
men ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem: er-
go tenebre luci oppoſita ē ſumme cōtriſtatiua.
Silr' ſi ex lucrifactione in mercantia ſummū
gaudiū acq̄ritur: ergo ex ꝑditione tanq̄ȝ ex re
ſibi oppoſita ſummus dolor gn̄atur. Quo ꝑ-
ſuppoſito. peto qđ ſit vilius: ⁊ vituperalius in
hac vita inter cetera. Et certū eſt ꝙ inter cete-
ra nihil eſt infelicius ſeruitute: dicente Sene-
ca epl'a. lij. Nihil inquit in hac vita eſt infelici
us ſeruitute. Cum quo concordans Tulius li.
j: de nā deorum. Miſerius ſeruitute qđ poſ-
ſumus aut dicere: aut cogitare: quaſi dicat ni-
hil. Et ratio eſt: q̄ libertate qua perditur ex
ſeruitute. nihil eſt melius in hac vita. iuxta ſē
tentiam Eſopi poete. di. Non bene pro toto
libertas venditur auro: Hoc celeſte bonum
preterit orbis opes. Et ꝙ ex ſeruitute liber-
tas tam ꝓcioſa ꝑdat. teſtat̄ phs. i. politi. di.
Nullus ſeruꝰ nāliter ē ſui iuris: ſed alteriꝰ.
Et. i. Metha. dic̄. Nō liber eſt: q alteriꝰ gra
tia eſt. Quibꝰ premiſſis iteꝝ peto: an q ſeq
tur paſſiones ſuas ⁊ inordinatas affectio-
nes ſit liber an ſeruꝰ: ēt ſi eſſet dñs tutiꝰ or
bis. Et certū eſt ꝙ ē ſuꝰ: ⁊ nō liber. Seruꝰ
dico nō hominū: ſed ipſius inordinate affe
ctionis: ſupble: vel peccati: cui ſubijcit̄ ꝑ con
ſenſum: dicēte Saluatore Jo. viij. Qui fac̄
peccatū: ſeruꝰ eſt peccati. Et Pet. ſcđe. pe.
2. ait. A quo q̄s ſuperatus eſt: eiꝰ ⁊ ſeruꝰ ē.
Et Apl'us ad Ro. vi. ait. Serui facti eſtis:
cui obediſtis. Qđ cōfirmans Tulius in. li.
de paradoxis ait. Omnis ſapiens liber: oīs
ſtultus ſeruꝰ. Cui libere imꝑabit: q ſuis cupi
ditatibꝰ imꝑare non pōt: Quid eſt libertas:
ꝑtās viuēdi, vt velis. q̄s aūt viuit vt vult:
q̄s recte viuit. Quis gaudet offō. Qui nec
legibꝰ q̄dē ꝓꝑ metū paret: ſed eas ſeq̄t: ⁊ ex
colit. qui nō facit: vel dicit: vel cogitat: niſi li
bere. Si igit̄ ſapiēti cōuenit: vt nil faciat in-
uitus: nihil dolēs: nihil coactꝰ: cum ſeruitus
ſit obediētia fracti animi: atq̄ȝ abiectu. ⁊ ar-
bitrio ſuo carētis. q̄s neget oēs leues: oēs
cupidos: oēs improbos eē ſeruos. Et īfra ſub
iungit. Ego iſtos nō mō ſeruos: ſed ⁊ neq̄ſ
ſimos ſeruos appellandū puto: lȝ āpliſſima
familia nati ſint. h̄ Tulꝰ. ꝙ ſi (vt pȝ) ſeipſuȝ
non vincens: eſt ſeruus: ⁊ peccati ⁊ ſue affe
ctionis. iteꝝ quero: que eſt vilior ſeruitus: an
illa qua hō hōi ſubijcit̄: an illa q̄ q̄s ſubijcit̄
peccato concupiſcentie: ⁊ hmōi. Et certum
eſt: ꝙ in infinitū quaſi eſt vilior ⁊ vitupera-
bilior ſeruitꝰ: qua q̄s ſubijcit̄ peccato: q̄ȝ q̄
q̄s ſubijcit̄ homini. Et ratio eſt. q̄ (vt dicit̄
2. de generatione ⁊ corruptiōe) meliꝰ eſt eſſe
ſimpliciter: q̄ȝ non eſſe. Cuȝ aūt peccatū ſub
quo ſubijcit̄ homo: nullum habeat eē: hinc
eſt: ꝙ vilius eſt ſeruire peccato: qđ nō habet
eſſe: q̄ȝ ſeruire homini etiam viliſſimo q hȝ
eſſe. Et ꝙ peccatū: cui homo ſubijcitur: eſſe
non habeat. teſtatur Augu. in li. de natura
boni. di. Peccatum inquit non eſt nā aliq̄.
ſed ſimpliciter defectus: ⁊ priuatio boni. Et
Anſelmus in lib. de conceptu virginali dic̄.
Peccatum non eſt ſubſtantia aliquā: ſȝ eſt
ſicut cecitas: qui nihil eſt q̄ȝ priuatio viſus:
vbi debet eſſe. Et ratio: ꝙ peccatuȝ nihil ſit
eſt: quia. i. Ethicoꝝ phus dicit. ꝙ bonum ⁊
ēns conuertuntur: patet: ꝙ de quocūq̄ȝ ꝓdi
catur ens: predicatur ⁊ bonuȝ. Unde ſi ali
quid eſt: ſeu habet eſſe: ſiue ſit eſſe ſpiritua
le: ſiue corporale: ſiue tēporale: ꝑfecto ⁊ bo-
num eſt. Sed clarū eſt: ꝙ peccatū nihil hēt
de bonitate corporali: ſpirituali: ⁊ tēporali:
ergo non habet eſſe: ergo peccatum nihil ē.
Qđ formalr' Bonauētura in. 2. diſti xxxiiij.
arti. 2. q. 3. ſic eſſe aſſerit. Si igit̄ ſic eſt: q̄ ſic
eſt: ꝙ peccatum cui homo ſubijcitur nihil
eſt: econtra homo ſub quo ſubijcitur hō: hȝ
eſſe: ⁊ inter ens ⁊ nihil infinita diſtantia eſt.
ſm phm. ⁊ per conſequens infinita vilitas.
concluditur neceſſario: ꝙ maior eſt vilitas
quaſi in infinitum ſubijci peccato: q̄ȝ cuicū-
q̄ȝ etiam viliſſimo homini. Si igitur pecca-
tum (vt patet) ex quo nihil eſt: eſt viliꝰ quaſi
in infinitū ipſo homine: q habet eſſe: quāte
vilitatis eſt: queſo homo: qui ſeruus eſt pec
cati: ꝑfecto tante vilitatis erit reſpectu pec
cati: quāte vilitatis eſt ſeruus reſpectu dñi
ſui. Si nulla igitur (vt ex predictꝭ patet) ma-
ior eſt ignominia: q̄ȝ ſeruire ⁊ ſubijcere ſe ꝓ
prie concupiſcentie ⁊ paſſioniꝰ: ergo neceſſe
eſt ꝑ oppoſitū concludere: ꝙ ſeruans liber
tatem ſuam: ⁊ ſubijciens ſibi propriam con
cupiſcentiam: ⁊ paſſionem: maiorem laudē
acquirit gloriam: ⁊ honorem: q̄ȝ vnq̄ȝ acqui
ri poſſit in hac vita. Ex predictis igit̄ q̄nq̄ȝ
rōnibꝰ pȝ: qualiter in preſenti vita nulla ma
ior poteſt eſſe victoria: q̄ȝ victoria ſuiipſius.
¶ Tertio probo hoc idem multiplicibꝰ exem
plis: ꝙ nulla maior eſt victoria: q̄ȝ vincere ſe
ipſum: ⁊ paſſiones ſuas. Primū exemplum
habemus de Ualerio maximo: de quo nar
ratur in geſtis Romanorum: ꝙ cum eēt oc-
tuagenarius: ⁊ virgo: ⁊ a multis narrarent̄
multe ſue victorie: virtutes ⁊ gratie: impoſu
it omnibus ſilentium dicens. Scitote gene-
roſi ciues: ꝙ de vna victoria ſuper oēs ali-
as victorias gloriari poſſum: ⁊ debeo: quia
nequiſſimā carnē meam domaui: ⁊ concupi
ſcentiam meā carnalē cunctis diebus vite
mee vſq̄ȝ ad mortem rationi ſubieci. Quod
cum dixiſſet: ab omnibus per rationes com-
probatum eſt: ſic ſe veritatē habere. Quo
exemplo arguitur: ꝙ nulla maior eſt victoria
q̄ȝ victoria proprie concupiſcentie. Secūm
exēplū hēmꝰ de Alex. magno: de q̄ leḡit̄ in
geſtis grecoꝝ: ꝙ cū in ſyria vocatꝰ fuiſſȝ ad
ꝯuiuiū ꝑ regē Sicilie: ad honorādū euȝ ſe-

eſt adduci pulchriores mulieres q̄s potuit habere. Contingit aūt ibi eſſe tres īter alias pulcherrimas. q̄s Alexā. impudice ↄcupiuit Quod rex cicilie cognoſcēs: voluit retrahere Alexā: ab hac turpi concupiſcentia. fecitq̄ʒ depingi pulcherrimū pannū: ⁊ poni ex oppoſito Alexandri: vt ex directo poſſet illum aſpicere. ⁊ in pāno illo erat depicta quedā pulcherrima domicella: ⁊ littera q̄dam erat ſuper caput eius: que dicebat. Ego ſum pudicitia: ⁊ honeſtiſſima: ⁊ amabilis. Iſta ꝟo domicella pudicitia: ſecū ducebat al's tres domicellas: ſuꝑ caput ꝑme erat ſcriptū prudētia: ſuꝑ caput ſecūde erat ſcriptū iuſticia ſuꝑ caput tertie erat ſcriptū victoria maxima. Pudicitia autē coronabat prudentiāʒ dicēs. Sine me nihil ſapis. Deinde coronabat ſcdam dicēs. Sine me nō regnas. Poſtremo coronabat tertiā ⁊ dicebat. Sine me nō triūphas. Cum autē Alexā. proſpexiſſet picturā. ⁊ ſcripturā legiſſet: lʒ poſitus in turpitudine libidinoſa: deteſtatꝰ eſt eā ex documēto pudicitie: ⁊ ceſſauit a priore furore libidinis ſue. Tandē ꝓpoſitū fuit a ſapiētibꝰ corā Alexādro: q̄ maior eſſet victoria īter omnes: ⁊ ab omnibus ibi aſtantibus diffinitum fuit: ⁊ cōcluſum. ꝙ nulla maior eſt in mūdo victoria: q̄ vincere ſeipſum ⁊ cōcupiſcentias proprias. ¶ Tertiū exēplum habemus de Diogene pho cinico. Nā fuit etiaʒ alius Diogenes dictus babilonius. De iſto Diogene cinico. dī i. li. de vita ⁊ moribꝰ philoſophoꝝ. ⁊ ēt ponit Valerius maximus. li. quarto. ꝙ Alexan. magnus nō potuit vincere cōtinentiā eius. Diogenis (inquit Valerius) cōtinentiā: vincere nō potuit Alexan. Ad q̄nē cū acceſſiſſet ad ſolem ſedentē: hortaretq̄ʒ vt ſi q̄ ab eo ſibi preſtari vellet indicaret. vir robuſte preſtantie ait. Quid a te poſcaʒ nō habeo: ſed rogo: ne mihi auferas qđ dare nō potes. Ex interpoſitiōe enīʒ ſua ſolem Diogeni auferebat. Sic igit̄ Alexan. qui omnes quaſi nationes vicerat: a Diogene victus eſt. Et ideo Sene. li. vi. de bñficijs ait. Potētior fuit Diogenes Alex. oia poſſidente (pho enim erat) qđ Diogenes nollet accipere: q̄ quod ille poſſet dar̄. Alex Diogenē e gradu ſuo tentauit pellere: ſʒ celeriꝰ clariſſimū regē pſaꝝ ſuo gradu armis pellere potuit. hec Seneca. Ex qua ſentētia patet: ꝙ maior fuit cōtinentia in Diogone: qui nihil volebat: q̄ potuerit eē liberalitas dādi in Alexā. totū quod habebat. Fertur ēt in eodē libro de moribꝰ phoꝝ. ꝙ dū Alexā. rex corā Diogene trāſiret: Diogenes tāq̄ illū ſpernens: nec eū reſpexit: nec honorauit. Cui dixit Alexan. Quid ē Diogenes: ꝙ me nō reſpicis: quaſi me nō indigeas? Cui ille. Nequaq̄ indigeo ſuitijs ſerui ſeruorū meorum. Et Alex. Cum ſim dñs totius orbis: nunqd ſeruoꝝ tuoꝝ ſum ſeruus? Ait. Ego preualeo ↄcupiditatibꝰ meis refrenans illas ⁊ ſubijciens illas mihi: vt mihi ſeruiāt: tibi autē cupiditates ꝑualent: ⁊ tu ſeruus earū effeceris: iuſſibꝰ eaꝝ obtemꝑans. Suꝑbia ē dña tua: ⁊ ancilla mea: Tibi enim imperat ego autē eam ſuppeditaui. Carnalis concupiſcētia: gula: ⁊ ira: ſunt dñe tue: q: eis obedis: ſed ſunt ancille mee: q: eas mihi ſubieci. Et idō dico tibi Alexan. ꝙ in ꝟitate tu es ſuꝰ ſeruoꝝ meoꝝ. Et ſi ſui mei ſunt te maiores: quia eis in oibus obtemꝑas: q̄to magis ego ſum maior dñs te: cui ꝑ oia tui dñi obtēperāt? Quo audito: cū ſerui Alex. vellēt in eū irruere Alexā. ait. Videte ne hūc ↄtingat: q: veritatē dicit: ⁊ vere ſeruꝰ dei ē. Quo exēplo oſtēdit̄: q̄lit̄ victoria ſuiipſius excedit victoriā totꝰ mūdi. ¶ Quartū exēplū habemꝰ de Cōſtātino impatore xp̄ianiſſimo. q (vt habet̄ in legēda ſancti Silueſtri) quō ante baptiſmuʒ paganꝰ eſſet: ⁊ crudeli lepra infectꝰ: nec vllū habei poſſet remediū ſanitatiſ. diffinitū fuit a collegio medicorū: ꝙ acciperent̄ tres mille pueri: ſeu īfantes: ⁊ occiderent̄: ⁊ ſic ex eoꝝ recenti ſanguine fieret piſſina: vel balneū: in q̄ ingrediēs impator ſtati ſanaret̄: Vadūt ſeruitores hicinde ꝑ villas: ciuitates: caſtra: ⁊ arripiūt tres mille pueros ab vberibus ⁊ brachijs parētum ſuorū: ⁊ ſic viuos portant in Romana ciuitate. poſt quos currunt patres ⁊ matres de diuerſis locis: filios ſuos flentes: ⁊ acriter lamentantes. Cū aūt Romā ingreſſi fortiꝰ ſolito lachrymarent̄ ꝓ filijs ſublatis: impator audiēs fletū: lamēta: q̄rimonias: ⁊ clamores: interrogat qđ hoc eēt: ⁊ cū de facto certificatꝰ eſſet: ſtatim in platea ſe fecit duci: quē cum filioꝝ parentes vidiſſent: fortit̄ lamentantes clamāt. O Sereniſſime ⁊ Sacratiſſime impator: vbi eſt pietas tua naturalis: vbi charitas: vbi miſericordia: vbi humanitas: vbi clemētia? Ecce filij innocētes noſtri ſunt: quid tibi nocuit eorū innocētia? nec profecto parētes maieſtati tue vnq̄ nocuerunt. Aut filios (queſumꝰ) reſtitue: aut cū ipſis ſimul eoꝝ parētes occide. Ad que ꝟba cōmotꝰ impator in corde: q: naturaliter pius erat: indicens ſilentiū oibꝰ: hāc orationē ⁊ eplāʒ: prout in legenda ſupradicta hētur: verbaliter corā oi populo fecit. Audite me comites: ciues: ⁊ cōmilitones mei: populiq̄ʒ qui aſtatis: Dignitas Romani impij de fonte naſcit̄ pietatis: que ēt hāc legē dedit: vt capitali ſententie ſubderetur: quicunq̄ʒ in bello occidiſſet infātē: quāta ergo erit crudelitas nr̄a: ſi filijs nr̄is hoc facimꝰ: qđ fieri prohibuimꝰ alienis? Quid iuuat barbaras ſuꝑaſſe nationes: ſi ab impietate vincamur? Nā viciſſe extraneas nationes: virtus eſt bellantiū ppl'oꝝ. Vincere āt ꝑctā ⁊ vicia: noſq̄ʒ ipſos: virtus ē morum. In illis fortiores extitimꝰ ipſis. in iſtis nobiſipſis fortiores ſimꝰ. Qui. n. fuerit in iſto certamine ſuperatꝰ victoriā obtinet victꝰ. Victor aūt poſt triūphū victꝰ efficit̄: cū pietas ab impietate ſuꝑatur. Vincat ergo pietas in iſto cōgreſſu. Bene. n. oium aduerſantiū poterimꝰ eē victores: ſi a pietate vincamur. Oīnʒ. n. ſe dñm eē demōſtrat: qui ſeruū ſe mōſtrauerit pietatis. Melius ē ergo memori ſalua vita innocentiū: q̄ per eorū interitū vitā recuperare crudelē: quā tamē recuꝑare incertum ē. Cū tamē ſic recuperata: certum eſt ꝙ crudelis eſt. Ecce finis huius clementiſſimi imperatoris. Practicam autem moralē ſuꝑ hac eplā faciendam tibi relinquo o preco dei. Tu tamen exclama contra xp̄ianos oppoſitū facientes. Potes tñ dicere: ꝙ ex quo deus vidit clemētiā: ⁊ tantā ſuiipſius victoriā in iſto imperatore pagano: ſtatim deus eū reduxit ad baptiſmū ⁊ xp̄ianiſſimū fecit: ⁊ a lepra ſanauit: ⁊ tādē ad eternā vitā eū perduxit. Ex predictis ergo rationibus: auctoritatibus: ⁊ exēplis: patet ſcđa ↄtēplatio de victoria tētationū: ſeu ſuiipſius: in qua monſtratū ē: ꝙ victoria ſuiipſiꝰ excedit in dignitate: laude: gloria: ⁊ honore: oēs mundanos theſauros: oēm ſpeciē ſapientie acqſite: infuſe: omnē mundi contemptū: ⁊ religionis ingreſſum: omnē deniq̄ʒ victoriā totius mūdi: ſiue temporaliter: ſiue ſpūaliter hēat. Cuius nobilitate victorie: laude: gloria ⁊ honore. vos ⁊ me gaudere faciat dñs noſter ieſus xp̄s in ꝑnti per grāʒ: ⁊ in futuro ꝑ gloriam: qui viuit ⁊ regnat benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria tertia poſt primā dominicā q̄drageſime: iterum de prima nobilitate. ſ. triumphatiua ipſius ſacratiſſime fidei.

Cum vidiſſet Jeſus Hieroſolymam commota eſt vniuerſa ciuitas. Scribūtur hec ꝟba Matth. xxi. ca. ⁊ in euāgelio occurrētis ferie. Poſt ſacri euāgelij explanationē humaniſſimi ciues: ex quo de victoria carnis: mūdi atq̄ʒ diaboli: duas cōtēplatiōes declarauimꝰ: vʒ eius neceſſitatē: atq̄ʒ maximā nobilitatē. In pn̄ti ſermone habeo ſimpliciter declarare tertiā ipſius victorie cōtēplationē: in qua videbimꝰ magnitudinē ꝑmij: ſeu glīe: quā diuina bonitas exhibet ꝑdicta victoria viriliter ꝑliantibꝰ: vt ex tali cōſideratione ingētiſſimi ꝑmij atq̄ʒ mercedis: qſq̄ de cetero vniuerſalꝰ ⁊ fortiꝰ ↄtra carnem: demonē ⁊ mūdū poſſit ꝑliari. Cuiꝰ tertie cōtēplatiōis declaratio talis erit.

¶ De maxia mercede victorie rōnis cōtra mūdū: diabolū: ⁊ carnē: cōtēplatio tertia.

Tertia poſtremo cōtēplatio de victoria rōnis ⁊ fidei: cōtra tētatiōes mūdi: carnis atq̄ʒ diaboli: contēplatio ꝑmioſitatis. In hac contemplatiōe habeo tibi fidelis aia: vt ꝑdixi ſimplr demonſtrare: eximiam. profundā: atq̄ʒ admirabileʒ mercedē: quā clemētiſſimꝰ deus: ſi viriliter te habueris contra demonē: mūdū: ⁊ carnem: tibi poſt hanc vitā miſerabilē daturus eſt. Pro firma autē atq̄ʒ indubitabili veritate tene: ꝙ tam magnum ⁊ profundum ē premiū: gaudiū: ⁊ bonū: ſeu tam mirabilis: eximia eſt gloria: merces: remuneratio: beatitudo: atq̄ʒ felicitas: quā iuſtiſſimꝰ deꝰ dabit ſoli aie cōcupiſcētias ⁊ paſſiones ſuas vincēti ⁊ ſuperāti: ꝙ oēs ſimul ſentētie ſacrorum doctoꝝ: atq̄ʒ illumiatoꝝ theologoꝝ: quāuis ingētia ⁊ maxima de aie mercede ꝑdicent: ⁊ demōſtrēt: tñ reſpectiue pax aut nihil cōcludūt. Et qđ plus ē. ꝑſuppoſito ꝙ ſimul oēs humane lingue eēnt: vtputa oium iudeorum ſaracenorum: omniū thurcoꝝ: oiumq̄ʒ infi

delū ꝛ xpianoꝝ. Si querit̄: an poſſent ſiml'
oēs exprimere magnitudinē glorie vni⁹ aīe
in hac vita vincenti ſeipſam ꝓꝑ deū. Cla-
mans alta voce rn̄deo. nō nō non. Ulterius
dicā quid maximū. Preſuppoſito .n. ꝙ oīa
folia arboꝝ: oēs ſtelle celi: oēs lingue auiū:
atqȝ animaliū: oīaqȝ grana arene: lingue ſo-
rent. iterum quero an eis poſſibile eēt. ma-
gnitudinē eius mercedis exprimere: quam
deus aīe viriliter pugnāti: cōtra demonem:
mūdū: ꝛ carnē exhiberit: ꝛ valenter excla-
mās: iterū rn̄deo: ꝙ nō non nō: imō certe: vt
verū dicaȝ. Nunq̄ȝ eis poſſibile eēt de cētū
mille ptib⁹ illius glorie: aīe fideli dande: ſo-
lū vnā exprimere. Et ſi hoc prima facie for-
te incredibile videatur. tn̄ vītas ſine dubio
ſic ſe hȝ. Et qm̄ phs .i. metha. iuxta principiū
dicit. Ui recte docēt qui cāȝ de ſingulis red-
dūt. Et. viij. phiſi. dicit. Q portet dicentē nō
ſolū veꝝ affirmare: ſed etiā ipſi⁹ cāȝ aſſigna-
re. ideirco: vt hec cōcluſio nō tm̄ vā: ſed etiā
vīſſima appareat quadruplr probo. Prio
auctoritatib⁹. Secūdo diſtinctionib⁹. Ter-
tio rōnibus. Quarto reuelationib⁹. ¶ Pri-
mo probo auctoritatib⁹ diuerſis. Prima
auctoritas ē Grego. in moral'. ſuper verba
Job. Cū vix paruam ſtillā cepim⁹: dicētis.
Ois pſperitas atqȝ delectatio pn̄tis vite:
preſens ꝑteritā: ꝛ futura: eterne felicitati cō-
parata: eſt quaſi quedā ſtilla liquoris. Po-
tes etiā dicere aliā auctoritatē Grego. quā
ponit in omelia vni⁹ martyris: que incipit.
Si conſideremus chariſſimi que ꝛ quanta:
vſqȝ ad illud verbū: certamē laboꝝ. Ber. in
in ſententijs ēt ſuis dicit. Si omniū hoīum
lingue ſimul cēnt: ꝛ mihi loq vellent de glia
quā aīe bone habiture ſunt: citius in narrā-
do deficerent. q̄ȝ vel minimā ꝑtē illius glo-
rie exprimere poſſent. Q nis enim hoīuȝ vn-
q̄ȝ exprimere poſſet: quāte magnitudinis de-
us ſit. Et tn̄ deus ipſe erit merces ꝛ poſſeſ-
ſio aīarū ſanctarū. Idē quoqȝ Ber. ſuper
v̄ba Eccl'. Iocunditas cordis. ait. Illud ē
ſolū ꝛ veꝝ bonū: qd̄ nō de creatura ſed de
creatore concipitur: qd̄ cū acceperis: nemo tol-
let a te. Cui cōparata oīs aliūde iocūditas
meror ē. oīs ſuauitas dolor ē. omne dulce
amarum ē. omne decorum fedum. oē poſtre-
mo quod delectare poteſt moleſtū ē. Phs
etiā .x. Ethicoꝝ ait. Duplex eſt delectatio .ſ.
ſcḋm ſenſum: ꝛ ſcḋm intellectum ſpeculatiuum;
inter quoꝝ opatiōes: illa ē delectabiliſſima:
q̄ eſt ꝑfectiſſima. ꝑfectiſſima autē operatio
eſt q̄ eſt ſenſus: vel intellectus bene diſpoſiti
in opatione ad optimū coꝝ que ſubiacēt ſē-
ſui vel intellectui. ꝑfectiſſima aūt delectatio
eſt magis: que ē ſcḋm intellectū ad primā cau-
ſam: q̄ȝ q̄ eſt ſcḋm oēm ſenſum. Idem quoqȝ
in .xi. de animalib⁹. ait. Quāuis parum ſit.
ꝙ de ſuperioribus ſubſtantijs accipimus: tn̄
illd̄ modicū eſt magis amatū: magis deſide-
rabile ꝛ magis delectabile oī cognitiōe: quā
de oībus ſimul bonis: ꝛ ſubſtātijs inferiori-
bus habem⁹. Itē Apo .i. Corin. z. ait. Q cul⁹
non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hom i-
nis aſcendit. que preparauit deus diligentib⁹
ſe. O ciues notate verba: ꝛ ſignate miſteria:
Cogitate queſo quot bona ocul⁹ videre poſ-
ſet: vt ſunt lapides ꝑcioſi: auꝝ ꝛ ſimilia. Nā
(vt dicit phs .i. Metha. ꝛ li. de ſenſu ꝛ ſenſa-
to) Senſus inqt viſus. multas ꝛ quaſi infi-
nitas rerum ſpecies demonſtrare poteſt. Co-
gitate inſuper quot triumphos vltra omnes
preſentes qui ſunt: erūt: ꝛ fuerunt in hoc mū-
do: auris audire poſſet. Et inſuper cogitate:
quot bona ꝑcioſiſſima ꝛ delectabilia huma-
nus intellectus i hac vita intelligere poſſet:
ꝛ cum hec omnia cogitaueritis: ſcitote iuxta
prefatam ſententiā Pauli: ꝙ adhuc maior
eſt in infinitū felicitas a deo danda anime
que carnis: ꝛ mūdi: voluptates ſuperat. Au-
guſti. ſuper primā canonicā Joan. ait. Q ui
biberit d̄ flumio paradiſi: cuius gutta maior
eſt Occeano: reſtat vt in eo ſitis oīuȝ bonoꝝ
delectabilium preſentis vite funditus extin-
guatur. Idem quoqȝ Auguſtin⁹. in libro de
virginitate. ſic dicit. Tam ingens ꝛ maxima
eſt delectatio illius superne glorie: vt etiam
ſi non liceret amplius in ea: niſi vnius diei
hora manere. propter hoc ſolum innumera-
biles anni preſentis vite pleni delitijs: ꝛ om-
ni affluentia bonorū tēpaliū: recte merito-
qȝ contemnerentur. Deniqȝ idem Augu. ii.
de ciui. ſic dicit. Q d̄ deus preparat diligenti-
bus ſe. fide nō capit̄: ſpe non attingit̄: chari-
tate nō cōprēditur: deſideria ꝛ vota oīa trāſ-
greditur: acquiri pōt: extimari nō pōt. Ex
predictis igitur acctoritatibus patet: quali-
ter merces ꝛ gloria: que datur a deo aīe ſe-
ipſam in hoc mundo propter ipſum deum
vincenti inextimabilis ē. ¶ Secūdo hoc id ē
probo diſtinctiōib⁹. Et prio diſtinctiōe Ri-
car. in ſuo quolibet di. Cū queritur. an merces
future glorie: que datur rōnali anime virtuo-
ſe ꝛ bone: poſſit exprimi ꝛ narrari. Reſpōdeo
ꝙ tripliciter gloriā illam cognoſcere poſſum⁹
in hac vita. Aut ꝑ effectū. aut per fidem. aut ꝑ
momentaneā ipſius diuine eſſentie viſionē.
Per effectū gloriā illā cognoſcere non poſſu-
mus. Et ratio eſt: q: effectus nō ducit in ꝑfe-
ctā cognitionē ſue cauſe: ſicut nec cognitio ali-
cuius filij: prebet veraȝ cognitionē de ſuo pa-
tre ſine eius preſentia: ſimiliter nec fumus de-
monſtrat mihi ſine actuali viſione ipſi⁹ ignis
A ſimili ꝑfectionem ſubſtantie ignis dico: ꝙ
per effectus dei: qui ſunt creature: ſeu diuine
reuelationes: ꝛ gratiaruȝ infuſiones: nequaq̄ȝ
peruenimus ad eius dei: in quo vera homi-
nis felicitas conſiſtit. perfectā cognitionem.
Propter ꝙ ꝛ eius gloria per ſimplicē effectū
cognoſci nō poteſt. Per fidem etiā demon-
ſtrari nō poteſt excellentia illius glorie. Et ra-
tio eſt: q: cum omnis ꝑfecta cognitio ortum
habeat a ſenſu. ſicut dicit phs libro de ſenſu ꝛ
ſenſato. fides vero ipſa ſit ſimpliciter de non
viſis clarum eſt: ꝙ propter hoc: nō poteſt no-
bis fides veram noticiā illius mercedis ꝛ glo-
rie impēdere: quia ſicut cecus nō poteſt iudica-
re de coloribus: eo ꝙ colores videre nō pōt.
ſic a ſimili: nec fides: que eſt de nō viſis poteſt
nobis exprimere verū iudiciū: de magnitudi-
ne future mercedis ꝑ momentaneā etiā viſio-
nē nō pōt exprimi i hac vita magnitudo illi⁹
glorie. Nā pſuppoſito ꝙ q̇s in extaſi poſitus
ſeu raptus. videret ꝑ morulā gloriam diuine
eſſentie. in qua felicitas cōſiſtit. tn̄ cuȝ aīa illa
rediret in ꝓpriū corpus ꝛ in ꝓprios ſenſus:
nunq̄ȝ poſſet: nec vnq̄ȝ ſciret exprimere d̄ mil-
le ptib⁹ illius glorie vnā ſolā. Et hoc ꝓꝑ gra-
uitatem corpis. Nā vt dicit Salomon Sap.
ix. Corpus qd̄ corrūpitur aggrauat aīam: ꝛ de-
primit terrena inhabitatio ſenſum plura co-
gitantē. Et ꝓpterea dicebat Plato: licet erraue-
rit ꝙ noſtrū ſcire erat noſtrū reminiſci. Po-
nebat eni aīas ſimul oēs a principio i celo cre-
atas. ꝛ ibidē habitibus oīum ſciētiarū fuiſſe
plenas. ſed cū ex ꝑcepto prīe cauſe veniebāt
ad corpora iaȝ formata: ſtatiȝ obliuiſcebātur
omnium eoꝝ que in celo didicerāt. ꝛ ꝓꝑ hoc qn̄ i
tꝑe veritatis: ꝛ habitū alicui⁹ ſciētie addiſce-
bāt: ſeu capiebāt. dicebat ꝙ hoc nō erat diſce-
re: ſȝ erat remiſci eoꝝ que iā in celo an̄ ipſe
didicerāt. Que tn̄ opinio. vt ꝑdixi falſiſſima
eſt: eo ꝙ habitus virtutū ꝛ ſciētiaꝝ i hoc mon-
do acquirūt aīe ꝛ nō in eaꝝ creatiōe ſiue in vte-
ro mr̄is accipiūt. Sȝ inſuꝑ dato ꝙ q̇s reminiſ-
ceretur oīuȝ eoꝝ que in extaſi ꝑ morulā vidiſ-
ſet: adhuc ipoſſibile foret iſta exprimere qm̄
impoſſibile eēt inuenire vocabula in hac vita
ad ea ſufficiēter exprimēda. Qd̄ manifeſtū pȝ
in paulo. qui dicit .2. Cor. 12. Cū rapt⁹ eēt i pa-
diſum: ꝙ audiuit archana dei: que nō lȝ hoi lo-
qui .i. ſcḋm gl. que nō pn̄t licite loqui. Hec Ric.
ſubſtāl'r. Ex hac diſtinctōe pȝ: qualr nec ꝑ effcm̄
nec ꝑ fidē nec inſuꝑ ꝑ momentaneā viſioneȝ
eēntie dei. pōt exprimi ꝓfunditas: ꝛ magnitu-
do future mercedis: ꝛ glie: que dabitur anime
carnalib⁹: mūdanis: atqȝ diabolicis tētationi-
bus viriliter reſiſtēti. Aliā diſtinctiōeȝ ponit
Tho. i. 2. q. 3. ar. viij. in corꝑe. q. di. Cū querit̄
an btitudo hoīs poſſit in alia re: q̄ȝ in viſiōe
ſoli⁹ diuine eēntie: que in ſe ɔ̄tinet oīa bona
deſiderabilia cōſiſtere. rn̄. ꝙ nō. Ad cui⁹ euidē-
tiā duo cōſiderāda ſunt. Prio ꝙ hō nō ē ꝑfe-
ct⁹ i btitudine q̄ȝdiu ſibi reſtat aliqd̄ deſiderādū
ꝛ querēdū. Scḋm eſt: ꝙ vniuſcuiuſqȝ ꝑfectio
attēditur ſcḋm rōnē ſui obiecti. Obiectū aūt in-
tellect⁹ ē ꝙ q̇d eſt .i. eēntia rei: vt dr̄ in .3. de
aīa. Uñ intatū ꝓcedit ꝑfectio intellect⁹: inq̄ȝ-
tū cognoſcit eēntiā alicui⁹ rei. Si ergo intelle-
ctus aliquis cognoſcat eēntiā alicui⁹ effectus
ꝑ quā nō poſſit cognoſci eēntia cāe: vt. ſ. ſcia-
tur de cā q̇d eſt nō dr̄ intellect⁹ attingere ad
cām ſimplr: q̄ȝuis ꝑ effectū cognoſcere poſſit
de cā an ſit. Et iō remanet ex hoc adhuc natu-
ralr hoi deſideriū: cū cognoſcit effectū: ꝛ ſcit
eū habere cām: vt ēt ſciat de cā q̇d eſt. ꝛ illud
deſideriū eſt admiratōis: ꝛ cāt inquiſitiōeȝ: vt
dr̄ prio Meth. puta ſi aliq̇s cognoſcēs eclip-
ſim ſolis cōſiderat ꝙ ex aliqua cā ꝓcedat. De
qua q: neſcit quid ſit admiratur: ꝛ admirādo
inquirit: nec iſta inquiſitio quieſcit: quouſqȝ
ꝑueniat ad cognoſcendam eſſentiam cauſe.
Si ergo humanus intellectus cognoſcens
eſſentiam alicuius effectus creati non cogno-
ſcat de deo: niſi an eſt: nundum perfectio eius
attingit ſimpliciter ad primam cauſam: ſed
remanet ei adhuc naturale deſiderium in-
quirendi cauſam. ¶ Unde nundum eſt per-
fecte beatus. Ad perfectam ergo beatitudi-
nem requiritur omnino ꝙ intellectus attin-
gat ad ipſam eſſentiam prime cauſe: ꝛ ſic per-
fectionem ſuam habebit per vnionem ad de-
um: ſicut ad obiectum: in quo ſola beatitu-

do hominis: vt ſupra dictuʒ eſt conſiſtere po
teſt. h Tho. Ex ꝑdictis concluditur ꝙ ex quo
nullum bonū creatum pōt iſufficere rationali
anime: niſi habeat bonū increatū: qḋ eſt deus
⁊ deus ſit inextimabilis bonitas. concluditur
per ꝯñs ꝙ merces eterne vite danda anime:
que vicit paſſiones ſuos inextimabilis eſt.
¶ Scḋo hoc ideʒ ꝓbo per .v. rōnes. Primo
rōne imparticipationis. Scḋo rōne iuſtifica
tionis. Tertio rōne preguſtationis. Quarto
rōne obiectionis. Quinto rōne reſolutionis.
¶ Primo ꝓbo rōne imparticipationis. ꝙ
vʒ futura felicitas incōparabilr excedit oēm
magnitudinē mundane ⁊ p̄ſentis felicitatis: p̄
terite ⁊ future. Fundamentum rōnis ponit
Phs .i. poſteriorꝝ. di. Omne qḋ eſt ꝑ eſſentiā:
eſt maius ⁊ ꝑfectius omni eo: qḋ eſt ſimplr ꝑ
participationē. Patet hec regula. Nā claritas
ſolis eſt maior ⁊ ꝑfectior incōparabiliter cla
ritate oium ſtellarꝝ: eo ꝙ claritas ſua eſt ſibi
eſſentialis. claritas vero ſtellarū eſt ꝑ partici
pationem. Silr calor ignis eſt ꝑfectior calor:
qui eſt in lapide: aut in ferro ignito: pro eo ꝙ
ille calor eſt eſſentialis. Ecōtra vero calor qui
eſt in lapide: aut in ferro ignoto: eſt ſibi ꝑ par
ticipationem. Quo p̄ſuppoſito: certū eſt ꝙ p̄
miū ipſius anime: vt predictū eſt. eſt bonitas
ſummi dei: que eſt ſibi per eſſentiam. Ecōtra
vero: omnis ſimul bonitas oium creaturarū
ſeu aliarꝝ que creare poſſet: ineſt eis ꝑ partici
pationem. Qḋ ſi ſic eſt: ergo, neceſſe eſt cōclu
dere: ꝙ aia habens deū pro premio: hʒ in infi
nitum maiorem felicitatē ⁊ beatitudinem: q̄ʒ
ſi haberet infinitas creaturas: in q̇bus recipe
ret beatitudinem ſuā deo non habito: Proin
de phs hoc cōfirmat .ii. Metha. di. Quicq̇d
eſt cā aliorꝝ vt ſint talia: id maxime eſt tale. cū
quo cōcordans Auctor in lib. de cauſis. dicit.
Cauſa prima eſt diues ꝑ ſeipſum: ⁊ eſt diues
magis omnibus. Omnis enim res cōpoſita
indigens eſt alio: aut rebus q̇bus cōponitur.
Res aūt ſimplex eſt vna: ⁊ vnitas eſt eius bo
nitas: ⁊ bonitas eius ē vnitas. Illa ergo res
eſt magis diues: que influit oibus: ⁊ nō ſit in
fluxio ſuper ipſam. h ibi. Et ibidem etiā dr.
Quicquid pōt cā ſcḋa: poteſt cauſa prima no
biliori ⁊ altiori modo. Que ſimul omnia cō
firmans Salomon Sapien. iʒ. dicit. Quorū
ſi ſpē delectati deos putauerūt: ſciant quāto
his dñator eorꝝ ſpecioſior. Speciei enim ge
nerator h omnia conſtituit. Aut ſi virtuteʒ ⁊
opera eorū numerati ſunt: intelligant ab his.
q̄m qui h conſtituit: fortior eſt illis. A magni
tudine enim ſpeciei ⁊ creatur cognoſcibiliter
poterit eorꝝ creator videri. h ille. Ex qua rōe
patet. qualiter futura felicitas inextimabilis
eſt per cōparationem omniū bonorꝝ p̄ntis vi
te. Et confirmatur iſta ratio. Certū eſt enim
ſm. Auctorem in lib. de cāis. ⁊ in primo de
aia ꝙ nobilior cauſa ſemꝑ nobiliorē ꝓducit
effectū. Patet exemplo de triplici genere vi
ni: quorꝝ vnū eſt bonū: aliud melius: aliḋ ve
ro optimū. Si enim petas cām diuerſitatis
iſtarꝝ bonitatū. dico ꝙ vnum vinū iḋ bonuʒ
eſt: eo ꝙ habuit bonam cām. ſ. vitem. Aliud
vero melius eſt. ⁊ aliud optimum: q: habuit
meliorem ⁊ optimā vitem. Quo conceſſo pe
to quid eſt nobilius. an omnia temporalia: ſi
cut ſunt gēme: argentum: aurū fructus terre ⁊
huiuſmodi. ⁊ iſuper omnia corporalia bona
⁊ mundani honores: a quibus omnis mūda
na delectatio egreditur. an ipſe deus. Et cla
rum eſt: ꝙ deus eſt nobilior in infinitum om
nibus ſimul humanis corporibus: atqʒ tēpo
ralibus bonis. Quodſi ſic eſt: ergo gaudiū:
ſeu delectatio: vel felicitas que egreditur ab
ipſo deo in infinitū excedit oēm aliam mun
di felicitatē ⁊ delectationem: De qua inenar
rabili delectatione dicit ꝓpha Inebriabun
tur ſcʒ gaudio ⁊ dulcedine ab vbertate domꝰ
tue: ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Et
Auguſtinus in glo. ſuper ſecundā epiſtolam
Corin. di. Dulcedo caritatis de fonte celeſtis
curie amicis dei in hac valle miſerie ſtilla
tur. In regione vero illa celeſti dulcedo i ſuo
fōte bibitur: ⁊ exinde aliquid aſpergitur huic
humane vite: vt in tentationibus huius ſecu
li fortiter: iuſte: ⁊ prudenter viuatur. hec ille.
Omnia predicta optime concludit Phs. .ii.
Metha. di. Delectatio: que eſt in actu intelle
ctus enim notior eſt omni delectatione que
eſt in actu ſenſus. vnde oportet ꝙ maxima ⁊
perfectiſſima ſit intelligentia optimi: ex qua
ſequitur maxima delectatio. vnde in illa in
telligentia qua intelligitur primum mouens:
qḋ eſt primum intelligibile: eſt maxima dele
ctatio hec ibi. O igitur anima beſtialis. O ani
ma inſenſata. O aia ceca. O aia intellectus vo
lumine priuata: cur magis eligis delectatiōes
tuas: ⁊ felicitates a corpore fetido ⁊ ſtercore
pleno vnius adultere: ⁊ meretricis: vniuſqʒ
iniq ⁊ peſſimi fornicatoris: ſacrilegi: ⁊ lenōis



q̄ʒ a deo tuo: q̄ʒ a creatore tuo: ⁊ q̄ʒ a redē
ptore tuo: a quo veriſſima ⁊ incōparabilis
(vt probatum ē) delectatio egreditur. Dele
ctare in dño inquit propheta: ⁊ dabit tibi pe
titiones cordis tui. i. oēm dulcedinē: felicitatē
⁊ delectationē tibi dabit: quā cor tuū appe
tere poſſit. Et ſic pʒ prima rō. ¶ Scḋo etiaʒ
ꝓbo rōne iuſtificatiōis: ꝙ. ſ. inextimabilis ē
beatitudo quā dabit deꝰ aie ſeipſam vincē
ti ⁊ paſſiones ſuas. Fūdamētū rōnis po
nit Cōmētator ſuꝑ. xi. Metha. di. Oēs ꝑfe
ctiones que ſunt in rebꝰ: ꝑfectiori mō ſunt
in cauſa prima. Cū quo ꝯcordās Dio. li. de
di. no. di. Qui de deo recte ſentiūt: oia ei at
tribuūt. i. oēs ꝑfectiōes creaturarū: ⁊ oia ab
eo remouerēt. i. earū iperfectiōes. Quo p̄
ſuppoſito certū ē ſm oēs theologos in. iiij.
di. xlvi. ꝙ in creaturis duplex ē perfectio iu
ſticie: vʒ cōmutatiue ⁊ diſtributiue. Quas ēt
phs. v. ethi. ponit. Et ſi iuſticia cōmutatiua
nō cadat in deo: q: nullus pōt facere aliqd
qḋ ſimplr ſit dignū grā ſua: tñ iuſticia di
ſtributiua: que reddit vnicuiqʒ qḋ ſuū ē: ſʒ
nobilitatē ſue eēntie: ſeu ſm exigentiā meri
torꝝ in eo cadit. Que ēt iuſticia in rōnabili
bus creaturis inuenit pro eo ꝙ ſm ſtatum
ſpūalē vel tpalē nobiliorē: vel ignobiliorē:
dant dignitates ⁊ honores. Qḋ ſi ſic ē: ꝙ ta
lis diſtributiua iuſticia in creaturis inuenit.
g̃ neceſſe ē: ꝙ tāto in ifinitū abūdet in crea
tore: q̄ʒto creator ipſe in alia bonitate: oēs
ſimul creaturas excedit. Aliter ſequeret: ſi
iuſticia hec in deo nō eēt: ꝙ creatura eēt ꝑfe
ctior creatore: qḋ vtiqʒ ē ipoſſibile atqʒ fal
ſiſſimū. dicēte Anſelmo li. Cur deꝰ homo: ꝙ
quodlibet ꝑuū incōueniēs in dō. ſeqtur im
poſſibilitas. Quibꝰ p̄miſſis clarꝝ ē. ꝙ cū hō
ſit cōpoſitꝰ ex mā ⁊ forma (vt di. ij. de aia:
ſeu ex corꝑe ⁊ aia) certū ē: ꝙ deꝰ ipſe ꝑ diſtri
butiuā iuſticiā: q̄ſi bona ifinita: corꝑi ſubie
cit. vñ ecce: ꝙ pro hūano corꝑe. ſeu ifinitas
delectatiōes hūano creauit deꝰ. ⁊ fecit oēs
fructꝰ terre oīaqʒ aialia. oēs volucres celi:
oēs piſces aquarꝝ: tot ſuauiſſimos flores ⁊
diuerſos. aurū inſuꝑ: argētū: atqʒ lapides
ꝓcioſos ſimꝉ cū inumerabilibꝰ margaritis.
itē māna: zucharūʒ ⁊ balſamū. ſeptē ſperas.
celū ſtellatū: criſtallinū: atqʒ empireū: ſolē: lu
nā: ⁊ tā diuerſa ſidera. Tot medicos cū me
dicinis inſuꝑ ordiauit. vt idē hūanū corpꝰ
cōcurrētibꝰ medicinis ab ifirmitate libera
rent: ⁊ ꝯſeruarēt: ⁊ cetera hmōi: q̄ſi infinita
alia bona. Que ſimꝉ oia cōplectēs ꝓpha di
cit. Oia ſubieciſti ſub pedibꝰ eiꝰ ⁊c. Eadeʒ
ꝟitas Geneſ. i. ponit. Ubi legit: ꝙ poſt oiuʒ
p̄dictorꝝ creationē: deꝰ ꝑpoſuit oia Ade: ⁊
eiꝰ impio ⁊ vſui oia ſubiecit: ꝙ ſi tanta deus
pro humano corꝑe fecit: cū aia q̄ſi in infini
ta ſit nobilior quolibet hūano corꝑe: eo ꝙ
finis melior ē (vt di. ii. phi.) di eo qḋ ē ad fi
nē. ſicut dñs melior di ſuo. Sic ēt di extra
de obia ⁊ maioritate. c. ſolite ⁊. c. illud. Et ex̄
de pe. ⁊ re. c. Cū infirmitas. Qḋ ꝯfirmās ſal
uator Mat. xvi. dicit. Quid ꝓdeſt hoi ⁊c. ⁊
qḋ plus ē: dico ꝙ intantū ē nobilior: ꝙ ſi ſo
la aia poſſet diuidi per ꝑtes millenas: adhuc
ꝑs vnius aie eēt melior atqʒ nobilior oibus
corporibus hoium: ⁊ ceteris materialibꝰ bo
nis. Qḋ ſi ſic ē cum aia vt predictū ē ſit q̄ſi
in infinitū nobilior oi corꝑe: neceſſe ē cōclu
dere ꝙ ſit deꝰ ex iuſticia diſtributiua tot inu
merabilia bona corꝑi prebet (quod ē morta
le ſacculū ꝟmiū atqʒ ſtercorꝝ) ꝙ a fortiori
tanto plura dona ⁊ delectationes det ipſi
aie q̄ʒto aia ipſa corpus in nobilitate excedit.
Sed cū quaſi vt predixi in infinitū excedit
in nobilitate oia corꝑa. g̃ iuſtitia diſtributiua
reqrit: ꝙ in infinitū deꝰ ipſe iuſtiſſimꝰ det
maiores delitias ⁊ bona ipſi aie rōnali: q̄ʒ
humanis corporibus. Quis igit bona que
ꝑparat deꝰ rōnabili aie viriliter tentationibꝰ
reſiſtenti. poſſet vnq̄ʒ in p̄nti vita intelligere:
ſeu lingua humana exprimere: Certe oēs in
tellectꝰ oiſqʒ ſimul humane lingue in hoc
deficerent. Taceo ꝙ ſi deꝰ hoibus paganis:
vtiqʒ inimiciſſimis ſuis. vtputa Neroni Dio
cletiano. Marētio: ⁊ ſimilibꝰ tirānis: qui erāt
indigni aqua ⁊ pane: quibus veſcebantur:
tot ⁊ tanta innumerabilia bona dedit: quis
dubitet: ꝙ in infinitū non det maiora bona
filijs ſuis: ⁊ amicis predictis cum corde: ore
⁊ opere diligentibus: ⁊ oēs paſſiones ſuas
pro eius amore ſuperantibꝰ: Supradicta
oia in hac rōne contenta confirmat Augu.
in xxi. c. ſoliloquiorꝝ ſuorꝝ. di. En inqt apit
mihi miſericordia tua magna dñe. Nā ex mi
nimis tua magna: ⁊ ex viſibilibꝰ his tua in
uiſibilia cōprēdo. Si. n. pro hoc corꝑe igno
bili ⁊ corruptibili tam magna ⁊ mira nobis
beneficia preſtas a celo ⁊ ab aere: a terra ⁊
a mari: a luce ⁊ a tenebris: a calore ⁊ vbera
a rore: ymbre: ventis: ⁊ a pluuia: a volucribꝰ

⁊ apicibꝰ: a beſtijs: ⁊ arboribus: ⁊ a multi-
plicibꝰ herbaꝝ ⁊ germinū terre cūctarumqꝫ
creaturarū miſterio nobis ſucceſſiue ꝑ ſua
tp̄a miniſtrantiū: vt alleues faſtidiū qualia
queſo ⁊ quā magna ⁊ inumerabilia ſunt il-
la bona. que ꝑparaſti diligētibꝰ te: in illa ce-
leſti patria: vbi te videbimꝰ facie ad faciem
Si tāta nobis facis in carcere: quid agis in
palatio: Magna ⁊ innumerabilia ſunt opa
tua dn̄e rex ſeculoꝝ. Et cū hec ſint oīa val-
de bona ⁊ delectabilia: que bonis pariter ⁊
malis tradidiſti: qualia (queſo) futura ſunt:
que ſolis bonis recondidiſti: Si tā innume-
ra ⁊ varia donaria nūc amicis tribuis pari-
ter ⁊ inimicis: ꝗꝫ magna ⁊ innumerabilia: ꝗꝫ
dulcia ⁊ delectabilia ſunt: q̄ ſolis tuis ami-
cis elargiturus es. Si tā ſolatia cōfers in
hac valle lachrymarū: ꝗꝫ dabis in die nupti-
arū: ſi tot infinita delectabilia cōtinet carcer
quāta (queſo) ꝯtinet patria: Quis nunꝗꝫ
vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs vnꝗꝫ
aſcēdit: que ꝑparauit deꝰ diligentibꝰ ſe. Sm̄
enim magnā multitudinē magnificentie tue
eſt ⁊ magna multitudo dulcedinis tue. Et
quia magnus es ⁊ imenſus: nec eſt finis ma-
gnitudinis tue: nec ē numerus ſapientie tue
nec ē mēſura benignitatis tue: ſic nec eſt fi-
nis neqꝫ mēſura: neqꝫ numerus retributio-
nis tue. Sed ſicut magnꝰ es tu: ꝓfecto ma-
gna ſunt ⁊ donaria tua: qm̄ tuipſe ſolus es
donū ⁊ p̄miū oium legitimoꝝ pugnatorum
tuoꝝ: atqꝫ oiuꝫ diligentiū te. hec ibi verba.
¶ Tertio hoc idē ꝓbo rōne ꝑguſtatōis. Fū-
damētū rōnis ponit ph̄s. i. de aīa di. Accidē-
tia magnā partē cōferūt ad ſciēdū qd̄ qui ē
patet h̄ regula. Nā medici ex accidentibꝰ: q̄
veniūt in corꝑe egroti. deueniūt in cognitio-
nē quidditatis: ſeu cauſarum infirmitatis
eius. Similiter iudex ex accidentibꝰ q̄ ple-
rūqꝫ fiunt in corpore furis. prout eſt paleſce-
re: obmuteſcere ⁊ huiuſmodi: venit ad cogni-
tionē furti quod fecit. Similiter probatū eſt
ex ſanguine iā diu coagulato egrediente a
corpore mortui vel occiſi: cognoſcitur in trā-
ſitu hoīum: qui ipſius occiſi fuerit homicida
Quo preſuppoſito certū ē ꝙ in preſenti vi-
ta perſonis ſanctis ⁊ deuotis: plerūqꝫ deus
infūdit q̄ſdā ſpūales delectatiōes q̄ magis
aīaꝫ letificāt: ꝗꝫ ſimul oēs delitie mundane.
immo citius illas preeligerent infinitis mū-
dis atqꝫ theſauris: Quod patet de Magda-

lena: que ⁊ ſi experta fuiſſet quaſi omne ge-
nus mundanarum delectationū. quia (vt di-
citur Matthei vltimo) Dominus expulit ab
ea ſeptem demonia. i. ſm̄ Gregorium. om-
nes delectationes peccatorum mortaliuꝫ: ta-
men (vt hētur in eius legenda) prefatas de-
lectationes abhorrens. poſt aſcenſioneꝫ do-
mini triginta annis ſtetit in deſerto: in ꝗbus
nec vnꝗꝫ bibit: nec vnꝗꝫ manducauit aliꝗd
materiale. nec inſuꝑ accepit etiā mundanā
ac corporalē delectationē. Pretermitto de-
lectationē filioꝝ iſrael: quā a deo (dū in de-
ſerto eſſēt) habuerūt. De qua Salomō. Sa-
pi. xvi. ſic ait. Angeloꝝ eſca nutriuiſti ppl'm
tuū: ⁊ paratū de celo panē p̄ſtitiſti illis: ſine
labore oēm delectamētum in ſe habētem ⁊
oīs ſaporis ſuauitatē. Subſtantiaꝫ. n. tuam
⁊ dulcedinē tuā: quam habeas in filios oſtē-
debas ⁊ deſeruiēs vniuſcuiuſqꝫ voluntati:
ad ꝙ quiſqꝫ volebat conuertebat̄. Hoc ideꝫ
dico de ceteris ſanctis noui teſtamēti. Si igi-
tur tam inenarrabilis eſt felicitas accidētal'
ꝓcedēs ꝑ infuſioneꝫ gr̄e ab ipſo deo: ex hoc
quiſqꝫ arguere poteſt. ꝙ multo plꝰ in infini-
tū erit maior delectatio ⁊ felicitas animabꝰ
in patria ex viſione diuine ſubſtantie: q̄ fuit
cauſa tam ingentis delectationis in hac vi-
ta. Taceo de dulcedine martyrū qui ꝓpter
abundanteꝫ leticiam infuſe gratie. martyriꝫ
penas nō ſentiebāt: imo amara martyria in
quandā inextimabilē leticiam ꝯuertebant̄.
Sic. n. eccleſia teſtat̄ de Stephano protho-
martyre. Lapides (inquit) torrentis illi dul-
ces fuerūt. Simil'r ⁊ leuita Laurentiꝰ tyrā-
no dicebat. Diſce miſer: qꝛ carbones tui mi-
hi refrigerium preſtant. Qd̄ ſi ſic fuit in hac
vita etiā in amariſſimis tormētis: quid ar-
guēdū ē in futura: in qua nulla: nec minima
erunt tormēta: An non ſm̄ ph̄ꝫ. i. de genera-
tione ⁊ cor. ⁊. i. phiſi. Subſtantia ceteris pa-
ribꝰ: melior ē quolibet accidente. Si igitur
propter accidētalē delectationē que dat̄ in
hoc mundo: rōnalis aīa delectationes infi-
nitorū mūdoꝝ: dato ꝙ eſſent: ſupereminēt:
quid queſo credis anima eſt habitura: quā-
do ipſam ſubſtantiam ⁊ diuinā eſſentiam a
qua omnis accidentalis delectatio egredit̄
libere poſſidebit: An nō maior inuenit̄ per-
fectio in ipſo fonte ꝗꝫ in riuulo: Et eſt certū
ꝙ ſic. Hinc ē ꝙ Hierony. in quadā epiſtola
dicit. Si dulciores in hac vita ſunt lachry-

me penitentiū: ꝗꝫ ſimul omnes delicie diuitiꝫ:
quid queſo futurū eſt in celeſti patria: in qua
nō lachryme: ſed radij plene dulcedinis appa-
rebunt. Hec ille. Et Aug. in quodā ſermone.
ſic. ait. Tanta eſt dulcedo future glorie: ꝙ ſi
vna gutta in infernū deflueret: totam dānato-
rum amaritudinē dulcoraret. Hec ille. Hic re-
plicare potes ſi vis exemplū beati patris no-
ſtri Franciſci: de delectatione quam habuit ex
melodia cithare: qd̄ exemplū habes i hoc qua-
drageſimali. in primo ſermone in fine partis
principalis. Liber equo tanta erit in celeſti pa-
tria delectatio anime ſeipſam vincentis pre
amore ex dare. o dulcedo inenarrabilis. o dele-
ctatio inextimabilis. o felicitas imenſa. o bea-
titudo ꝓfunda. o merces inexplicabilis eterne
patrie quis te humana lingua exprimere poſſꝫ
qui ſe omnes paſſiones ſuas in hac vita nō ſu-
perabit ⁊ vincet: ex quo mercedeꝫ ſuſcipiet om-
ni lingue inenarrabilem. ¶ Quarto etiā pro-
bo ratione obiectionis: ꝙ. ſ. anima ſe vincens
⁊ ſuperans: inextimabilem gloriam eſt habitu-
ra. Fundamentū rationis ponit ph̄s ſecundo
de anima. ⁊. io. Ethicoꝝ. di. A ꝓprio obiecto
potentia ſimpliciter recipit ſuā perfectionem.
Patet hec regula. Cum enim obiectum viſus
ſit color: ſeu corpus coloratū. prout dicit ph̄s
ſecūdo de anima. certū eſt ꝙ ſi ante oculos po-
neres omnes melodias: ſonos: ⁊ cantus diuer-
ſorum inſtrumentorū: nunꝗꝫ quieſceret eoruꝫ
appetitus. Et ratio eſt: quia proprium obiectū
non habent. Econtra vero ſi eis preponas pul-
cherrimam figurā: ſeu imaginem: vel ſpeciem
alicuius mulieris formoſe: ſeu adoleſcentis:
vtiqꝫ recipient ex hoc maximam delectationē.
Per oppoſitum autem: ſi preponas auribus
omnem pulchritudinem mulierum: nullaꝫ ꝓ-
pter hoc delectationem ſuſcipient. Qd̄ ſi eis
ante ponas melodias diuerſorum inſtrumen-
torum: ſumme quieſcent ⁊ delectabuntur in il-
lo ſono ⁊ cantu. Similiter cum obiectum gule
ſit cibus ⁊ potus. ſi eis ante ponas pulchritu-
dinem omnium mulierum: atqꝫ imaginum: ⁊
ſimiliter omnem melodiam inſtrumentorum
nullam propter hoc delectationem ſuſcipiēt.
Econtra ſi ante ponas bonam vernantiam, ⁊
maluaſiam: optimoſqꝫ capones: ⁊ huiuſmodi
cōtentabitur valde ⁊ delectabitur in eis. Quo
preſuppoſito: peto quod ſit ſimpliciter obie-
ctum immediatum rationalis anime. Et certū

eſt ſecundum Ricar. in quarto diſtinctiōe. xlix.
articulo ſecundo. queſt. ſexta ⁊ ſm̄ Thomam
prima ſecunde. queſti. tertia. articulo octauo.
ꝙ eſt ſolus deus ⁊ creator omnium creatura-
rum. dicente etiā Auguſtino. prout recitat ma-
giſter ſecūde diſtinctione prima. Creauit deus
inquit creaturam rationalem ⁊c. Quod ſi deꝰ
ſolus eſt ſimpliciter obiectum humani intelle-
ctus: ipſe poſſit vnꝗꝫ beatificari in omnibus
creaturis que ſunt ⁊ que a deo creari poſſent:
Sed ſimpliciter oportet: ꝙ beatificetur i deo
tanꝗꝫ in proprio obiecto. Quod confirmans
Auguſti. libro confeſ. dicit. Feciſti nos domi-
ne ad te: ⁊ inquietum eſt cor noſtrum: niſi reqe-
ſcat in te. Et idem Auguſtinus libro decimo
de ciuitate dei. allegans ſententiam Plotini
philoſophi dicit. Tam delicata ē diuina viſio
totoqꝫ amore dignū. ꝙ quicquid haberi poſſit
ea nō habita. faciat hominem miſerum non
beatum. Hec ille. Et cōfirmatur iſta ratio. Cla-
rum eſt enim: ꝙ obiectum intellectus eſt vni-
uerſale verum: ⁊ obiectum voluntatis vniuer-
ſale: inquit: non habet eſſe niſi ſecundum ꝙ eſt
in anima: cuius eſt obiectum. Et philoſophus
primo Phiſicorum dicit. Uniuerſale ſm̄ intel-
lectum eſt notius: particulare vero ſecunduꝫ
eſt: ꝙ fides ſanctiſſima ſeu ſcia fidei: facit i
telligere plures ⁊ nobiliores veritates cete
ris oibus ſcientijs. Ergo ſeqtur per ꝯſis: ꝙ
fides eſt nobilior oi alia ſcia. Et declaro ſic
hanc minorem. Certum eſt.n. ſm Phm.ij.⁊
v. Ethi. ꝙ ſimiles habitus ſimpl'r generant
ſimiles actus. Tūc vltra. Manifeſtū ē: ꝙ ois
habitus ſcie acqſite p intellectū humanum
eſt ſimpl'r hitus nālis. Q ꝺ ſi ſic eſt: pꝫ ꝙ ta
lis hitus nequaq̄ pōt ſe extendere ad intel
ligendū ſeu capiēdū ꝟitates ſupnaturales.
pp qꝺ Bonauē. in.3.di.23.ar.q.2. ꝟbalit di.
Per nullum habitum nālē vel acqſitū ele
uatur vnq̄ intellectus ſuper ſe: vt apphen
dat ſupnaturalia: ſeu vt aſſentiat prime ꝟi
tati pp ſe: ⁊ ſuper oia h bona. Ut aucē per
practicā ſupradicta ꝯfirmemus: peto an per
ſciam naturalē poſſit aliqs intellectus crea
tus intelligere: ꝙ verbū dei ineffabile fuerit
vnitum humane nature in vtero virginis
vnione hypoſtatica. Et certū ē ꝙ nō mirū
.n. vī toti nature: quō virtus finita vnita in
finite ab ipſa ſuſtentet in vnitate ſuppoſiti:
nec infirmetur vel ꝯſumet: cū tn̄ maximum
calidū radicale cōſumat humidū paruū ra
dicale. Immo mirꝫ vī ꝙ ſalua veritate diui
ne nature in eodē ſuppoſito ſit ꝟa humani
tas: ita ꝙ idē ſuppoſitū realr ſit pfect⁹ hō
⁊ pfectus deus. Certe hoc ē mirꝫ ⁊ hāc veri
tatē nō capit grāmaticus. nō rethoric⁹ non
logicus: nō poetic⁹: nō aſtrolog⁹: nō phs: nō
.n. vnq̄ viderūt vel videre poterūt grāmati
ci: nec rethorici: nec logici: nec poete: nec aſtro
logi: nec phi: per habitum ſcie naturalis: ⁊
acquiſite: quō poſſit virtus finita ſalua veri
tate ſue nature in eadē hypoſtaſi vniri infi
nite ⁊ non cōſumi. Non etiam poterit logi
cus: ſophiſticus: vel dialeticus: ſiue demon
ſtratiu⁹: p ſuā experientiā atqꝫ ſciam cōclu
dere virtutē finitā ab infinita ſuſtentari. at
qꝫ ex duobus remotiſſimis ⁊ diſtantibus in

iſinitū vnū ſuppoſitū fieri. Hoc ēt myſteriū
nō capit phs moralis: vel methaphyſicus p
ſuā ſapiaꝫ: Nō.n. hitu naturalis ſcie vider
ſeu intelligere poterūt phi naturales mora
les vel phyſici cū oi ſua ſapia: quō dei ꝟbū
ineffabile: īpaſſibile: ⁊ īmortale: potuerit hō
fieri paſſibilis ⁊ mortalis: ⁊ vltra hoc ſimul
pati ⁊ ſimul beatificari dum penderet in cru
ce ⁊ moretur. Hoc inſuper myſterium nō ca
pit geometricus: nec arithmetricus: nec mu
ſicus per ſuam cōſonantiam. Non.n. videre
potuerunt geometrici: quō circulus infinit⁹
potuit abreuiari: ⁊ inſuper per finitatē men
ſurari. Nec arithmetrici videre potuerunt
quō vnitas inattingibilis potuerit copulari:
nec etiaꝫ muſici: quō vnitas indiuiſibilis po
tuerit mediari. Hoc etiam myſterium nō ca
pit aſtrologus. non propha mundanus. non
phitonicus per ſuā influentiā. Non.n. intel
ligere potuit aſtrologus p ſyderū influētiā:
nec propha mundanus per ſignorum euidē
tiā: nec homo phitonicus p obedietiā demo
nis: ⁊ ſcientiam diuine incarnationis ſuper
naturale myſteriū. Hoc deniqꝫ myſterium
non capit iuridicus auditor: ſeu iuriſta ciui
lis p ſuā audaciā: non.n. ex lege humanitus
adiuncta pōt ꝯcludi ⁊ intelligi: ꝙ par poſſit
pportionari inter creaturā ⁊ creatorem. Ex
pfato igit diſcurſu euidēter apparet: ꝙ nul
lus hitus ſcie nālis: pōt ſe extendere ad itel
ligēdū ꝟitates ſupnāles. Q ꝺ totū ꝯfirmat
Iſaias. vij.c. di. Niſi credideritꝭ.ſ.p alium
hituꝫ q̄ p nāleꝫ: non intelligetis.ſ. ſpnālia.
Ppoſitū eſt de ſanctiſſima fide: q̄ cum ſit
qdaꝫ habitus a deo infuſus ⁊ ſpnaturalis
certum eſt ꝙ facit intellectum ꝟitates ſuper
naturales intelligere: Et ꝙ fides realiter ſit
hitus ſpnaturalis: tripliciter pbo. Primo
auctoritatibus. Scꝺo ratione. Tertio diſtin
ctione. ¶ Primo probo auctoritatib⁹. Naꝫ
Paulus ad Ephe.2. ait. Grā ſaluati eſtis
p fidem. ⁊ hoc non ex nobis nequis glorief
dei enim donum eſt. Item.i. Cor. xij. dicitur
Alij datur.ſ.a Deo fides in eodem ſpiritu.
Si ergo fides datur a deo: ergo non acquiri
tur per naturam: ergo eſt habitus ſuperna
turalis. Item Sapien. iij. Salomon ait Da
bitur ei fidei donum electum: ⁊ ſors in tem
plo dei acceptiſſima Aug. etiam lib. de lib.
arbitrio. ⁊ ponitur de conſe. diſtin. iiij.c. gra
tia. ait: Fides non eſt liberi arbitrij tantum:





ſed donū dei. Et Luc. xvij. dicebāt diſcipl'i
Dn̄e adauge nobis fidē. Et Mar. ix.c. qdā
dixit. Adiuua dn̄e incredulitatē meā. Ex q
bus auctibus pꝫ: ꝙ habit⁹ fidei non eſt acq
ſitus ſed infuſus. ¶ Scꝺo hoc etiā probo
vnica rōne: vꝫ operationis. Fundamentū rō
nis ponit dn̄s Matt. vij. di. Ab opib⁹ eorū
cognoſcetꝭ eos. vꝫ hypocritas ⁊ viros iuſtos
Quo ꝯceſſo vꝫ: ꝙ opa ſunt demonſtratiua
eſſentie rei: Bonauētura in.3. di.23. ar.2. q.2.
ſic arguit. Illud ſuqd qꝺ pōt in ea q̄ ſunt ⁊
ſupra ⁊ ꝯ naturā: nec eſt a natura: nec ē ab
acqſitione: ſed habitus fidei nō tm̄ formal'
ſed ēt informalis: pōt intelligere ea q̄ ſunt
ſupra nām. qꝺ pꝫ. qꝛ ēt p fidē iformē elicit
intellectus ad credulitatē diuine incarnatio
nis: ⁊ diſtinctionis trinitatis: q̄ excedūt hūa
nū intellectū p naturā. qꝺ ſi ſic eſt. ergo cō
cluditur ꝙ fides eſt habitus oio infuſus ⁊
ſupnaturalis. ¶ Tertio hoc idē pbo diſti
ctione beati Tho.2.2. q. vi. arti.i. di. Cū qrit
an fides a deo infundat. Rn̄deo: ꝙ ad fidē
duo reqrūt. Quorū vnuꝫ eſt vt hōi credibi
lia pponant. qꝺ requirit ad hoc: ꝙ hō ali
qd explicite credat: Aliud aūt qꝺ ad fidem
reqrit eſt aſſenſus credentis. ad ea q̄ ppo
nuntur. Quantū ergo ad pmū hoꝝ: neceſſe
eſt ꝙ fides ſit a deo. Ea enīꝫ que ſunt fidei
excedunt humanā naturā: vnde non cadūt
in contemplatione hominis niſi a deo reue
lante. Sed quibuſdam quedam reuelantur
immediate a deo: ſicut ſunt reuelata Apl'is
⁊ prophis. quibuſdā ēt proponuntur a deo
mittente fidei predicatores: ſm illud Ro.x.
Q nō predicabūt niſi mittant: Quātū ꝟo
ad ſcꝺm.ſ. ad ſenſum hois ad ea que ſunt
fidei pōt: cā ꝯſiderari dupl'r. Uno mō exte
rius inducēs: ſicut miraculum viſum: vel p
ſuaſio hominis inducentꝭ ad fidem: quoruꝫ
neutrum ē ſufficiens cā. Uidentiū.n. vnuꝫ
⁊ idem miraculū: ⁊ audientium eundem pre
dicatorem: quidam credunt ⁊ quidam non.
Et ideo oportet ponere aliam cām interio
rem que mouet hominem interius ad aſſen
tiendum in his que ſunt fidei. Hanc autem
cām Pelagiani ponebant eſſe ſolū liberuꝫ
arbitrium hominis: ⁊ propter hoc dicebant
ꝙ initium fidei eſt ex nobis inquātum.ſ. ex
nobis eſt ꝙ parati ſumus ad aſſentienduꝫ
his q̄ ſunt fidei. Sed poſtmodū cōſumatio
fidei ē a deo: p quā nobis pponunt ea p q̄

credere debemus: Sed hoc eſt falſum: qꝛ cū
hō aſſentiendo his: que ſunt fidei: eleuetur
ſup nām ſuā: oꝫ ꝙ hoc inſit ei ex ſup natu
rali pncipio interius mouente: ꝙ eſt de⁹. Et
iō fides quātū ad aſſenſum: q eſt principal
actus fidei: eſt a deo interius mouente per
gratiam. Ex premiſſis igit pꝫ: ꝙ realr fides
eſt habit⁹ a deo infuſus ⁊ supernālis. Q ꝺ
ſi ſic eſt: ergo ſeqtur ꝙ hitus fidei fac intelli
gere ꝟitates ſupnaturales: ꝙ non facit ha
bitus acqſitus. qꝺ ſic ſit: pꝫ. Nā auctor in li
bro de cauſis dic. ꝙ effect⁹ ſemp hn̄t ſuaꝝ
cāꝝ ſilitudinē. Sed cuꝫ habitus fidei ſicut
imediate pbatū ē: ſit cā ſupnaturalis: ergo
effectus eius (q eſt intelligere) erit ēt ſupna
turalis. Q ꝺ cōfirmās Ber. ſuper Cant. ait.
Quid non inueniet fides: attingit enim in
acceſſa: deprehēdit ignota: cōprehēdit imē
ſa: apprehēdit nouiſſima: ipaꝫ deniqꝫ eterni
tatē ſuo illo āpliſſimo ſinu quodāmō circū
cludit. Et hoc eſt: qꝛ fides trāſgredit rōis fi
nes humane nē vſuꝫ: ⁊ expientie terminos.
Itē Augu. xxiiij. q.i.c. Non turbat. ait. Et ſi
aliqs imperatur vt laxent peccata ſua: ſoli
Petro dictū eſt: duc in altū rete: hoc eſt in
pfundū diſputationū. Quid eni tam altuꝫ
q̄ altitudinē diuitiaꝝ videre. ⁊ ſcire filiū di
⁊ pfeſſionē gn̄atōis diuine aſſumere: Q uā
lꝫ mens neqat humana plene rōnis inueſti
gatione cōprehēdere: fidei tamē plenitudo
amplectit. Cum igit (vt ex pmiſſis pꝫ) fides
ſāctiſſima virtutes ſupnatural' excipiat: qꝺ
nulla altera ſcia facere pōt. cōcludit neceſ
ſario: ꝙ fides oibus alijs ſciis nobilior ē. ꝙ
ſi forte diceres ꝯ predicta: qꝛ in.xi. Metha.
tractat de ipſo deo: ⁊ intelligētijs ſeparatis
Et. viij. phyſi. agit de deo inquātū ē pmus
motor: ergo p ꝯn̄s fides nō eſt nobilior ſcia
ſpeculatiua. Ad hoc rn̄deo ſm Ric. in phe
mio.i. ſen̄. q.v. in cor. q. iiij. ꝙ hoc ē tm̄modo
ad ea q̄ de ipſo deo pn̄t inueſtigari lumine
naturali: ⁊ ēt inquantū ipſe deus ſe hꝫ ſm
aliquā aliā habitudinē rōnis ad ens: quod
analoge dī de creatorī ⁊ de creaturis. ſic eni
methaphyſica tractat de deo: qꝛ eſt de ente
ſm ꝙ ens: ſm ꝙ vī phus velle. iiij. Metha.
⁊ Auicenna.i. Metha. ſue.c.10. Deus eſt ali
quoddam ens. Un̄ ſic patet: ꝙ ſcientia fidei
deum cōprehendit: ſeu intelligit ſub rōe no
biliori q̄ methaphyſica: qꝛ ens ſūme perfe
ctum: eſt nobilior rō: q̄ ens inquantū ens

⁊ ēt ſub rōne mirabilioꝛ:qꝛ ea que nō ſunt nata cognoſci de deo a creatura:niſi ꝑ reuelatiōem:mirabilioꝛa ſunt:ꝗ̄ ea q̄ pñt cognoſci ꝑ inueſtigationē in nāli lumine facta.h Ricar. Et ſic cōcludit̄ ex ꝓdictis:vʒ ꝙ fides cū faciat ſupnālia intelligere:nobilioꝛ ē oibꝰ alījs ſciētijs. Jmmo dico plus:ꝙ ēt minima ꝑticula fidei(inq̄ʒtū capit ſupnālia)nobilioꝛ eſt atqʒ delectabilioꝛ:ꝗ̄ ſil' ſint oēs ſcie acq̄ſite reꝝ inferioꝝ. Propterea phs.xi.de aīalibꝰ.dicit: Quāuis paꝝ ſit:qđ de ſubſtātijs ſupioꝛibꝰ ꝑcipimꝰ:tñ illud modicū eſt magis amatū:⁊ ꝯſideratū oī cognitōe:quā de oibus ſimul ſubſtātijs īferioꝛibꝰ hēmus Et.3.Ethi.ēt dicit̄. Qđ magis ē mirabile ⁊ ineffabile:illud ē magis mirabile ⁊ delectabile. Ex q̄ rōne extenſionis pʒ.q̄liter fides ſeu ſcia fidei eſt nobilioꝛ oibꝰ ſiml' alījs ſciētijs. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo rōne:que dicit̄ Approximatiōis.vʒ ꝙ ſanctiſſima fides ſupat nobilitatē:oium aliaꝝ ſciaꝝ. Fūdamētū rōis ponit phs.v.Meth.di.Meliꝰ eſt:qđ primo ꝑncipio ꝓpinquus eſt.pʒ hec regula. Nā qꝛ aīa ꝑ itellectū:⁊ amoꝛē magis deo aſſimilatur in quo h ſunt:ꝗ̄ ipʒ coꝛpꝰ hūanū.ideo ipſa dicit̄ eſſe melioꝛ oi puro hūano coꝛpe. Similiter qꝛ argentū q̄ʒtū ad valoꝛē eſt ꝯfinius auro ꝗ̄ es ⁊ ferrū.ideo nobilius ē ere ⁊ ferro. Quo ꝓſuppoſito.certū eſt ſm gl.ſup vba Jaco.i.vʒ.oē datū optimū ⁊c.ꝙ a deo dant̄ ꝑcipue hoibꝰ tria bōa. Nā ꝑmo dant̄ ſimplr' bona. Scđo melioꝛa. Tertio vero optima. ¶ Pꝛia a deo dant̄ ꝑ acq̄ſitionem. Scđa ꝑ aſſuefactionē. Tertia ꝑ infuſionē. Primo ſunt quedā dona:q̄ dat deus:ꝑ hominis acq̄ſitionē:ſicut ſunt oēs ſcie.a rebus acq̄ſite:vtputa ſeptem liberales artes:nālis phia ⁊ hmōi. Silr' virtutes moꝛales:frequētia ⁊ aſſuefactiōe opeꝝ acq̄runt̄. Eodē mō diuitie:⁊ delitie:atqʒ tꝑales magnificētie acquirūtur:q̄ ſimul oīa tria:⁊ multitudo phorū ⁊ paganoꝝ ceteroꝛūqʒ infideliū:a largitoꝛe oīm bonoꝝ deo obtinuerūt:⁊ ēt nunc acq̄rī pñt ipſo donāte a multis peccatoꝛibꝰ ēt dum ꝑmanent in peccatis.vñ ad Ro.xi. Apoſtolꝰ ait. Sine penitētia eni ſunt dona dei.vʒ.ſupꝛadicta. ¶ Scđo dant̄ a deo q̄dā alia dona melioꝛa ꝑmis:ſic ſunt nāles virtutes:nāles ſcie:nāles diuitie:atqʒ nāles delitie:q̄ nām nō coꝛrūpunt:ſed potiꝰ illuſtrāt decoꝛāt ⁊ melioꝛāt. virtutes nāles voco nālē prudentiā.nālē iuſticiā:foꝛtitudinē:māſuetudinē:pietatē.magnificentiā:grauitatē:zelū clementiā:amicitiā.rigiditatē ꝯtra vitia:⁊ cetera huiuſmodi. Sciētias aūt nāles voco:q̄ a nā nobis indite ſūt.ſicut nā nr̄i met:⁊ coꝝ q̄ ſunt in aīabꝰ nr̄is.cuiuſmodi ē viuere.intelligere gaudere triſtari.timere ſꝑare atqʒ oppoſita eoꝛundē. Doꝝ igit̄ in nobis ē ſcia nālis quoꝝ nobis ignoꝛātia ipoſſibil' ē Diuitie āt nāles in coꝛpe ſunt:ſicut ſanitas foꝛtitudo:pulchꝛitudo:libertas:nobilitas ſenſuū ꝓſperitas ⁊ ꝯſimilia. Diuitie āt nāles in aīa ſūt ꝑſpicatia intellectus ingenij rectitudo ſubdita appꝛhēſio veritatꝭ memoꝛia tenax ⁊ hmōi. Diuitie ēt naturalis honeſtatis ſunt honeſta i rebꝰ honeſtis honeſtate nāli ꝑ ſe nota ſic delectari de ꝑfectu ſciaꝝ delectari in bonis opibꝰ ⁊ honeſtis vt ē delectari in ſubueniēdo egenis:i honoꝛādis parētibꝰ i ſuādo fidē amicis ⁊ hmōi. Tertio vero loco atqʒ ſublimioꝛi dant̄ a deo dona maxima ⁊ optima.⁊ h dona ſunt ſuper oēm nām.⁊ iō nām nr̄ām trahūt ſurſū ſup ſemetipſam.ſ.ad gloꝛiā eternalē.ꝑꝑ quod pʒ talia dona eſſe optima ⁊ maioꝛa ⁊ foꝛtioꝛa oibus naturalibus ⁊ acq̄ſitis donis. Ex naturalibus enim donis ſol'.ſolūmodo deſcendit ad inferioꝛa ⁊ naturalia bona ꝑſtia vero aſcendit̄ ēt ad ſupnaturalia dona. Dis igit̄ ꝑmiſſis certū eſt.ꝙ inter naturam ⁊ gloꝛiā gratia fidei intermedia ē gloꝛia āt in foꝛtitudine:magnitudine nobilitate ⁊ ſublimitate vltima eſt ſeu ſupꝛema.ꝓpter qđ cū gratia ⁊ ſciētia fidei ſit ſecūda in oꝛdine. vltima vero ſit natura.concluditur neceſſario ꝙ ex tali appꝛoximatiōe fidei ad ipm deū ⁊ eternam gloꝛiā fides ipſa ſanctiſſima nobilioꝛ eſt:⁊ excellētioꝛ oibus alijs ſciētijs naturalibꝰ ⁊ acq̄ſitis. ¶ Quarto ēt pꝛobo ratione egreſſionis:ꝙ vʒ fides ſciſſima ē excellentioꝛ ceteris oibꝰ ſcientijs. Fundamētū rōnis ponit phs.i.de aīa.⁊ octauo Thopicoꝝ di. Vna ſcientia vel diſciplina dicitur melioꝛ altera:cū ſimplr' egredit̄ a melioꝛi ſubiecto. Pʒ hec regula per ꝯfoꝛmationem vnius ſilogiſmi:qui foꝛmatur ſic. Oē aīal rōnale ē diſciplinabile:ſeu beatificabile.oīs hō eſt aīal rōnale.ergo oīs hō ē diſciplinabilis:ſeu beatificabilis. Econtra tibi ꝓpono ēt ſcientiā alterius ſillogiſmi:de vilioꝛi ſubiecto.videlicet in barbara ſic. Oē animāl irrōnale ē indiſciplinabile:rudibile:ſeu inbeatificabile.oīs aſinꝰ eſt animal irrōnale ergo oīs aſinꝰ eſt indiſciplinabilis:rudibilis:⁊ beatificabilis. Dis p̄miſſis:claꝝ eſt ꝙ ſubiectū pꝛime ſcie ſeu ꝑmi ſilogiſmi fuit hō:ſubiectū vero ſecūdi fuit aſinus. Nūc igit̄ quero a te q̄ iſtaꝝ duaꝝ ſcientiaꝝ ſit nobilioꝛ. Et certū ē:ꝙ q̄ʒto hō differt ab aſino i nobilitate:tāto ſcia a ſubō hois egreſſa:ē nobilioꝛ ſcia de aſino:ſicut ēt icōparabilr' ſʒ phs i.de aīa.nobilioꝛ ē ſcia q̄ egredit̄ de ipa aīa ꝗ̄ ſcia que egredit̄ de q̄libet coꝛpe:qđ etiā nāli exēplo pʒ qꝛ fructus egrediēs ab arboꝛe nobilioꝛi ſimplr' nobilioꝛ ē oi fructu:q egredit̄ ab arboꝛe minꝰ nobili ⁊ vilioꝛi. Quo ꝓſuppoſito certū ē:ꝙ quelʒ ſcia hʒ ſubm minus nobile ipa fide. Ecōtra fides hʒ ſubm nobilius oī ſcia. Quod ſic pʒ diſcurrendo ꝑ ſubm cuiuſlibet ſcie. Nā ſubiectū ſcie grāmaticalis ad quod oia reducuntur:ſicut ad pꝛincipiū radicale:⁊ ex quo ſillabe ⁊ dictiones egrediunt̄ ⁊ foꝛmātur:ē ipa lr̄a quam vocat Priſcianꝰ elementū:qꝛ eſt vnum in quo ſtat oīs reſolutio ipſiꝰ grāmatici. Subiectū āt eiuſdē grāmatice ad qđ oia reducunt̄:ſicut ad totū integrale:ē oīo ꝯgrua ⁊ ꝑfecta. Et tu o rethoꝛice qđ ē ſubm tuum:vtiqʒ ē oīo oꝛnata vel inoꝛnata: Subm aūt logice:eſt ipſe ſilogiſmꝰ. Subiectū li. Phiſicoꝝ:ē coꝛpus mobile. Subiectū libꝛi de cecelo ⁊ mū:eſt coꝛpus mobile ad locū. Subʒ libꝛi de generatione ⁊ coꝛ.ē coꝛpus mobile ad foꝛmā. Subiectū libꝛi methauroꝝ:ē coꝛpus mixtū:⁊ iperfectū veluti ros:pꝛuina:grādo:⁊ hmōi. Subm libꝛi mineraliū.ē coꝛpus minerale.ſ.coꝛpus mixtū ⁊ perfectū:ſʒ inanimatū vt plūbū:auꝝ ⁊ hmōi. Subm libꝛi đ aīa:ē coꝛpus aīatū vel aīa. Sbm libꝛi de vegetabilibꝰ:⁊ plātis:ē coꝛpus vegetabile. Subiectū geometrie ē linea vel q̄ʒtitas ꝯtinua. Subiectū ipſius ꝑſpectiue:ē linea viſualis. Subiectū ipſiꝰ aſtrologie:eſt coꝛpus celeſte. Subm deniqʒ ipſiꝰ methaphiſice:ē ens inquātū ens. Tu āt o fides ſcā:o fides catholica:o fides oꝛthodoxa:dic mihi q̄ſo:qđ eſt ſubm tuū:a quo egrederis:⁊ a quo ꝓcedis. ⁊ ex quo in aīas rōnales deſcendis: Certe clamās pꝛo te ſideo: Deꝰ eternꝰ ē ſubm tuū deꝰ gl'ioſus ē ſubʒ tuū:deꝰ oipotēs ē ſubm tuū. Qđ ſi ſic ē:ꝙ deꝰ ipſe ſit ſubiectū fidei:⁊ deꝰ ipſe ē nobilioꝛ ꝓdictis oibꝰ ſubiectis aliaꝝ ſciaꝝ.ꝯcludit̄ neceſſario ꝙ fides ipa ſimplr' ⁊ realr' pꝛedictꝭ oībꝰ ſcijs nobilioꝛ ē: ꝙ āt deꝰ ſit ſubiectū fidei triplr' ꝓbo. Pꝛio auctē. Scđo ſilitudie. Tertio rōne. ¶ Primo ꝓbo auctē Boetij.i.de trinitate.c.2.di. Fides ē vtꝰ q̄dā ab vna ſuba dei ſimplr' ꝓcedēs. ¶ Scđo hoc idē ꝓbo ſic:ſilitudie. Sicut enī ſe hʒ hitus ad obiectū:ita dicit̄ ſe habere fides ad ſubm. Sʒ illud aſſignat̄ per ſe obiectū alicuiꝰ hitꝰ:ſub cuiꝰ rōne oia q̄ cadunt ſub illo habitu referūt in ipſum obiectum Quapꝛopter dicimꝰ ꝙ ꝑ ſe ſubm charitatꝭ ē ipſe deꝰ.qꝛ q̄cq̄d charitas diligit:diligit ꝑꝑ deū. Ergo ſilr' illud ē ſubiectū in ſcia fidei:rōne cuiꝰ tractātur oia:de q̄bꝰ ſcia fidei ꝯſiderat. Sʒ oia q̄ ꝯſiderant̄ i ſacra ſcriptura:q̄ refert̄ ad fidē.ꝯſiderant̄ aut inq̄ʒtū cōpꝛehēdunt̄ ifra diuinā ꝑfectionē:aut inq̄ʒtum ſunt dei effectꝰ. Ergo ꝯcludit̄ ꝙ deꝰ realr' ē ſubm:a quo ſcia fidei ꝓgredit̄. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo duplici rōne. Pꝛimo ꝓbo rōe ꝓpꝛietatꝭ. Scđo rōe vtualitat̄. ¶ Pꝛimo ꝓbo rōe ꝓpꝛietatꝭ ſic. Scđʒ ꝙ pōt trahi ex pꝛio Poſter̄. Jllud ē ſubiectū in ſcientia cuiꝰ ꝑ ſe ꝓprietates ꝯſiderat ipſa ſcia. Sʒ ſacra ſcriptura q̄ idē ſignificat:qđ fides ꝯſiderat dei ꝓpꝛietates:⁊ dei opationes. Ergo deꝰ ē ſubiectū in ea. Et declaro ſic minoꝛē. claꝝ ē ꝙ fides ꝯſiderat de deo ſm rōem ſue nālis ꝑfectionis:⁊ inq̄ʒtū ciꝰ ꝑfectio relucet i opibꝰ cōdictionis:adminiſtrationis:reſtauratiōis:ſcificationis:⁊ retributionis. Ad q̄ q̄nqʒ pñt reduci oia q̄ ꝯſiderātur i ſacra ſcriptura ſeu i ſubſtātia fidei:qꝛ infra diuinā ꝑfectionē cōpꝛehēdunt̄ attributa diuine eēntie ꝑſonaꝝ emanatiōes:⁊ ꝑſonaꝝ ꝓpꝛietates i opibꝰ cōditiōis ꝯpꝛehēdūtur creatio creaturaꝝ diſtictio:⁊ diſtinctoꝝ oꝛdiatio. Jtē i opibꝰ reſtauratiōis ēt multa opa ꝯpꝛehēdunt̄.qꝛ figurata fuit i veteris legis ⁊ i ſacramētoꝝ veterū inſtitutiōe.initiata filij dei incarnatione pꝛomota i noue legis datione.ꝯpleta in xp̄i paſſione.paucis hominibꝰ manifeſtata in reſurrectiōe.⁊ aliquibus angelis in aſcenſione ⁊ toti mundo in euangelij per diſcipulos ꝑdicatiōe.qꝛ(vt dicit ps.)Jn oēm terrā exi.⁊c. Jn opibꝰ ēt ſcificatiōis intelligo virtutum infuſionē:⁊ ſacramētoꝝ noue legis ſalutiferā ſuſceptionē. Jn opibꝰ ēt retribut̄ōis continet̄ tanꝗ̄ pꝛima extremi iudicij examiatio. Cōtinet̄ ēt ibi repꝛoboꝛum damnatio. Sed

principal'r electoꝝ glorificatio. Et ſic oſten-
ſum ē: quomodo oia que ꝯſiderant in ſacra
ſcriptura: ſeu q̄ ꝯſiderat ipſa fides. aut ſpe-
ctāt ad dei intrinſecā perfectionē: aut ad re
fulgentiā ſue ꝑfectionis per multiplicē eius
operationē. q2 per quādā approprationem
potentia maxime relucet in creatione: ſapiē-
cia in adminiſtratiōe: miſericordia in reſtau
ratione ⁊ ſanctificatiōe. iuſtitia in reproboꝝ
dānatione: ⁊ bonitatis affluentia in ele-
ctorū glorificatione. Et ſic pꝫ prima ratio.
¶ Secūdo ēt probo rōne virtualitatis. ꝙ
fides egreditur a deo tanꝗ̄ a ſubiecto. Et
formo ſic rōnē. Certū ē ſm phm. iiij. Meth.
ꝙ tota ſcientia virtualiter eſt in ſuis princi-
pijs. Sed articuli: qui ſunt quedā res ſuꝑ-
naturales: ſunt quedā principia ipſiꝰ fidei.:
Ergo tota fides virtualiter ē in articulis. Il
lud ḡ qḋ eſt ſubiectū articuloꝝ: ē ſubiectū
huiꝰ ſcie: vꝫ fidei. Sꝫ deꝰ ē ſubiectū oiūꝫ ar
ticuloꝝ fidei (qḋ patet) q2 ſi de ſingulis arti
culis formes enunciationes: deus ē ſubie-
ctū in q̄libet illaꝝ: vbi grā Si de primo ar
ticulo qui ē. Credo in deū pa. o. ⁊c̄. Formes
enūciationē. deus erit ſubiectū in ea dicēdo
Deus eſt pater oipotens creator celi ⁊ terre
Similiter ſi de ſcḋo ar. q eſt. Et i Jeſū xp̄m
fi. e. v. do. n. ſi fiat enunciatio. deus erit ſubie
ctum in ea. dicendo. Deus eſt filius ⁊c. Ex
quo patet: ꝙ deus eſt ſubiectū in ſcientia fi-
dei. hec rōnes cū ſimilitudine eliciūtur ex di-
ctis Ricar. in prohemio ꝑ. ſen. queſti. vi. per
totum. Que omnia confirmat Thomas ſe-
cunda ſecūde. queſt. i. ar. i. in. corpore. q. vbi
ꝓbat: ꝙ pria veritas increata: q̄ deꝰ eſt ſim-
pliciter. eſt obiectū fidei ſeu ſubiectuꝫ. Uide
ibi ſi vis. Cū quo cōcordās Dyo. vij. c. ḋ di-
ui. no. dicit. ꝙ fides eſt circa ſimplicē ⁊ ſemꝑ
exiſtentē veritatē. Hac igiť ex oibus p̄miſſis
tale correlariū. Cum quelibet ſcientia dicať
nobilior reſpectu nobilioris ſubiecti: ⁊ deꝰ ſit
ſubiectū ſacre ſcripture ſeu ſciſſime fidei. q̊
ſubiecto nullū ē nec pōt eſſe nobiliꝰ: ꝯcludiť
neceſſario: ꝙ ſcia fidei ē nobilior icōꝑabiliť
oibus alijs ſcijs. ¶ Quinto hoc idem ꝓbo
rōne manifeſtatiōis. ꝙ fides ſciſſima nobili-
or ē oibus ſcijs. Fundamentū rationis po-
nit phs p̄mo ꝑier. di. Uoces ſunt note: ⁊ ſig̃
eaꝝ: q̄ ſūt i aia paſſionū. Qḋ ꝯfirmās dñs
Matth. xij. c. di. Ex habūdantia cordis os lo
q̄tur. Quo preſuppoſito. certū eſt vt di. glo.
ſuꝑ v̄ba Luc. ij. c. vꝫ. Et factū ē poſt triduū
inuenerūt eū in tēplo in medio doctoꝝ: au-
diētē illos ⁊ interrogātē: ⁊ ſtupebāt oēs q
audiebāt eū ſuꝑ prudētia ⁊ reſpōſis eius:
Qḋ tūc xp̄s nō docebat ſuos auditores ſci-
entiā naturalē: ⁊ acquiſitā: ſed ſimpl'r res
ſuꝑnāles q̄ ꝑtinēt ad v̄tutē fidei. Simil'r
Mat. xvij. c. docēs populū ſimpl'r cōmēda-
bat ei fidē di. Amē quippe dico vobis. ſi ha
bueritis fidē ſicut granū ſinapis: ⁊ diceti mō
ti huic trāſi hinc: trāſibit: ⁊ nihil erit impoſſi
bile habenti fidē. Sil'r Mat. vlt. c. p̄dicabat
aplis di. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit
ſaluus erit. Qui v̄o nō crediderit cōdēna-
bitur. Sil'r trāſcurre euāgelia: ⁊ in pluribus
locis reperies: ꝙ xp̄s nunꝗ̄ docuit populū
aliquā ſcientiā acquiſitā: imo pluries repro-
bauit eā habētes. Oppoſitū eſt de fide. quā
ſimul edocuit ⁊ ēt eā h̄ntes miro mō cōmē
dauit. ſicut pꝫ de Centurione. qui vt h̄etur
Mat. viij. c. cū dixiſſet. Dñe puer meꝰ iacet
in domo paliticꝰ: ⁊ cū xp̄s rñdiſſet. ego veni
am ⁊ curabo eū. Subiecit Centurio. Dñe
nō ſum dignꝰ ⁊c̄. Et ibidē ſequiť. Audiēs
aūt Jeſus miratꝰ eſt: ⁊ ſequentibꝰ ſe: dixit.
Amē dico vobis nō inueni tātā fidē in iſra
el. Quibꝰ p̄miſſis ꝯcludiť ꝙ cū xp̄s docue-
rit v̄itatē fidei: ⁊ nō aliquā aliā ſciaꝫ. mani
feſtū ē ꝙ ēt ipſe in corde ſuo maiorē h̄ebat
cōplacentiā de v̄tute fidei: ꝗ̄ de aliq̄ ſcia.
Nā ſi nobilior fuiſſet ſcia acq̄ſita ꝗ̄ fides.
nulli dubiū ē: quin xp̄s ꝓpriꝰ doceret ſciētiā
ꝗ̄ fidē. ⁊ precipue cū xp̄s ſicut tradūt theo
logi in. 3. in oibus actibꝰ ſuis p̄ſertim a ſu-
periori ꝑte rōnis procedentibꝰ. ſemꝑ p̄ele-
gerit nobiliores meliores: ꝑfectiores: atq3 ex
cellentiores. Ex quibus oibꝰ claret manife
ſte: ꝙ neceſſe eſt ex hac rōne concludere: ſan
ctiſſimā fidē oibus ſcientijs eē nobiliorem.
Et ꝯfirmať iſta rō ſic. Nam p̄ſuppoſito ꝙ
xp̄s docuerit populū ſanctiſſimā fidē. ergo
ſic. Quanto doctor alicuiꝰ ſcientie ē maioris
v̄itatis: nobilitatis ⁊ excellentie: certū eſt ꝙ
tanto illa ſcienti a magis eſtimatur, ⁊ nobi
lior iudicať. quod ſic patet. Nam magis eſti
matur in grammatica ſcientia priſciani ꝗ̄
cuiuſlibet alterius grāmati. Similiter in re-
thorica magis eſtimatur oratio ipſius Tu-
lij ꝗ̄ orō cuiuſlibet oratoris. In naturalibꝰ
v̄o ac logicalibus quid dicā: Nūqd adhe-
rebimꝰ Anaxagore: Nūqd Socrati: nūqd
Platoni: Certe nō. Sed cui: Certe ipſi ſoli
Ariſtoteli oiūꝫ phoꝝ principi. Et q2 ſic dicis
rñdeo: ꝙ ꝓpter eius magnā veritatē: aucto
ritatē: ⁊ excellentiā quaꝫ habuit in ꝑfectiōe
illius ſciētie de cuius magna ꝑfectione loq
tur Cōmētator ſuꝑ. 3. de aīa dicēs. Crediť
ꝙ iſte hō vꝫ Ariſtoteles fuit regula in natu
ra: ⁊ eſt exemplar qḋ natura inuenit ad de-
mōſtrandū vltimā ꝑfectionē in ſciētia totiꝰ
nature. Idem quoq3 Cōmentator ſuꝑ prio
Politicoꝝ de eiuſdē ꝑfectione ait. Nomē
auctoris huius libri fuit Ariſt. filiꝰ Nicoma
tij ſapiētiſſimus grecoꝝ: qui ſciētiā inuenit
⁊ cōpleuit. Inuenit: q2 q̄cquid ſcriptum eſt
ab. antiquis in ſcientijs: nō eſt dignū ꝙ ſit
ei pars ſcientie ſue vel principiū compleuit
q2 nullus eoꝝ qui ſecuti ſunt eum vſq3 ad
hoc tp̄s aliquid addidit: nec inuenit i dictis
eius errorē. Talem aūt virtuteꝫ eſſe in vno
indiuiduo. miraculoſum ⁊ extraneū extitit.
Et q2 hec diſpoſitio in iſto homine fuit q̄d
dignius: dꝫ dici homo diuinus potius ꝗ̄ hu
manus. hec ibi. His premiſſis peto a te o fi
des ſanctiſſima quē habuiſti doctorē: Cer
te non Priſcianū: non Ciceronē: nō Uirgi
liū: nō Socratē: nō Platonem nō deniq3
Ariſto. ſeu Aliquē poetarum vel phorum.
Sed quē ergo: Clamans rñdeo. Certe ha-
buiſti filiū patris eterni. Filiū dei omnipo-
tentis incarnatū: ſeu ſapiētiā patris increa
tam ⁊ humanatā. cuius noticia eſt nuda ⁊
apta: dicente Apoſtolo ad Hebre. iiij. Om
nia nuda ſunt ⁊ aperta oculis eius. q inſuꝑ
non tm̄ ſpecialiter in auctoritate dicēdi oēs
ſimul philoſophos ſuperauit: ſed etiā ſimul
totum mundū fecit in doctrina ſua ꝗ̄plurī
mū admirari. Nā omnis turba eius doctri
nā audiens: ſicut legiť Joannis. vij. de ipſo
dicebat. Nunꝗ̄ locutus eſt ſic hō in Iſrael
Nec mirū: quia cū lingua illa benedicta cū
claritate eſſet vnita: proferebat doctrinam
ſuā nō cum auctoritate hominis ſimpliciter
ſicut fecerunt omnes alij philoſophi. ſed cū
auctoritate totius trinitatis: que ſuperat in
dignitate auctoritatem omniū creaturaruꝫ.
Propter qḋ merito bene cōcludiť. ꝙ rōne
manifeſtationis ex quo tp̄s manifeſtauit i
mundo: ⁊ docuit ſcientiā fidei ⁊ nō aliā ſci
entiā ꝙ fides ſuperat nobilitatē omniū ſciē
tiaꝝ. ¶ Sexto etiā probo ratione certifica-
tionis. ꝙ fides ſanctiſſima ſuperat nobilita
tem omniū ſcientiarū. Fundamentū rōnis
ponit phus primo de aīa ⁊. viij. Thopicoꝝ
di. Scia vna ꝗ̄to certiori demonſtratione ⁊
modo ꝓcedit altera tanto nobilior eſt illa.
Et ſic illa ſcientia que ꝓcedit ex demōſtra-
tione: ꝓpter qḋ id eſt ꝑ cām nobilior eſt de
mōſtratione q̄ ꝓcedit. q2 hoc modo loquiť
Cōmētator. 2. Metha. di. Demōſtrationes
Metaphiſice ſunt in prio gradu certitudis
eo ꝙ ꝓcedūt ex principijs certioribꝰ nobis
⁊ firmioribꝰ. Sꝫ clariꝰ pꝫ hec regula ꝑ hoc
exēplū. Nā certior eēt cognitio. ḋ aīa ſeu ſci
entia ſi eſſential'r videreť ꝗ̄ ꝙ cognoſcať
ſimpliciť ꝑ ſigna ⁊ effectꝰ ſui corpis. Quo
p̄ſuppoſito. certū eſt ꝙ hac rōne fides eſt
certior oi ſcia: ⁊ per ꝯñs nobilior. Et ꝙ hoc
veꝝ ſit dupliciter ꝓbať. Prio vnica aucto
ritate. Scḋo vnica rōne. ¶ Primo ꝓbať
vnica auctoritate. vꝫ Aug. libro de fide ad
Petrū dicentis. Nihil ē certius hoi ſua fi
de. ¶ Scḋo ꝓbať rōne quā ponit Bonauē.
in. 3. diſt. 23. ar. i. q. iiij. Sed ꝓ fundamēto rō
nis accipe dictū Pauli prie ad Theſſa. 2.
di. Cuꝫ accepiſtis a nobis verbū auditus. ſ.
per fidē accepiſtis illud: nō vt verbū hoiuꝫ:
ſed ſicut verbuꝫ dei. Quo p̄ſuppoſito: illud
qḋ cognoſciť. certū eſt ꝙ cognoſciť certius
in lumine veritatis prime: ꝗ̄ illud qḋ cogno
ſciť in lumine veritatis create: ſed fides co
gnoſciť i lumine veritatis prime: ⁊ ſciētia co
gnoſciť in lumine v̄itatis create dicēte pho
vij. Metha. 3. de aīa prio Phiſicoꝝ. ⁊ libro
de ſenſu ⁊ ſenſato. Scia inquit in oibus ſit
ꝑ minus nota ſm naturaꝫ. i. ꝑ ſenſibilia. Et
Cōmentator. xi. Metaphiſice ait Sciētia dei
cauſat res. Sed ſcientia noſtra cauſata ē a
rebus: ⁊ per ꝯñs pꝫ ꝙ certior. eſt ſcientia ſi
dei ꝗ̄ ois alia ſciētia. Uel forma ſic rōnem
ſm Alexandrū in tertia ꝑte ſūme. in tracta
tu de fide. in. q. An fides ſit certior ſcientia:
vbi ſic dicit. Certius ē qḋ ſcitur teſtimonio
ſpirituſſancti: quam quod ſcitur teſtimonio
creature. Sed quod ſcitur per fidem ſcitur
teſtimonio ſpirituſſācti. Roma. viij. ca. Ipſe
ſpiritus reddidit teſtimoniū ſpiritui noſtro
ꝙ ſumus filij dei. Et quod ſcitur alijs ſciē
tijs: ſcitur teſtimonio creature. Ergo conclu
ditur vt prius. vꝫ ꝙ fides eſt certior oibus
ſcientijs. ⁊: per cōſequens ſuperat nobilita
tem ſeu excellentiā ⁊ dignitatē oiuꝫ aliarū
ſcientiaꝝ. Qḋ ſi obijceres. videlꝫ ꝙ ſcientia

ſidei nõ eſt certioꝛ oī alia ſcientia arguẽdo
ſic. Certitudo ꝑtinet ad dignitatẽ ſciẽtie: di
cẽte pħo in fine poſterioꝝ. ⁊ vi. ethi. Sciẽtia
inqͣt eſt hitus ꝯcluſionis dmõſtrate. Sʒ cer
tũ eſt ꝙ aliq̄ ſciẽtie ſũt certioꝛes fide. put
ſunt methaphyſice: q2 de ipſaꝝ principijs:
nullatenus põt dubitari. Ergo ꝑ ꝯñs tales
ſcientie ſũt nobilioꝛes ipſa fide. Ad hoc rñ
deo ſm Ric. i ꝓhemio pmi ſeñ. q. v. ꝙ fides
nobilioꝛ eſt alijs ſciẽtijs ſimpliciter. i. i natu
ra ſua: ꝗuis aliq̄ alie certioꝛes ſint: ſʒ qd
ſ. per compationeʒ ad debilitatẽ intellectus
noſtri: q2 vt dr̃. 2. metha. ſicut ſe hʒ ocul⁹ no
ctue: ad lumen ſolis: ſic ſe hʒ intellectus no
ſter ad ea q̄ manifeſtiſſima ſunt in natura.
Et iõ accipe h̄ fundamentũ pħi. i. phyſi. di
centis. Nihil ꝓhibet aliqd eſſe ſimpl'r noti⁹.
minus tñ notum quo ad nos. Et ẽt. i. phyſi.
dicit. Certitudo in tm̃ querenda eſt: inquan
tũ recipit de natura rei. Et. i. ethi. ait. Certi
tudinẽ nõ oʒ in oībus ſimiliter expetere: ſed
in ſingulis ſm ſuã nãm. ⁊ in tm̃ quantuʒ eſt
ꝓprium doctrine. Quibus p̄miſſis pʒ: ꝙ cer
titudo q̄ eſt ſimpl'r reddit ſciam nobilioꝛem:
ꝗ̄ certitudo q̄ eſt ſm qd: hoc ẽ quo ad nos
Et ꝑ ꝯñs fides ẽ nobilioꝛ oī alia ſcia. Et no
ta: ꝙ ꝗuis aliqua ſcia hẽat pricipia certio
ra ſm qd ipſa fide: tñ hoc nõ eſt ꝯtra nobi
litatẽ ſcie fidei: ſed magis ẽ pꝛo ea: q2 rõne
altitudinis materie: de qua eſt: nr̃am traſcẽ
dit cognitõeʒ naturalẽ Et iõ pħs. 2. Metha.
dicit. Ea q̄ maxie ſunt ſenſibilia quãtũ eſt ex
ꝑte ſui: nobis ſũt modicũ intelligibilia. Aui
cẽna ẽt. vi. nãlium lib. v. c. v. Res (inqͣt) ſub
tiliſſimas nõ põt aliqñ intellectus appꝛehẽ
dere: q2 excedũt eũ. Et ſic pʒ rñſio ad argu
mentũ in oppoſitũ. Cui argumento egregie
rñdet dñs Bona. in. 3. di. 23. ar. i. q. iiij. i ſolu.
vlti. argu. vbi dicit ad argumentũ: vʒ ꝙ ꝗ̄to
ſcia ẽ certioꝛ tãto ẽ nobilioꝛ ⁊c. Dicendũ eſt
ꝙ iſtud nõ hʒ veritatẽ. Nã ſcia fidei ſeu di
uina ẽ certioꝛ ſcia metha. Et ꝗuis appare
at oppoſitũ. hoc eſt ꝑꝑ defectũ ex ꝑte intelli
gentis. Uñ illa q̄ ſunt certiſſima i ſe ſimpli
cij̃ cognoſcunt̃ aliqñ dubia: ⁊ tñ illa cognitõ
minus certa: magis ẽ nobilis ⁊ ꝑfecta: qm̃
eſt de re nobilioꝛi: meli⁹ eſt. n. vel modicũ qd
de deo ſcire: ꝗ̄ oiuʒ celeſtiũ ſiml' ⁊ terreſtriũ
certã noticiã hr̃e h̄ Bona. Ex p̄dictis oībus
pʒ expliſſe rõne certificatõis: ꝙ cũ ſcia fidei
certioꝛ ſit oī alia ſcia ꝑ ꝯñs ẽt nobilioꝛ eẽ in

dicat̃. ¶ Septimo ⁊ vltio ẽt ꝓbo rõne acq
ſitiõis. ſ. melioꝛis finis: ꝙ. ſ. fides ſãctiſſima
ſupat nobilitatẽ oiuʒ ſciaꝝ. Fundamentuʒ
rõnis ponit pħs. 2. phyſi. ⁊. 3. Thopi. di. Cui⁹
finis melioꝛ ipm̃ quoqʒ melius. pʒ h̄ regula
Nã cũ melioꝛ ſit ſanitas aie: ꝗ̄ ſanitas coꝛ
poꝛis ſeq̄t̃ ꝙ meli⁹ fuit ꝯſiliũ quo aia ſana
ta ẽ: ꝗ̄ ꝯſiliũ vel medicina: quo mediãte coꝛ
pus recipit ſanitatẽ. Quo p̄ſuppoſito: certũ
ẽ ſm pħm. 2. Metha. ꝙ ſciaꝝ qdã ſũt ſpecu
latiue: quedã practice: ſed finis ſcie ſpecula
tiue eſt v̾itas. finis v̾o practice ẽ actio: ſeu
op⁹. Sciaꝝ aũt ſpeculatiuaꝝ nobilitas attẽ
dit̃ penes nobili⁹ obiectũ ⁊ ſubiectũ: vel cir
ca certioꝛẽ modũ ꝓcedendi: atqʒ his duob⁹
modis ſcia fidei: ſicut eſt theologia excedit
oẽs alias ſcias: ſicut ſupꝛa dcm̃ ẽ. Practicaꝝ
ãt nobilitas ſm pħm. i. Ethi. c. i. Attendit̃
penes nobilioꝛẽ ⁊ potentioꝛẽ finẽ: q2 ꝗ̄to di
gnioꝛ ⁊ potioꝛ ẽ finis alicui⁹ artis practice;
tãto ipſa ars dignioꝛ eſt. His p̄miſſis finem
cuiuſlibʒ artis: ⁊ ẽt fidei attẽdam⁹: vt videa
mus qs ſit melioꝛ. ⁊ ꝑ ꝯñs nobilioꝛ. Et cer
tũ ẽ ꝙ artis cerdonũ finis ẽ reipu. d̾ ſotula
ribus ꝓuidere ſutoꝝ de veſtib⁹: barbitõſoꝝ
de tonſura: mercatoꝝ de mercib⁹: medicoꝝ
de coꝛpoꝝ ſanitate; armigeꝝ finis ẽ a latro
nibus rapinis ⁊ ab hoſtib⁹ ciuitatẽ defenſa
re. Finis deniqʒ p̄ncipũ ac oium legũ ciui
liũ eſt in pace tꝑali ꝯſeruare ſtatũ ſuũ. ſed
certe hec oia ad ſolũ coꝛpus ꝑtinent ⁊ refe
runt̃. Sʒ tuo ſanctiſſima fides qs eſt finis
tu⁹: Certe clamãs rñdeo: vita eterna: felici
tas ꝑpetua: ⁊ beatitudo ſempiterna. dicẽte
Jo. Qui credit in filiũ hʒ vitã eternam. Et
Mar. vlti. dr̃. Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit ſaluabit̃. Sʒ cũ eterna vita ſit ꝑ ſe me
lioꝛ finis oī fine totius artis practice. ſeq̄t̃
ꝙ fides nobilioꝛ ẽ oī ſcia tã ſpeculatiua ꝗ̄
practica. ¶ Tertio poſtremo ꝓbo duab⁹ di
ſtinctionib⁹ ꝙ fides ſciſſima ẽ ⁊ nobilioꝛ ⁊
excellẽtioꝛ oib⁹ alijs ſcijs. Pꝛia diſtinctio ẽ
Tho. 2. 2. q. iiij ar. viij. in coꝛpe. q. di. Cũ q̄rit̃
an fides ſit certioꝛ: ⁊ ꝑ ꝯñs nobilioꝛ oib⁹ alijs
ſcijs rñdeo ꝙ virtutũ itellectualiũ due ſũt
circa ꝯtingẽtia. ſ. prudẽtia ⁊ ars: qb⁹ p̄fert̃
fides in certitudine rõne ſue materie: q2 ẽ d̾
eternis: q̄ nõ ꝯtingit aliter ſe habere. Tres
ãt reliq̄ intellectuales virtutes. ſcilicet ſa
pientia: ſcientia: ⁊ intellectus: ſunt de neceſ
ſarijs vt ſupꝛa dictum eſt. Sed ſciendum

eſt ꝙ ſapientia: ſcientia: ⁊ intellect⁹ dupliciť
dicũtur. Uno mõ ſʒ ꝙ ponũtur v̾tutes in
tellectuales a pħo in. vi. ethico. Alio mõ ſm
ꝙ ponũtur dona ſpũſſci. Eſa. xi. c. Pꝛio
ergo modo dicẽdũ ẽ: ꝙ certitudo põt ꝯſide
rari dupl'r. vno mõ ex cã certitudinis: ⁊ ſic
dr̃ eẽ certi⁹ illud: qđ hʒ certioꝛẽ cãm. Et hoc
mõ fides ẽ certioꝛ tribus p̄dictis: q2 fides
innititur diuine virtuti. Tria aũt p̄dicta
innitunt̃ rõni humane. Alio mõ põt ꝯſidera
ri certitudo ex ꝑte ſubiecti: ⁊ ſic dr̃ eẽ certi⁹
qđ pleni⁹ ꝯſequit̃ intellect⁹ hoīs: ⁊ ꝑ hunc
modũ: q2 ea que ſunt fidei ſunt ſupꝛa intel
lectũ hoīs: non ãt ea que ſubſunt tribus p̄e
dictis: ideo ex hac parte fides eſt min⁹ certa
Sed q2 vnũquodqʒ iudicat̃ ſimpl'r ſm cãʒ
ſuã. Scḋm autẽ diſpoſitionẽ que ẽ ex parte
ſubiecti iudicat̃ ſm quid inde eſt: ꝙ fides ẽ
ſimpliciter certioꝛ. Sed alia ſunt certioꝛa ſʒ
quid. ſ. quo ad nos. Similiter ſi accipiantur
p̄dicta tria ſm ꝙ ſunt: ſunt quedã dona
p̄ñtis vite: que operant̃ ad fidẽ: ſicut ad p̄n
cipiũ qđ p̄ſupponit ipſa fides. Uñ ẽt ſm
hoc. fides ẽ oib⁹ ſciẽtijs certioꝛ: ⁊ per ꝯñs
nobilioꝛ. Hec Tho. Aliã diſtinctionẽ vʒ ſecũ
dã ponit Bona. in. 3. di. 23. ar. i. q. iiij. dicẽs.
Cũ queritur an fides ſit certioꝛ ꝗ̄ ſcia. rñ
deo dicẽdo. ꝙ cũ cõparam⁹ certitudinẽ fi
dei ad certitudinẽ ſciẽtie: põt intelligi dupli
citer. Nã vno mõ: ſcia põt dici apta ⁊ certa
viſio dei in patria. Et hoc mõ nõ ẽ qõ: Nec
dubiũ: quin ſcientia iſto mõ p̄cellat in cer
titudine ipſam fidẽ: ſicut gloꝛia p̄cellit gra
tiã: ⁊ ſtatus patrie ſtatũ vie. Alio mõ dr̃ ſciẽ
tia cognitio: quã quis hʒ in via. Et iſta põt
eẽ duplex. aut reſpectu illoꝝ: reſpectu quoꝝ
ẽ fides. aut reſpectu alioꝝ cognoſcibilium.
Si reſpectu illoꝛum: reſpectu quoꝝ eſt fides
ſic ſimpl'r loquendo certioꝛ eſt fides ꝗ̄ ſciẽ
tia: Unde ſi aliquis pħoꝝ cognoſcit aliquẽ
aſtrologoꝛũ rõcinatiue (vtpote deũ eẽ crea
toꝛẽ: vel deũ eẽ remuneratoꝛem) nunꝗ̄ ita
certitudinaliter cognouit per ſuã ſcientiã: ſi
cut cognoſcit vn⁹ fidelis per ſuã fidẽ. Si ãt
loquamur de ſapia: ſm ꝙ ẽ cognitio aliaꝝ
cognitionũ: ſic quodãmodo certioꝛ ẽ fides
ꝗ̄ ſcia: ⁊ quodãmodo econtrario. Eſt enim
certitudo ſpeculationis: ⁊ eſt certitudo ad
heſionis: Et pꝛia quidẽ reſpicit intellectũ.
ſcḋa v̾o reſpicit affectũ ipm̃. Si loq̄mur de
certitudie adheſiõis: ſic maioꝛ ẽ certitudo i

ipſa fide: ꝗ̄ in hitu alicuius ſcientie: pꝛo eo
ꝙ v̾a fides magis facit adhibere ipſũ cre
dẽtẽ v̾itati credite: ꝗ̄ aliqua ſcia alicui rei
ſcire. Uidem⁹ enim v̾os fideles: nec per ar
gumenta: nec ꝑ toꝛmẽta: nec per moꝛtẽ: nec
ꝑ blãdimẽta inclinari poſſe: vt v̾itatẽ quã
credũt: ſaltẽ oꝛetenus negent. Qđ nemo ſci
ens ſane mẽtis faceret: pꝛo aliquo qđ co
gnoſcit: niſi inquãtũ doctrina fidei dictat nõ
eẽ mentiendũ. Stult⁹ ẽt eẽt geometer: q ꝓ
quãtũcunqʒ certa concluſione geometrie au
deret ſubire moꝛtẽ. Unde verus fidelis etiã
ſi ſciret totã ſciam pħicã: mallet totã illam
ſciam ꝑdere ꝗ̄ vnũ ſolũ articulũ ignoꝛare
q2 adheret v̾itati credite. De certitudie igit̃
adheſiõis verũ ẽ: fidẽ eẽ certioꝛẽ ſcia pħica
⁊ hec certitudo reſpicit v̾itatẽ ⁊ doctrinam
ſm pietãtẽ. Si aũt loq̄mur de certitudine
ſpeculatiõis: q̄ qdẽ reſpicit ipʒ itellectũ: ⁊
nudã v̾itatẽ: ſi ꝯcedi põt: ꝙ ẽ maioꝛ certitu
do in aliqua ſcia ꝗ̄ in fide: pꝛo eo ꝙ aliqs
põt aliqd per ſciam ita certitudinalit̃ ꝯgno
ſcere: ꝙ nullo mõ põt de eo dubitare nec ali
quo mõ diſcedere: nec in coꝛde ſuo vllo mo
do ꝯdicere: ſicut pʒ in cognitiõe dignitatuʒ
pꝛimoꝝ p̄ncipioꝝ. Hec Bona. Aliã diſtinctio
nẽ ponit Alerã. de ales in p̄ma ꝑte ſumme
q. i. ar. 2. di. cũ q̄rit̃ an ſacra ſcriptura ꝑ quã
fidẽ hẽt: ſit vna aliaꝝ ſciaꝝ ſimpl'r: an ſit
nobilioꝛ illis. rñdeo: ꝙ fides ſeu doctrina ſac̄
dr̃ diuina. ⁊ ẽ nobilioꝛ ceteris. ꝙ tripliciter ap
paret: q2 eſt ſimpliciter a deo. q2 ẽ de deo: ⁊
q2 ẽ ꝑductiua ad deũ. Et pꝛio ꝯuenit a d̾o
qđ ⁊ ꝯuenit alijs ſcijs: ſicut dr̃ Eccle. i. Ois
ſapia: a dño deo eſt. Sed tñ nõ ꝯuenit hoc
mõ ſcripture ſacre. Eſt. n. veꝝ vt veꝝ: ⁊ eſt
veꝝ vt bonũ: vtrũqʒ ẽ a ſpũ ſcõ. Sed cũ ac
cipit̃ veꝝ vt bonũ: illđ bonũ: aut ẽ vt bonũ
moꝛale: aut vt bonũ gratuitũ. ſi gratuitũ: ſic
ẽ aſſimilatio ad ſpm̃ ſcm̃: q ẽ bonitas. Et iõ
hmõi acceptio ẽ a ſpũ ſcõ ꝑ mõʒ ipſi⁹. hinc
ẽ ꝙ antonomatice dr̃: Hec doctrina edita a
ſpũ ſcõ. In alijs v̾o ſcijs ſpeculatiuis eſt ac
ceptio veri vt veri: ⁊ boni vt veri. In p̄cticis
ãt moꝛalib⁹: ⁊ ſi ſit acceptio boni vt boni: ñ
tñ vt boni gratuiti: ſʒ moꝛalis. Quia igitur
ſimpl'r alie ſcie hñt ꝑ inueſtigatiõeʒ hũanã h̄
v̾o ſimpl'r ꝑ infuſionẽ ⁊ reuelationẽ diuinã
vt dr̃. 2. Ethi. 3. c. hinc ẽ: ꝙ hec eſt nobilioꝛ il
lis. ¶ Scḋo ẽt iſta ſcia dr̃ eẽ de deo: ⁊ ñ ſic
alie ſcie: veluti pꝛia pħia: qa non agunt de

deo ſm miſteriũ trinitatꝭ: vl' ſm ſacrm̃ hũane repatiõis. ¶ Tertio iſup ẽ ꝑductiua ad deũ ꝑ ꝓncipia amoris ꝛ timoris. Qđ nõ cõuenit alicui ex aliis ſciis. Et iõ Jo. xx. c. đi. Hec .n. ſcripta ſũt: vt credatis: q̃ xp̄s ẽ filius dei: ꝛ vt credẽtes vitã eternã hẽatis. ꝛ alibi de hac ſcia đi. Noſce te: cõſumata iuſticia ẽ ꝛ ſcire iuſtitiã tuã ꝛ ꝟitatẽ: radix ẽ imortalitatꝭ. Et Aug. v. li. ꝯfeſ. ait. Infelix hõ ẽ: q oia alia ſcit: te ꝟo neſcit. Btũs aũt q te ſcit: etſi cetera neſciat. q ꝟo ꝛ te ꝛ illa nouit: nõ ꝑꝑ illa beatior: ſꝫ ꝑꝑ te ſolum btũs erit. Propterea Hiero. đic. Diſcam⁹ i terris ea q̃x ſcia in eternũ ꝑſeueret in celis. h Alexã. q̃ ꝓbaliter. Ex p̃dictꝭ igiẽ trib⁹ diſtinctiõibus pꝫ qualr̃ ſcĩſſima fides ẽ nobilior: ꝛ excellẽtior ceteris oib⁹ aliis ſciis. ¶ Quarto deniqꝫ ꝓbo effectib⁹. q̧ .ſ. fides ſeu ſcia fidei: realr̃ ſupat in dignitate oẽꝫ aliã ſciaꝫ. Sic .n. hẽẽ libro de cãis: ꝛ exꝑiẽtia hoc idẽ demõſtrat: claꝝ ẽ q̧ ex effectib⁹ cõiter cãs cognoſcim⁹: ꝛ vbicũqꝫ effect⁹ ſũt fortiores vl' nobiliores: arguũt et ſuas cãs fore nobiliores ꝛ fortiores. Ex duplici igiẽ effcũ pꝫ: fidẽ ſe ſciaꝫ fidei ceteris ſciis eẽ nobiliorẽ. Et prio ex effcũ adheſiõis. Scđo ex effcũ ꝑductiõis. ¶ Et prio ex effcũ adheſiõis. nã fides fac magis adherere ſuũ ſbum ꝓpo obiecto: q̃ aliq̃ alia ſcia. qđ pꝫ: q: null⁹ ꝓ iſta ꝯcluſione ſcia vel demõſtratione. vꝫ. triangul⁹ hꝫ tres angulos. vi ꝓ iſta: oẽ totũ mai⁹ ẽ ſua ꝑte vellꝫ ſe morti exponẽ. Ecõtra ꝟo ꝓ hac ꝯcluſiõe fidei: ſeu argumẽto xp̄s mortu⁹ ẽ: ſeu crucifixus: ꝛ innũerabiles poſuerũt ꝛ mille ponerẽt vitã: ſic facẽ voluit btũs pr̃ nr̃ Fráciſ. q exiſtẽs vltra ꝑtes marinas añ ſoldanũ: voluit igredi copioſũ ignẽ ꝓ xp̄i fide: ſi credẽ vellꝫ i xp̄m. Qđ tñ facẽ noluerũt ifideles ſoldani ſeu mahometꝭ: q reputabãẽ ſactiorẽ ẽꝫ eoꝝ legẽ. h claruit in iſinitꝭ martyrib⁹. Ex q̊ igitur ſcia fidei ſeu fides facit forti⁹ adherere ſuo obo: q̃ ceteẽ oẽs alie ſcie: ꝯcluditẽ neceſſario q̧ fides ẽ certior: nobilior: ꝛ excellẽtior oib⁹ aliis ſciẽtiis. ¶ Scđo hec idẽꝫ pꝫ ex effectu ꝑductiõis ſeu ſupatiõis. Nã fides ꝓducit ad deum: qđ nõ facit aliq̃ alia ſcia: ꝛ ꝑ ꝯñs nobilior ẽ: ꝛ vltra hoc potentior eſt fortior: ꝛ efficatior: ad ſupãdũ ꝛ ꝯuincẽdũ oẽs alias ſcias q̃ econuerſo. Qđ bñ claruit in beata virgine Katherina Coſti regis filia: q̃ cũ eẽt corã Maxẽtio iperatore i alexãdria: ꝛ ibidẽ adeſſent .l. viri ſeu ph̄i doctiſſimi: qui ex imperio Maxẽtii aduenerãt: vt diſputarẽt cũ ea fauẽte diuina gr̃a cũ ꝟtute ſcie infuſe: ſeu ſacratiſſime fidei. Ipã ꝟgo ſciſſima oẽs deuicit ꝛ ſupauit: adeo q̧ fidei ſciſſime ſe ſubiecerũt: ꝛ pro eadẽ xp̄i fide oẽs .l. martyrũ ꝑ ignẽ ſuſceperũt: qđ nequaq̃ feciſſent: niſi fides ſeu ſcia fidei: oi eoꝝ ſcia ꝛ ſapia nobilior: potẽtior atqꝫ efficatior extitiſſet. O igiẽ fides amabilis. o fides incorruptibilis. o fides ſup oia deſiderabilis: quãta ẽ dignitas ꝛ excellẽtia tua. Tu enim ſic manifeſtãt auctitates: declarãt rõnes: ꝓbãt diſtinctiões: ꝛ ꝯcludũt effect⁹: certe p̃cellis in dignitate: efficatia atqꝫ excellentia: oẽm ſimul ſciam: vꝫ ſciaꝫ grãmatice: ſciaꝫ rethorice: ſciẽtiã logice: ſciaꝫ arithmetrice: ꝛ geometrie: ſcientiã iuris ciuilis: ꝛ canonici: ꝛ poſtremo ſcientiã ipſi⁹ aſtrologie: totiuſqꝫ nãlis ph̄ie. Ex p̃dictꝭ igiẽ oib⁹ pꝫ ſexta nobilitas de q̄nta excellentia ſacratiſſime fidei: q̃ đi nobilitas ſuperatiua. Quã fidei ꝟtutẽ ꝛ nobilitatẽ: nobis ꝯcedere dignetẽ auctor ois ſapie de⁹: ꝛ largitor ipſius fidei dñs nr̃ Jeſus xp̄s qui cũ prẽ ꝛ ſpũ ſcõ: viuit ꝛ regnat de⁹ per infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſcđa poſt ſcđaꝫ dñicã q̃dragefime Iterum de quinta excellẽtia. vꝫ de nobilitate ipſius ſacratiſſime fidei.

## IN peccato ve-

ſtro moriemini. Scribũtur hec verba Jo. viii. c. ꝛ i euãgelio occurrẽtis ferie: P⁹ ſacri euangelii lr̃alẽ ꝛ ſpũalẽ expoſitionẽ dilectiſſimi ciues: ex quo vt claruit in ſmone p̃cedẽti: habuiſtis declarationẽ ſexte nobilitatis de q̄nta excellentia ſacratiſſime fidei: q̃ dicta fuit nobilitas ſupatiua: i qua mõſtratũ fuit qualr̃ ipã fides benedicta ſupat oẽm ſciaꝫ acquiſitã in dignitate ꝛ excellẽtia: hẽo vobis p̃nti die ſinglr̃ declarare ſeptimã ipſi⁹ ſacratiſſime fidei nobilitatẽ: q̃ vtiqꝫ erit valde vtilis ſalutifera: atqꝫ gratioſa: cui⁹ nobilitatis declaratio talis erit.

¶ De ſeptima nobilitate ſciſſime fidei que đi nobilitas adoratiua.

S Eptima igiẽ nobilitas ſacratiſſime fidei in ordine declarãda: đi nobilitas adoratiua. Vltra .n. ſupradictas nobilitates: fides ſciſſima hoc ẽt p̃uilegio ſingular gaudet: q̃m facit deũ ꝛ creatorẽꝫ nr̃m (ꝓut ois rõ ꝑſuadet) veracit̃ adorare. Qm̃ igiẽ reꝑiẽ magna ꝑſonaꝝ multitudo: q̃ i humilitate diui cult⁹ dedignatẽ ſe velle exercere: qđ vtiqꝫ accidit: vel ꝑꝑ carnalẽ voluptatẽ: vel ꝑꝑ mũdanã cupiditatẽ: vel ꝑꝑ craſſã ꝛ malitioſaꝫ ignorantiã. arrogãtiã: atqꝫ ſuꝑbiã: q̃ generalia pctã ad hãc reprobatã cecitatẽ hoiẽꝫ rõnalẽ inducũt: vt ſui oblit⁹ creatoris minime ꝯueniẽs ei videatẽ: ſe diuine maieſtati velle ſubiugare: vt a tali maligna ꝑuerſitate hẽant ſe retrahere: ꝛ ad diuinum cultũ ſe veraciter ꝯuertere: p̃cipue cum lex nr̃a ceteris veracior ſit: ꝛ forti⁹ obliget vnũquẽqꝫ xp̄ianuꝫ. Decreui ꝓpterea de diuino cultu: ſeu đ diuina adoratiõe p̃dicare: q: mihi vr̃ marie neceſſariũ. mũdo ꝛ fidelib⁹ xp̄i publicare. qualr̃ vnuſqſqꝫ dẽat ꝛ deũ colere: ꝛ creatorẽ ſuũ adoratẽ. Qđ vt clari⁹ qſqꝫ intelligat: circa diuinũ cultũ ꝛ diuinã adorationẽ ſeptẽ ꝯtemplationes annotabimus.

¶ Prima dr̃ ꝯtemplatio Specificationis.
¶ Scđa dicitur cõtemplatio Diffinitionis.
¶ Tertia diciẽ cõtemplatio Obligationis.
¶ Quarta dr̃ ꝯtemplatio Modificationis
¶ Quinta dr̃ contemplatio Locationis.
¶ Sexta dr̃ contemplatio Aſſociationis.
¶ Septima dr̃ cõtemplatio Oppoſitionis.

¶ De ſeptẽ ꝯtemplationibus diuini cultus: ſeu diuine adorationis. ꝛ primo de prima q̃ dicitur contemplatio Specificationis.

P Rima igiẽ ꝯtẽplatio đ diuino cultu ſeu de adoratiõe ad deũ faciendã: dr̃ Specificatõis. Pro cui⁹ ꝯtẽplationis declaratiõe occurrit mihi ſnĩa beati Thome dicẽtis ſup illa ꝟba ph̄i .ꝛ. Metha. Scire .n. ꝯtingit donec venit ad ſpẽm ſpãliſſimã. Intellect⁹ inq̄t nõ ꝑficit ſimplr̃ de cognitiõe obiecti i genere ꝛ in vl'i. ſi oꝫ q̧ ꝑficiatẽ de cognitione i ſpẽ ꝛ in ꝑticalari. Que ſnĩa exẽplis declaratẽ. Nã poſito q̧ Petr⁹ ſit remotiſſim⁹ a potẽtia viſiua certũ ẽ q̧ intellect⁹ eũ ſimplr̃ cognoſcit: vt ens qđdã in genere: ꝛ iõ cũ nõ diſcernat qđ eſt petr⁹ in ſpẽ: nõ delectatẽ: nec ꝑficiẽ: ſꝫ magis ꝯtriſtatẽ. ꝛ ẽ in motu ad ſciendũ. q vtiqꝫ ẽ q̃dã p̃natio qetis. Si ãt ex approximatiõe intellect⁹ cognoſcit Petrũ in ſpẽ: tunc ſũme gaudet: ꝑficiẽ ꝛ delectatẽ. Silr̃ vt tradunt theologi in iiii. di. xlix. cognitio beatitudis inq̃tũ ẽ q̃dã ſtatus. vt dicit Boeti⁹ ꝓſa .ꝛ. ꝫ. li. Omniũ bonorũ aggregatõe ꝑfect⁹: nõ ꝑficit ſimplr̃ itellectũ: q̃nimo neceſſe eſt ad ſalutẽ: vt talis btĩtudo cognoſcatẽ in ſpecie ꝓut .ſ. ſimplr̃ i diuina viſiõe ꝯſiſtit: ꝛ nõ i aliq̃ alia re. Quib⁹ declaratꝭ: cũ triplex poſſit eẽ honor ſiue adoratio. vꝫ. dulie. ipdulie atqꝫ latrie: videnduꝫ eſt quo honore: ſeu adoratione dẽat in ſpẽ de⁹ coli. an adoratiõe dulie. an ipdulie. an latrie: ne ꝑꝑ hoc intellect⁹ deũ adoret in genere. ꝛ in vl'i: ſꝫ ſimplr̃ (vt debitũ eſt) in ſpẽ ꝛ in ꝑticulari. Accipe tñ prio qđ eſt dulia: qđ ipdulia: qđue latria. Dulia (vt tradunt theologi in .ꝫ. di. ix. ẽ q̃dã honor: q ſimplr̃ exhibetẽ rõnali creature: ex ꝑticipatiõe alicui⁹ diuini doni. Ipdulia ãt q̃ eſt ſup duliã: eſt q̃dã honor q exhibetẽ creature rõnali excellẽti: ꝑꝑ maiorẽ affinitatẽ ꝛ cõionem ad deuꝫ. Latria vero vt dicũt theologi vbi. ſ. ẽ q̃dã honor excellentiſſimus ſoli deo debitus. ꝛ nulli cõmunicabilis creaturẽ. Declaratio igitur iſtaꝝ triũ diffinitionũ ponetẽ ſucceſſiue inferius i ſuis locis. His p̃miſſis ꝯcluſionaliter dico ꝛ diffinitiue: q̧ ſolus honor latrie q eſt excellentiſſimus ſup honorem dulie ꝛ yꝑdulie: dꝫ deo ſimpliciter exhiberi. Et q̧ deus vt veraciter adoretẽ: dbeat adorari latria ꝛ nõ dulia: vel yꝑdulia. tripliciter ꝓbo. Primo auctoritatibus. Scđo rõnibus. Tertio exẽplis. ¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nã glo. ſup verba Matth. iiii. dñm deum tuuꝫ adorabis ꝛc̄. ait. Latria eſt honor ꝛ cultus ſoli deo debitus ſup duliã ꝛ yꝑduliã: propter ſummã eius excellentiã. Et Auguſt. ibidẽꝫ dicit. Latria eſt quedã ſeruitus interior ꝛ exterior excellentiſſima: ſoli deo debita: ꝛ icõmunicabilis omni creature. Ex q̄bus auctoritatibus patet: qualiter deus a rõnali creatura: ſolo honore latrie adorari debet.

¶ Secundo hoc idem probo triplici rõne. ¶ Primo rõne Superationis. Secundo ratione Argumentationis. Tertio ratione Juſtificationis. ¶ Primo probo ratiõe ſuperationis: q̧ deus ſimpliciter debet honorari honore excellentiſſimo latrie: ſup oẽm rõnalem creaturam. Fundamentum rõnis ponit ph̄s quarto Ethicoruꝫ. di. Honor eſt exhibitio reuerentie in teſtimoniuꝫ alicuius virtutis. Patet hec regula. Nã videmus ꝑ experientiã: q̧ ſi aliquis ẽ virtuoſus bonus ꝛ ſapiens: cõmuniter honoratur: ꝛ reuerẽẽ

Quo ꝓſuppoſito certū eſt ſm phm.v.Tho.
ꝙ ſi ſimpl'r aliqd ē:ſimpl'r ēt intelligiť:⁊ dili
giť. Si aūt eſt magis:ergo magis: ſi āt ē ma
xime:ergo maxie. Q̄d pꝫ. Nā ſi vicario epi:
q ſimpl'r hꝫ illā dignitatē debeť honor:ergo
epo dbeť maior honor:cū ſit maioris auctiſ
ergo pape debeť maximꝰ honor:cuꝫ ſit ma
xie auctis. Quibꝰ ꝯceſſis certū eſt:ꝙ i deo
ſolo eſt maxia ꝟtus.bonitas:ſūma potētia:
infinita ſapientia:optimaqꝫ iuſticia:clemen
tia ⁊ miſericordia:ſuꝑ oēs creaturas: tā rō
nales:quā intellectuales ⁊ angelicas : ergo
ꝑ ꝯñs ei debeť maior honor:⁊ reuerentia ex
hiberi:ꝙ̃ ſimul ceteris oibus ſanctis ⁊ rōna
bilibꝰ creaturis ꝙ̃tūcūqꝫ bonis ⁊ virtuoſis
Et ꝙ in deo ſolo ſit optima bonitas:⁊ nō i
aliqua alia creatura:⁊ ꝑ ꝯñs optimꝰ ⁊ excel
lentiſſimꝰ debeať ei honor:audi Platonē
in Thimeo dicentē. Deus inqt eſt ſummuꝫ
bonū ſuꝑ oēm ſubſtantiā:omnēqꝫ naturaꝫ:
cui cūcta expediūt cum ſit plene ꝑfectionis
⁊ nullius ſocietatis dignus. Et ideꝫ ait. So
lus deus eſt infinitus:nō ſolū loci excluſiōe:
ſꝫ ēt vite ꝓprietate:⁊ nature oimoda digni
tate ⁊ bonitate:phs etiam.2.Metha. dicit.
Deus eſt principiū nobiliſſimū optimū ⁊ ꝑ
fectiſſimū. Et primo Metha.dicit. Hūc ſolus
deus hꝫ honorē:ſiue ſapientiaꝫ :ſiue metha
phiſicā. Et idē in ꝓlogo Methaphiſice ait.
Scientia maxie diuina:eſt maxime honorā
da:⁊ quā maxime deus hꝫ dea eſt ſciarum.
Oēs eni alie ſcie magis neceſſarie ſunt ea
dignior vero nulla hec ibi. Et auctor in li.
de cāis dicit. Cā pria eſt optima ſuper oēs
res creatas:nec eſt magis diues ipſa. Diſti
ctionē aūt ꝙ deꝰ ſimpl'r ſit qddā bonū op
timū:⁊ nō inueniať alia aliqua bonitas op
tima in quauis creatura ponit Bonauē. in
ſcdo di.3.ꝑte.2.ar.1.q.1.in cor.q.d. Optimū
pōt capi quadrupl'r. Aut cōꝑabiliter . Aut
ꝑfectionabil'r. Aut finaliter. Aut ſimpliciter
¶ Primo mō pōt intelligi ad eſſe optimuꝫ
ꝯꝑabiliter:ſeu in cōꝑatione ad totū vniuer
ſum. Et ſic vnūquodqꝫ creatū dī eſſe bonū
optimū. Nā aliqd ꝑuū dī eē optimū reſpe
ctu maximi:q maximū accipit dcorē a ꝑuo
Sicut ēt lapis dī eſſe optimuꝫ in ꝯꝑatione
ad aiaꝫ ſenſitiuā:q ex tali diuerſitate appa
ret bonū optimū in oibꝰ. ⁊ quelibet res ſic
cōꝑata eſt optima:ſil'r albū dr eē qd opti
mū in compatiōe nigri:⁊ ecōuerſo:q oppo
ſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt. Ut dic
phs primo Elencoꝝ.⁊ primo rethorice ſueſim i
liter qlibet creatura dī eſſe optima inꝙ̃tuꝫ
deducit ad cognitionē creatoris. Nā inuiſi
bilia dei vt dr ad Roma.primo per ea q̄ facta
ſunt a creatura intellecta ꝯſpiciunť. Et inſu
per qlibet creatura ēt minima dī eſſe optia
inꝙ̃tū ꝓcedit ſimpliciter ab optima cā:dicē
te Dio.libro de di.no. Optimi eſt.n.ſemꝑ
optima adducere. Et rō eſt q ſi a ſūme ca
lido nō egrediť niſi ſūme calidū :⁊ a ſūme
frigido niſi ſūme frigidū ⁊ a ſūme dulci ⁊
amaro:niſi ſūme dulce ⁊ ſūme amarū.ergo
a ſimili ab optimo bono: ſeu ab optima cā:
nō pōt egredi:niſi optimū bonū ſeu optimꝰ
effectus. Cū igiť oēs creature:etiā viliſſime
ab optima cā(que dicta eſt)ꝓceſſerint claꝝ
eſt ꝙ neceſſario oēs creature optime ſūt ꝑꝑ
hoc dr Geñ.primo. Uidit deus cūcta que fe
cerat:⁊ erant valde bona. Et phs primo de
celo ⁊ mūdo ait. Totū vniuerſum neceſſe ē
eſſe optimū. Et libro.xi.de aialibus. Nullū
inquit ens nāle quantūlibet minimū natuꝫ
ē ocioſe. Unde in oibus minimis ē quoddā
optimū ⁊ diuinuꝫ. ¶ Secūdo modo pōt di
ci aliqd optimū ꝑfectionabiliter. Nam opti
mū ⁊ ꝑfectum(vt dr.v.Meth.)eſt illud ſim
pliciter cui nō eſt additio. Hoc mō ſolus de
us dr ſimpliciter eſſe optimus:⁊ nō aliqua
creatura :qm̄ nulla eſt creatura cui nō defi
ciat additio bonitatis. Lapis igitur hoc mō
nō dr eſſe optimus:q melior eſt planta ar
boris:eo q lapis hꝫ ſimpliciter eſſe .planta
vero hꝫ eſſe ſicut lapis:⁊ vltra hoc hꝫ etiaꝫ
vitā:ſeu aiam vegetatiuā. Itē planta hoc
modo nō ē optime bona:q formica melior
eſt oi planta arboris ꝙ̃tūcūqꝫ nobiliſſima
q formica hꝫ eſſe ⁊ viuere ſicut planta:⁊ vl
tra hoc hꝫ ſentire:ſeu aiam ſenſitiuaꝫ. For
mica inſuꝑ hoc modo non diceť optima:nec
etiā aliqd aliud animal ꝙ̃tumcūqꝫ nobile
ſimpl'r habens animā ſenſitiuā:q ſolus hō
melior eſt oi animali ſenſitiuo.ꝓ eo ꝙ hꝫ eē
viuere:⁊ ſentire:⁊ vltra hoc hꝫ rōneꝫ:ſeu ra
tiocinari quod non habet aliqd aliud aial.
Item hō hoc modo dicitur eſſe quid opti
mū:quia angelus naturaliter melior eſt oi
homine:non tm̄ ſm naturam :que nō ſubi
citur corpori corruptibili:ſicut rōnalis aia:
ſed inſuper ſecundū vſum intellectus ꝓ eo
ꝙ homo ꝑcipue i preſenti vita:accipit veri
tatē de rebus ſucceſſiue:⁊ per diſcurſuꝫ ra
tionis. Angelus econtra capit veritates ſi
ne aliquo diſcurſu ⁊ ſucceſſione. Taceo de
grā:qm̄ qlꝫ hō ēt ſi nō ꝑ nām:tñ ꝑ gratiaꝫ
pōt eſſe melior angelo. Inſuꝑ hoc mō vir
go nō pt dici qd optimū: qm̄ aia xpi ē me
lior ipa i grā ⁊ glīa. Sil'r aia xpi nō pōt di
ci optima:qm̄ vt dicit Bonauē.in.3.di.xiij.
ar.1.q.2. Aia xpi nō eſt capax: vt ꝯprehēdat
totā virtutē diuinitatis ⁊ ex hoc imꝑfecta ē
reſpectu dei. Oppoſitum eſt de ipſo deo:in
quo cū nō poſſit fieri additio alicuius boni
tatis.ꝯcludiť ex hoc ſcdo mō:deū ſimpl'r eſſe
qd optimū ⁊ ꝑfectuꝫ. ¶ Tertio deniqꝫ mō
pōt dici aliqd optimū finaliter.i.reſpectu fi
nis.q finis vt dicit Phs.2.Phy.hꝫ ratio
nem optimi: Et.1.Meth.di. Finis eſt bonum
vniuſcuiuſqꝫ rei:⁊ vl'r eſt optimū in oi ſnā.
Ideo fructus qui eſt finis arboris:dī eē qd
optimū. Hoc.3.mō ſolus deus ē ſimpliciter
optimū bonū:pro eo ꝙ eſt finis oiuꝫ creatu
ſo certum eſt ꝙ peccato actuali in quo ẽ du-
plex malum. ſ. auerſio ab incommutabili bo
no ⁊ conuerſio ad commutabile bonum in-
ſte debetur duplex pena. ſ. pena dãni reſpõ-
dens inordinate auerſiõi: ⁊ pena ſenſus re
ſpondẽs inordinate conuerſioni. Ecõtra ve-
ro cum in peccato originali nulla ſit ꝯuerſio
ad comutabile bonum ſz ſola auerſio: vel ali
quid auerſioni reſpondens. ſ. deſtitutio aie a
iuſticia originali. concluditur propter hoc:
ꝙ ſm iuſtitiaz ſolum detur puulis pena dã
ni que eſt ſubtractio gratie ⁊ carẽtia diuine
viſionis ad quã homo per gratiã ordinatur
⁊ nõ pena ſenſus. ¶ Et confirmatur iſta rõ
Nam acerbitas pene reſpondet quantitati
delectationis ſeu delectationi culpe iuxta il
lud Apoc. xviij. Quantum glorificauit ſe: ⁊
in delicijs fuit tantum date illi tormentuz ⁊
luctum. Sed anima que coniuncta fuit cor-
pori paruuli nullam delectationez inordina
tam in corpore ſenſit: ergo non vi ꝙ tali aie
⁊ corpori debeat aliqua acerbitas pene ſen
ſibilis. ¶ Tertio contra tales eſt diſtinc. dñi
Bonauenture in ſecundo diſt. 33. ar. 3. q. i. in
cor. q. di. Cum queritur an paruuli deceden
tes in ſolo originali puniant pena ignis ma
terialis. Reſpondeo ꝙ duplex fuit opinio.
Quidam enim attendentes rigorez diuine
iuſticie ac ſententie: qua deus hominem ꝓ
vno modico mortali in quo momentanea:
⁊ quaſi nulla fuit delectatio cruciat eterna-
liter: dicunt ꝙ paruuli cremabũtur igne ma
teriali longe tamen minus: q̃ illi qui pecca-
uerunt peccato actuali: ⁊ hoc dicunt ſenſiſſe
Aug. Cũ dixit in enhiridiõ penam paruulo-
rum eſſe mitiſſimam. Et in libro de fide ad
Petrum paruuli cruciabuntur eterno ſup-
plitio: mitiſſimam enim illam vocant penam
non abſolute ſed reſpectu aliorum: nec in' h
derogari dicũt diuine miſericordie q̃uis plꝰ
manifeſtur iuſticia q̃ miſericordia: pro eo ꝙ
minus malum eſt in tali pena eſſe: q̃ omni
no non eſſe, cum non ſit ibi tanta boni ꝑua
tio ſicut manifeſtat. Augu. in lib. de lib. arb.
⁊ hoc dicunt eſſe conueniens: vt ſicut in ori
ginali peccato erat carentia debita iuſticie ⁊
concupiſcentia: ſic etiam in pena eſſet caren
tia viſionis dei ⁊ afflictio ignis eterna. Sed
cũ valde durũ illud dicere videatur: ꝙ deꝰ
tã dure ⁊ tam aſpere agat cum paruulis ſic
decedẽtibus: q omnino nõ potuerũt vitare:
nec mortem culpe: nec mortem nature: ꝑſer-
tim cuz videamus deũ cũ impiiſſimis: ⁊ ſce
leratiſſimis peccatoribꝰ in multis miſericor-
diter agere: ideo eſt alia opinio mitior q̃ ma
gis concordat pietati fidei ⁊ iudicio ratiõis
ꝙ quia paruuli decedentes cuz originali ca
rent iuſticia ⁊ ſpiritus ſancti gratia: que eſt
pignus hereditatis eterne: priuantur in eter
num viſione dei: quia vero in carne fuit fe-
ditas: iõ ponentur in loco vili vtpote infer-
nali: ſed quia non habuerunt in ſe actualem
delectationẽ peccati: nec in ſpiritu: nec i car-
ne: iõ non ſentiunt pene ignis acerbitatem:
hunc modum dicendi magis approbãt ma
giſtri cõiter: ⁊ ideo ipſam ſuſtinendo ſcdm
opinionẽ magiſtri ſicut patet in littera: rões
que ad hanc partem inducuntur concedo.
hec Bonauentura verbaliter. Si autez quis
obiceret allegans illud Auguſti. in libro de

ſide ad Petrum di. Firmiſſime tene paruu
los qui ſine baptiſmate de hoc ſeculo tran-
ſeunt eterni ignis ſupplicio ſempiterno pu-
niendos. Ad hoc Reſpondet Bonauen. vbi
ſupra in ſolutione primi argumenti. dicens.
Aug. inquit in verbis illis non intendit dice
re ꝙ paruuli ſenſibiliter crucientur: ſed intẽ
dit eorum penas manifeſtare quantũ ad ca
rentiam viſionis dei: ⁊ quantũ etiam ad vi
litatem loci: ⁊ hoc valde habundãter expri
mit plus dicens ⁊ minus. Nam in enchiri-
dion ait. Mitiſſima ſane eorũ erit pena qui
preter peccata que originaliter traxerũt nul-
lum inſuper addiderunt: volens ex hoc itel-
ligi ꝙ non ſine cauſa loquitur ſic. Hoc enim
facit ad extirpandam illam hereſim q̃ dice
bat paruulos nulla pena pũiri. Unde ſicut
in moralibus documentũ eſt: ꝙ qui vult ab
vno extremorum peruenire ad medium de-
bet declinare ad aliud extremum ſicut docꝫ
Philoſophus: ſic etiaꝫ beatus Aug. vt illã
hereſiꝫ extirparet que dicebat paruulos ab
omni pena imunes eſſe ⁊ ad mediũ reduce-
re: videlicet ad penam carentie viſionis ſim
pliciter aſſeruit eos cũ alijs peccatoribꝰ eter
naliter dãnari. Iſtum aũt ſuum intellectum
explanat vt ꝑdictũ eſt in enchi. vbi dicit pe-
nam eorum eſſe mitiſſimam: ſicut etiaꝫ dicit
magiſter in littera. hec Bonauen. verbaliter
Huius ſnie eſt etiam Tho. in q̃ōibus diſpu
tatis de malo. q. de peccato originali arg. i.
Ex predicta ergo auctoritate. rõne: atqꝫ di-
ſtinctione expreſſe patet: qualiter paruuli ſi-
ne baptiſmo morientes ⁊ ſi ꝑuanť diuina vi
ſione vt pretactũ eſt: nequaq̃ tñ patiuntur
ſenſibilem penã ignis materialis. ¶ Tertiꝰ
error eſt dicentium ꝙ tales puuli preſuppo-
ſito vt pretactũ eſt ꝙ perpetuo careant diui
na viſione, patiuntur maximam penaꝫ: dolo
rem atqꝫ triſtitiam de priuatione illius diui
ne viſionis. Contra quos expreſſe ſunt qua
tuor. Primo auctoritas. Secundo ratio.
Tertio ſilitudo. Quarto diſtinctio. ¶ Pri-
mo contra tales eſt auctoritas magiſtri i. 2.
diſt. 33. ad litteram dicentis. Nullam inquit
aliam penã ſenſuri ſunt paruuli de igne ma
teriali ⁊ verme conſcientie: niſi ꝙ ſimpliciter
diuina viſione carebunt. ¶ Secundo cõtra
tales eſt ratio videlicet improportionis. Fũ
damentum rationis ponit Philoſophus li

bro de proprietatibus naturalium reruꝫ d.
Excedentia proportionem nature ſi non ha
beantur non ſunt cauſatiua triſtitie: ſed ſim
pliciter conuenientia cum natura: pꝫ h̃ regu
la. Nam nullus ſapiẽs ſi recta vtitur ratõe
affligitur ⁊ triſtatur: ex eo ꝙ non poteſt vo-
lare ſicut auis: vel ꝙ fiat rex. aut imperator:
cum non cõueniat nature ſui ſtatus. Econ-
tra vero auis ſi volare non poſſet cũ ei con
ueniat per naturam vtiqꝫ affligeretur: ⁊ ẽt
ille cui competit regnum vel imperiũ ſcdm
nature curſum niſi illud habeat: ſꝫ magis
ab alio poſſideať: vtiqꝫ affligeretur. Quo ꝑ
ſuppoſito certum eſt ꝙ pueri ſine baptiſmo
morientes nunquã fuerunt ꝓportionati ad
hoc ꝙ vitam eternaꝫ haberẽt ſeu diuina vi-
ſione fruerentur. Non. n. ex principijs natu
re ſimpliciter acquiritur illa viſio: cum exce-
dat omnem facultatem nature: ſed acquiri
tur per habitum fidei infuſum ⁊ ſupernatu
ralem: quem nec vnquã habuerũt nec vnq̃
habituri ſunt. Quod ſi ſic eſt ꝙ pueri ſine
baptiſmo decedentes nunq̃ fuerunt nec vn
quam erunt proportionati ad fruendum di
uina viſione. cõcluditur ex hoc ꝙ impoſſibi-
le eſt ꝙ vnquã doleant ⁊ affligantur ď pri-
uatione viſionis diuine. ¶ Tertio cõtra ta-
les eſt ſimilitudo. Clarum eſt enim vt habe-
tur. 2. queſtione. i. c. Notum. ꝙ agentes ⁊ cõ
ſentiẽtes par pena ꝯſtringit: quo ꝯceſſo cer
tum eſt ꝙ non agentes nec cõſentientes per
oppoſitũ nulla debet pena cõſtringere. Sed
manifeſtum vt ſuperius probatum ẽ ꝙ cor
pori paruulorũ nulla datur pena ignis ma
terialis pro eo ꝙ nullam habuerunt actua-
lem delectationem: ergo a ſimili nullam pe-
nam vermis conſcientie debent ſentire ani-
me paruulorum pro priuatione diuine viſio
nis, ex quo nullum habuerunt conſenſum in
culpa originali. ¶ Quarto deniqꝫ ꝯtra ta-
les eſt diſtinctio Thome in queſtionibus di
ſputatis de malo. q. de peccato originali. ar
ti. 2. dicentis. Cũ queritur an paruuli dece-
dentes cum ſolo originali peccato patiãtur
afflictionem interioris doloris ex priuatiõe
diuine, viſionis. Reſpondeo ꝙ diuerſi circa
hoc diuerſimode locuti ſunt. Aliqui tamẽ di
xerunt abſolute ꝙ non. Et ratio eſt q2 vbi
nulla ẽ cognitio ⁊ cogitatio boni perditi vel
propter ſe facti ibi eſt nulla afflictio. Sꝫ ani

me paruulorum cũ ſolo originali decedẽtiũ
ſunt in tantis tenebris ignorantie ꝯſtitute.
ꝙ neſciũt ſe ad beatitudinem creatas: nec
aliquid de beatitudine cogitant: ⁊ ideo ꝑꝑ
hoc nullam patiuntur penam. Sed hec rõ
eſt inſufficiens cum cognitio naturalis ma
gis vigeat in anima ſeparata q̃ in aiabus
cum corpore coniunctis. Ideo dicendũ eſt
ꝙ duplex cognitio ď beatitudine haberi po
teſt. videlicet generalis ⁊ ſpecialis: ſeu natu
ralis ⁊ ſupernaturalis. Anime ergo puerorꝫ
generali ⁊ naturali cognitione nõ carent q̃
debetur anime ſeparate ſm naturaꝫ ſuam
ſed carent ſimpliciter cognitione ſpeciali ⁊
ſupernaturali: q̃ in nobis per fidem planta
tur: eo ꝙ non habuerũt fideꝫ in actu nec ſa
cramenta fidei ſuſceperunt. Pertinet aũt
ad cognitionem naturaleꝫ ꝙ anima ſciat ſe
propter beatitudinẽ eſſe factam: eo ꝙ bea-
titudo cõſiſtit in adoptiõe perfecti boni. Sꝫ
quia illud bonum ad quod hõ eſt factus:
ſeu illa gloria quaꝫ ſancti poſſident eſt ſup̃
naturalẽ cognitionem. di. apoſtolo. i. cori. 2.
oculus nõ vidit nec auris audiuit ⁊c. ⁊ ſub
dit nobis aũt deus reuellauit per ſpiritum
ſanctuꝫ: q̃ reuelatio pertinet ad fidem: hinc
eſt ꝙ paruuli, tali ſupnaturali bono priuati
cum illud ſupernaturaliter non cognoſcũt
nequaquã propter hoc dolent ⁊ affliguntur.
imo magis quod ꝑ naturam habent. abſqꝫ
dolore poſſidẽt: ⁊ vltra hoc de ipſo ſingula
riter gadent. h̃ Tho. Uide queſo ẽt diſtin-
ctio. beati Bonauenture in. 2. di. 33. ar. 3. q. 2.
quã breuitatis cauſa dimitto in qua cõclu
dit. ꝙ realiter predicti paruuli nullã patiũ
tur penã ex ꝑuatiõe diuine viſionis. Immo
magis cõcludit ꝙ in cognitiõe naturali in
menſam habent dlectationẽ ſicut etiã mul-
ti qui vellent eſſe i paradiſo licet nõ ſint cõ
ſolantur de ſtatu ſuo. ſcilꝫ ꝑſentis vite ⁊ cõ
tẽti ſunt eis q̃ habent in hac vita q̃uis cõ
paratiue modicũ habeant reſpectu paradi
ſi. Sic a ſimili in paruulis intelligendum eſt
eſſe: quia eis ſufficit. ſtatus ſuꝰ naturalis: nec
eleuãt ad ſupernales opes oculos: quas ha
bere nõ poſſunt. hec Bonauentura ſbali
ter vbi ſupra in ſolu. ſecũdi argumẽ. Scotꝰ
autẽ in. 2. di. 33. ponit queſtionem formalem
vtrum paruuli patiãtur aliquã penaꝫ ignis
vel triſtitiaꝫ de priuatiõe viſionis dei. ⁊ Re

ſpondet abſolute ꝙ nullam penã patiẽtur
nec in corpore: nec in anima. Sed in genera
li habebũt maximam delectationem ď per
fectionibus naturalibꝰ ⁊ de naturali cogni
tione ipſius dei atqꝫ aliarum reruꝫ natura
liũ ſicut ⁊ philoſophi naturales etiã in hac
vita exiſtentes habuerunt magnaꝫ delecta
tionẽ de naturali cognitione ipſiꝰ dei ⁊ alia
rum rerum naturalium: dato ꝙ priuarẽtur
beatifica viſiõe ipſius dei. ꝓpter quod phi-
loſophus ſcdo de celo ⁊ mundo ait. Cũ de
corporibꝰ celeſtibus queſtiones poſſunt ſol
ui parua ⁊ topica ſolutione: ꝯtingit audito
ri vt vehemens ſit gaudiũ ⁊ delectatio. Et
in. ij. de animalibꝰ di. Q̃uis parum ſit quod
naturalr ď ſuperioribꝰ ſubantijs accipimꝰ
tamen illud modicum eſt magis amatuꝫ ⁊
deſideratum ⁊ delectabilius omni cognitio
ne quam de omnibus ſimul ſubſtantijs iſe
rioribꝰ habemꝰ. hec ibi. Et in libro de ſecre
tis ſecretorum ad Alexandruꝫ ait. De rebꝰ
altiſſimis etiam parua ⁊ debili conſideratio
ne aliud poſſe ꝯſpicere iocundiſſimũ ⁊ de
lectabiliſſimũ eſt. Ex qua auctoritate ratio
ne ſimilitudine atqꝫ diſtinctione patet q̃li-
ter paruuli ſine baptiſmo morientes nullaꝫ
patiuntur penaꝫ de priuatione diuine viſio-
nis. Tamen penã maximaꝫ ſuſcepturi ſunt
patres ⁊ matres qui ſtudioſa malicia dum
fornicati ſunt ꝓlem perimũt: aut comeſtio
ne: aut ſumptiõe alicuiꝰ ad hoc apti cibarij
O crudeliſſimi patres. o ferociſſime matres
cur nõ cogitatis grauitatẽ culpe, quam cõ-
mittitis. Graue certe delictũ eſſet ſi q̃s cor
poraliter hominem occideret: grauius vero
ſi q̃s omnes mũdi homines perimeret: ſed
profecto grauiſſimũ eſt peccatuꝫ ſuper om-
nia ꝙ quis paruulum non baptizatuꝫ peri
mat. Ratio ẽ quia auſertur vita gratie: ſeu
vita eterne glorie que incomparabiliter no-
bilior eſt per ſe naturali vita omnium homi
num huius mundi. Sic ciiꝫ dicitur. xxiij. q.
5. ſi habes. Innumerabilium mors corporuꝫ
morti vnius anime comparari non poteſt. h̃
ibi. Immo. i. c. ſi aliquis. extra de homicidio
dicitur. Quod ſi aliquis homini vel mulieri
aliud fecit vel ad potãdũ dederit vt nõ poſ
ſit generare aut ꝯcipere vel naſci ſoboles vt
homicida teneatur. glo. quo ad penam lega
lem ⁊ quo ad ſpiritualem: ſed non eſt irregu

larls ac ſi hominem interfeciſſet. Si igitur huic tāta dbetur pena, quāto magis puniri dʒ qui poſt animationeʒ fetū perimit ⁊ maxime ſi ꝓprius filius eſt. Certe tales niſi peniteant priuabūtur in eternum diuina viſione: quapropter eorum cauſam priuati ſunt paruuli illi dum ſine baptiſmo cū culpa originali deceſſerūt. Ex ꝑdictis oibꝰ pʒ qualiter vltra ſupradicta .xo. etiaʒ ſunt .io. alia genera hominuʒ diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei penitus aduerſantia. A quibꝰ etiā peſtiferis ⁊ maledictis erroribus nos preſeruet increata ſapientia vnigeniti dei: q cū patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat deus ꝑ infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria tertia poſt quartā dominicaʒ quadrageſime. Iterum de quinta excellentia. videlicet de maxima nobilitate ipſius ſacratiſſime fidei.

## Olite iudicare

n re ſm faciē ſed iuſtū iudiciū iudicate. Scribuntur hec vba. Jo. vij. c. ⁊ i euāgelio occurrentis ferie. Poſt ſacri euāgelij lrālē expoſitionē ⁊ moraleʒ dilectiſſimi ciues: ergo vt claruit in duobꝰ precedentibꝰ ſemonibꝰ declarauimꝰ .xo. genera hoium ſeu ꝑſonaꝝ diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei aduerſantiū reſtat poſtremo vt in preſenti ſermone alia .io. genera declaremus q̄ declaranda remāſerunt quorum declaratio ſequendo numerum ſuprapoſitum talis erit.

¶ Item de ſeptima contemplatione diuine adorationis que dicitur oppoſitionis ſeu d .io. alijs generibus hominum qui aduerſantur diuino cultui.

Rrigeſimiprimi igitur q vltra predictos diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei

t ēt aduerſantur ſunt oēs illi q firmiter credūt ꝙ aliqua mulier maga vl ſtriga veraciter cōuertatur in murilegā ſeu gattā vel muſipulā. Cōtra quos expreſſe ſunt tria videlicet. Primo auctoritates. Secundo Ratio. Tertio exemplum. ¶ Primo cōtra tales ſunt auctoritates. Nam conciliū acquiēſe. xxvi. q. v. c. epiſcopi eorum ait. Quod ſi quis credit poſſe fieri aliquam creaturaʒ aut in melius: aut in deterius immutari aut transformari in aliā ſpeciē: vel in aliā ſimilitudineʒ: niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit ⁊ per quē omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt ⁊ pagano deterior. hec ibi. Item xxvi. q. v. c. Nec mirū dicitur. fertur in gētiliū libris ꝙ q̄dā maga ſocios Vlixis mutauit in beſtias. legitur etiā de ſacrificio ꝙ archades de ſuo luco imolabāt ex quo quicū qʒ ſumeret in beſtiaꝝ formas conuerteret. Sed hec omnia magicis preſtigijs potius fingebantur q̄ꝫ rerum veritate cōplerētur hec ibi. Scdo contra tales eſt ratio videlicet. Augmētationis. Fundamētum ratiōis ponit phs. i. thopi. di. Qd non poteſt in minus nec in maius. patet regula. Nā qui nō pōt expugnare paruū caſtrū nequaꝗ expugnabit maximam ciuitateʒ. Quo preſuppoſito certū eſt ꝙ nobilior eſt forma noſtra dicēte pho. i. phiſi. Forma inqt ē nobilior materia ⁊ eſt quid diuinū a materia deſideratū. Sed claruʒ eſt ꝙ tota natura nec inſuꝑ aliquis malignus ſpiritus non pōt producere minus. ſ. materiam alicuiꝰ minime rei de nihilo facere: cum requiratur ibi infinita ptās quam ſolus deus habet: ſed illud qd Mat. v. ſaluator ait. Non potes vnum capillū albuʒ facere aut nigrū: ergo multo fortius nec aliqs demon nec tota nā producere poterit aliquam nouam formam ſeu formā in formam transformare: cum etiā in hoc ſicut in creatione materie requiratur infinita potentia quam nullus hʒ niſi ſolus deus. ¶ Tertio cōtra tales ē exēplū. Nā legitur in legēda ſancti Macharij ꝙ quedā puella oculis hominū videbatur in equam cōuerſa. Cui cōpaciētes monaci eidē ſancto Machario cui iam ⁊ hoc ipſum deus notum fecerat retulerūt: ⁊ vt pro eadē inſtanter oraret rogauerūt. Quibꝰ ſanctus Machariꝰ dixit. o filij vos eq eſtis q equoꝝ hētis oculos: illa enim puella mulier ē nec eſt trāſformata in formā eque ſicut apparet. Sed ſimpliciter falluntur oculi vidētiū ex preſtigij vanitate. ⁊ cum oraſſet deū vt ſicut erat monachis appareret: ſtati viderūt eam habere formam mulieris ⁊ nō formam eque. hec ⁊ ſimilia ſunt ſimpliciter deluſio quedam demonū. Ex ꝑdicta auctoritate rōe ⁊ exēplo: pʒ qualiter falſiſſimū ē ꝙ mulier aliqua cōuerti poſſit in gatā vel murilegā. Si aūt opponeretur ꝙ aliquando vere ⁊ ſenſibiliter compertum eſt ꝙ aliqs aliquā vetulā in forma gati ſeu murilegi puerū rape ſatagentē percuſſerit aut in brachio aut in aliqua ꝑte corpis. Qd ſi ſic ē: ergo formā illiꝰ vetule q̄ erat in domo videt demō realiter in formā gatti ſeu murilegi transformaſſe. Reſpōdet magiſter Michael de feudis in ſuo tractatu de ſupſtitionibus ꝙ ſimpliciter illud quod videt in forma gate: ſimpliciter ē ipſe demō in ſpecie vetulaꝝ vel muſipularū pueros de cunabulis ⁊ lecto rapiens ⁊ occidens: qui interdū ſic a deo permittitur paruulos occidere in penā parentū: qui eos adeo inordinate amāt ꝙ propter ipſos dei amorem negligūt ⁊ poſt ponunt. Quod autē in perſona vetule percuſſio facta remaneāt: ſeu tale vulnus vetule imprimatur: dico ꝙ hoc triplici reſpectu euenire pōt. Primo naturaliter ex caſu vtputa dum cadēdo tale vulnus recepiſſet. Secundo hoc poteſt accidere ex vehementi imaginatione in penam peccati: quia dū talis vetula ex comitibus ſe fore credit herodiadis vel diane: ⁊ credit ſe in imaginatiōe eſſe ad rapiendū pueros tale vulnus in ea factum remanet pro eo ꝙ vehemens imaginatio plerūqʒ facit caſum. ſeu. Tertio dicas ꝙ permittente deo in penā peccati diabolus ſibi tale vulnꝰ infligit ex quo ipſa credit ſe eſſe ad actum illius percuſſionis ſeu occiſiōis pueri. Adde ſi vis ⁊ quartam reſponſum qr plerunqʒ diabolus poteſt deludere oculos videntium: vt talis vetula videatur percuſſa cum tamen percuſſa non ſit. Tertia tamē ratio probabilior videtur. Quod autem actualiter ſit ipſe demon qui in forma vetule appareat patet ex hoc: quia ianuis clauſis ⁊ thalamo in alterutrum predictarum formarū. ſ. vetule vel muſipule intrat ⁊ exit. ⁊ vt id factum magis credatur verum: ⁊ per conſequens odium vel aliud maluʒ inter vetulam ⁊ parentes pueri generet: ſub lecto quandoqʒ ſe occultāt: cum tāmen ingredi in hoſtia clauſa non poſſit aliquod materiale corpus niſi ſimpliciter malignus ſpiritꝰ ſeu corpus glorioſū: ⁊ dū eſt deprehēſus diſcurrit hincinde ꝑ thalamum demon in forma predicta quaſi exire non poſſit: qui tamen vt predictum eſt etiam obſtructis portis domꝰ ⁊ camere itrauit qd vtiqʒ ſolis ſpiritibꝰ poſſibile eſt: ⁊ ex hoc fingit ꝙ inuitus percutiatur. Ex predictis igitur omnibus cōcludo ꝙ non tantuʒ eſt impoſſibile ꝙ dyabolus vnā creaturam veraciter trāſformet in aliaʒ: ſed vltra hoc dico ꝙ qui hoc crederet eē poſſibile vtiqʒ herericus foret. ¶ Trigeſimiſecūdi q aduerſant diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei ſunt omnes illi qui vtuntur arte notoria ad ſcientiam acquirendā: que ars oino illicita eſt. Contra quos Augu. lib. de doc. chriſtia. ⁊ ponitur. xxvi. q. ii. c. illud ait. Omnes artes huiuſmodi ſcientie vel nugatorie vel noxie ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate demonū acquiſite: quaſi peccata infidelitatis ⁊ doloſe amicitie conſtituta penitꝰ ſunt reprobande ⁊ a quolibet chriſtiano fugiende. Rationem autem quare talis ars oino ſit illicita aſſignat Tho. ii. ii. q. xcvi. di. Qd talis ars omnino eſt prohibita quia vtitur quibuſdam ad ſcientiam acquirendaʒ que non habent ſm ſe virtutem cauſandi ſcientiam: ſicut ex inſpectione quorundam figurarum ⁊ prolatione quorundā verborum ignotoꝝ: que ars non vtitur his vt his: vt cauſis: ſed vt ſignis: nō quidē vt ſignis diuinitus inſtitutis ſicut ſunt ſigna ſacramentalia ſeu ſacramētorū. ¶ Trigeſimitertij qui aduerſant diuino cultui: ⁊ fidei xpiane: ſūt oēs illi qui expreſſe demones inuocāt ad aliquid cōſulēdū vel faciendū: ⁊ ipſos ex hoc aut in vitro: aut in adamante: aut in ampulla ⁊ huiuſmodi coactos: ⁊ conſtrictos tenēt. Contra quos. xxvi. q. ii. c. hij qui di. Hij qui de paginis euāgelicis ſortes legūt: ⁊ ſi optādū ē: vt id potius faciāt: q̄ꝫ ad demonia conſulenda concurrant: tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo ad negotia ſecularia ⁊ ad vite huius vanitatē diuina oracula velle cōuertere. ¶ Trigeſimiquarti qui aduerſantur diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei ſunt omnes illi qui a diuinatoribus aquirunt de vita ⁊ morte: de proſperitate ⁊ aduerſitate ſui vel alterius per aliquam figuraʒ vel ſignaturam corigie ⁊ huiuſmodi. ¶ Cōtra quos xxvi. q. vij. capitulo. Non obſeruetis. Augu. ait. Quicunqʒ diuinationis aut fata: aut an

guria obſeruat: aut attendit: aut conſentit
obſeruantibus: magis ad ſui damnationez
ꝙ̄ ad ſuam ſalutem tendit. Siue qui per
quoſdam numeros litterarum ⁊ lune ꝑ phi
tagoricā egrotantiū vitā: vel mortem: vel ꝓ/
ſpera vel aduerſa futura inquirunt. ¶ Itē
xxvi. q. 2. cap. qui ſine. di. Hijs inquiſitio ⁊
omnis cura de morte ⁊ vita que a diuinis
⁊ magis a demonibus in ydoloꝝ cultura
expetitur: mors potius dicenda eſt ꝙ̄ vita: ⁊
qui ea ſectant̄ ſi ſe non correxerint ad eter/
nam perditionem tendunt pſalmiſta dicen/
te. Omnes dij gentium demonia ſunt qui
per deceptos homines alios decipere quot/
tidie geſtiunt vt perditionis ſue faciāt eos
propter hanc cauſaz omnes eſſe participes.
¶ Trigeſimiquinti qui aduerſantur diuio
cultui: ſeu chriſtiāe fidei ſunt omnes illi qui
pro ſanitate recuperanda ſui atq̄ʒ ſuorum
necnon ⁊ animalium irrationabilium diuer
ſa faciunt fieri incantamenta. Cōtra quos
xxvi. q. vij. ca. admoneant. di. Admoneant
fideles ſacerdotes populos vt nouerint: ma
gicas artes incantationeſq̄ʒ quibuſlibet in/
firmitatibus hominum nihil prodeſſe nihil
remedij conferre non animabus languenti
bus: claudicantibus vel etiam morientib⁹
quicꝙ̄ mereri. Sed hoc eſſe laqueos ⁊ inſi/
dias diaboli antiqui hoſtis: quibus ille ꝑfi/
dus humanum genus decipere nititur. Si
quis hoc exercuerit clericus degradet̄: laic⁹
autem anathematizetur. Item. xxvi. q. ij. c. q
ſine. dicitur. Qui ſine ſaluatore ſalutē vult
habere ⁊ ſine vera ſapientia exiſtimat ſe pru
dentē fieri poſſe non ſanus ſed eger: nō ſa
piens ſed ſtultus in egritudine anime aſſi/
due laborat ⁊ in cecitate noxia ſtultus ⁊ de/
mens permanebit. hec ibi. In hunc etiā er
rores incidūt qui maleficia ⁊ facturas agūt
ſeu pro liberatione fieri faciunt. Cōtra quos
xxvi. q. ij. c. non liceat. dicitur. Si quis paga
norum conſuetudinem ſequens diuinos ⁊
ſortilegos in domum ſuam introduxit qua
ſi vt malum foras mittant: aut maleficia vl̄
facturas inueniant aut luſtrationes paga/
norum faciant quinq̄ʒ annis penitentiam
agant. hec ibi. Aduertant tales ꝙ ſi quis ꝑ
aliquod incantamentum poſſet liberare oēs
homines mundi morituros a morte: non li/
cet ſacramentum facere vel incantamento
conſentire: dicente Apoſtolo ad Roma. 3.
Nunꝙ̄ ſunt facienda mala vt veniāt bo/
na. ⁊ Aug. xxiiij. q. 2. c. faciat. ait. Faciat ho/
mo pro temporali ſalute hominum quicqd
poteſt: cum autem ad hoc ventum fuerit: vt
tali ſaluti niſi peccando conſulere poſſit iaʒ
ſe exiſtimet non amplius habere quid faci
at. hec ille. ¶ Trigeſimiſexti qui aduerſant̄
diuino cultui: ſeu chriſtiane fidei: ſunt oēs
illi qui per inſpectionem Aſtrolabij aut per
inſcriptiones querunt ⁊ inueſtigant occulta
⁊ futura ſeu qui ex conſtellationibus ⁊ cur/
ſu ſyderum iudicant de actibus moralibus
hominum. Contra quos. xxvi. q. ij. capitulo.
Sors dicitur. Quibus conſtellationes ⁊ fu
turorum ſigna cuſtodientibus Apoſtolus
ait. Dies obſeruatis ⁊ tempora ⁊ menſes ⁊
annos. Unde timeo ne forte ſine cauſa la/
borauerim in vobis. Sic ⁊ aſtronomia ſeu
aſtrologia apud catholicos in diſſuetudinē
abijt: quia dum propria curioſitate hijs mi/
nis erant intenti: minus vacabant hijs que
ſaluti animarum erant accōmodata. Pro/
pterea quidam ſacerdos vt habetur extra
de ſortilegijs. c. ex tuarum tenore. grauiter
punitus fuit ab eccleſia: pro eo ꝙ occulta ⁊
futura per aſtrolabium inquirebat. Proin/
de. xxvi. q. v. ca. non oportet. dicitur. Non
oportet ſacris officijs deditos vel clericos
magos: aſtrologos: vel incantatores exiſte/
re aut facere filateria que animarū ſuaruʒ
vincula comprobantur. Hos autem omnes
qui talibus rebus vtuntur omnino ꝓici ab
eccleſia iuſſimus. ¶ Trigeſimiſeptimi q ad
uerſantur diuino cultui ſeu chriſtiane fidei
dei ſunt omnes illi qui ſomnijs certaʒ fidē
adhibent ſeu credunt libro qui apellat̄ Sō/
nia Danielis. que ſomnia vt plurimū illuſio
ne demonuʒ fiunt. Contra quos. xxvi. q. iiij.
capitulo ſciendū. dicitur. Suadentibus de/
monibus miris ⁊ inuiſibilibus modis per il
lam ſubtilitatem corpora hominum non ſen
tientium penetrando: ⁊ ſe cogitationibus ho
minum per quedam ymaginaria viſa ammi/
ſcēdo ſiue vigilātiū ſiue dormientium fides
nō dʒ adhiberi. vt hec ibi. Itē. xxvi. q. vij. c.
nō obſeruetis. di. Errāt q attendūt ad ſōni
alia ſcripta ⁊ falſo in danielis nomine inti/
tulantia. hec ibi. ¶ Trigeſimioctaui qui ad
uerſantur chriſtiāe fidei ſunt omnes illi qui
credunt ꝙ qui naſcitur tali hora ⁊ die habe
bit bonū vel malum euentuʒ. Contra quos
Auguſti. libro de doc. chriſtiana. ⁊ ponitur.
xxvi. q. 2. ca. Illud ait. Nam ⁊ mathematici
quāuis veram ſtellarum poſitionez cū quiſ
qʒ naſcitur conſequuntur ⁊ aliquando per
ueſtigant: tamen ꝙ inde conātur: vel actio
nes noſtras vel actionum euentus produ/
cere nimis errant: ideo ſi dixerint vobis ita
eueniet nō credatis. hec ibi. ¶ Cum his ēt
cōnumerantur illi qui tenent ꝙ ex influen/
tia corporum celeſtium: liberum arbi. cogit̄
ad vitia ⁊ virtutes: bonum ⁊ malum. Con/
tra quos philoſophus tertio. ethicoruʒ. ait.
Voluntarie ſunt virtutes ſicut ⁊ vitia: ⁊ nul
lus ſit bonus vel beatus non volens. Et ec
cleſiaſtici. xv. dicitur. Deus conſtituit homi/
nem ab initio ⁊ re eum in manu conſilij ſui
⁊c. Item Jeronimus in queſtionibus ſuper
abdiam ait. Deus enim equali cunctos ſor
te generat: ⁊ dedit ſingulis arbitrij volunta/
tem vt faciat vnuſquiſq̄ʒ quod vult ſiue bo
num ſiue malum. hec ille. ⁊ ibidem ait. Om
nes homines ſuo arbitrio derelicti ſunt neq̄ʒ
enim bonum neceſſitate compulſi faciūt ſed
voluntate: vt credentes coronam accipiant
⁊ increduli proprio argumēto ſupplicijs mā
cipentur. hec ille. Inter hos quoq̄ʒ intelligū
tur illi qui dum obuiant alicui creature vt
puta vulpi muſtele lepori lupo ſerpēti ⁊ hu/
iuſmodi credunt propter hoc ſibi euenire bo
num vel malum. Contra quos. xxvi. q. iiij. ca
pitulo. Igitur Auguſti. ait. Nam ⁊ auſpicia
ſunt que iter facientes obſeruant alia que
ſigna rerum vel obſeruationes vel improui
ſas hominibus incurſiones ferunt que ne/
quaquam attendenda ſunt. hec ille. Item
xxvi. q. ij. capitulo. Illud dicitur. Si iunctim
ambulantibus amicis lapis aut puer me/
dius ⁊ huiuſmodi aduenit nulla fides adhi
beatur. hec ibi. Hoc idem intelligendum eſt
de illis qui credunt ꝙ cantus auium ſeu vo
latus habeat bonam vel malam ſignificatio
nem: vnde quādo coruus cantat aliqui cre
dunt ꝙ ſit malum augurium. Contra tales
xxvi. q. iiij. capitulo. Igitur dicitur. Augures
ſunt: qui volatus auium ⁊ voces intendūt.
Duo ſunt autem genera auſpiciorum: vnū
ad oculos: alterum ad aures pertinens. Ad
oculos eſt volatus: ad aures vero eſt vox
auium. hec ibi. ¶ Trigeſimi noni qui aduer
ſantur diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei ſunt
omnes illi qui derogant eccleſie contra eam
loquentes ⁊ dicentes ꝙ eccleſia poteſt erra/
re ⁊ errat aliquando in canonizatione ſan
ctorum ⁊ in multis alijs: ⁊ ꝓpter hoc decre
tis eccleſiaſticis nō credunt niſi ſicut eis pla
cet. Contra quos nota ſ̄m Ricar. in quolibe
to ꝙ duplex eſt eccleſia. ſcilicet particularis
⁊ vniuerſalis: particularis eccleſia poteſt di
ci papa qui realiter errare poteſt: ⁊ precipue
in cauſis ⁊ ſententijs dandis ⁊ hoc ex ma/
la informatione aut falſorum teſtium: aut
etiam falſorum inſtrumentorum quem tamē
deus in canonizatione alicuius ſancti nun
quam errare permitteret. Nec credendum
eſt ab aliquo ꝙ erret quāuis errare poſſet
Imo credendum eſt ꝙ ſi iniuſte aliquem ca
nonizare vellet deus eum aut occideret aut
totaliter impediret. Et ꝙ papa in ceteris ēt
cum cardinalibus errare poſſit. audi Aug.
ij. q. 3. c. cepiſti. di. Cepiſti habere tanꝙ̄ publi
canum fratrem tuum ligas illum in terra ſʒ
vti iuſte alliges vide: naʒ iniuſta vincula diſ
rumpit iuſticia. quem ſolueris inquit in ter
ra ſolutus erit in celo. hec ille glo. autem ſu
per verbum ſolueris ait. Non queʒ ſoluere
putaueris: ſed quē ſolueris claue nō errāte
ſolutus erit in celo. hec glo. Item de pe. di.
i. c. quē penitet idē Aug. ait. Dixit enim de⁹
ſacerdotib⁹: quecūq̄ʒ ſolueritis ſup terrā ⁊c.
hoc eſt. Ego dn̄s ⁊ oēs celeſtis milicie ordi
nes ac oēs ſci in gloria mea ꝯfirmāt vobiſ/
cū quos ligatis ⁊ ſolutis ſup terrā. nō dixit
quos putatis ligare ⁊ ſoluere: ſed in quos
exercetis op⁹ iuſticie miſericordie ⁊ veritatis
hec ille. Et ꝙ papa ēe poſſit errare pʒ exēplo
Naʒ. di. xix capitulo. Ita dn̄s noſter. ſ. hoc
autem intelligendum. ⁊ capitulo anaſtaſius
dicitur. Anaſtaſius natione romanus fuit
temporibus theodorici regis: eodem tempo
re multi clerici ſe a cōmunione eius abege/
runt: eo ꝙ cōmunicaſſet ſine conſilio epiſco
porum preſbyteroꝝ ⁊ cuncte catholice eccle
ſie. Diacono theſſalonicenſi noīe fotino qui
cōicauerat i hereſi acatio quia voluit occul
te reuocare acatium ⁊ nō potuit diuino nu
tu percuſſus eſt. hec ibi. Iſte Anaſtaſius pa
pa inciderat in hereſiʒ iam dānatā vt habe
tur. xxiiij. q. i. capi. 2. ⁊ 3. Item. ij. di. c. ſi papa

dicitur. Quod bonitas pape ſalus eſt oium
⁊ ꝑuerſitas ipſius cedit in dãnationẽ innu-
merabiliũ. Ex p̃dictis pꝫ: qualiter eccleſia ꝑ-
ticularis põt ⁊ nõ põt errare. Eccleſia autẽ
vniuerſalis q̃ nihil eſt aliud ꝙ̃ quedã multi-
tudo epoꝝ ⁊ clericoꝝ: ſeu alioꝝ fidelium
xp̃i fide ⁊ charitate vnita ꝓut dicit̃. xcix di.
c. legimus: ⁊ i. q. i. c. multe. Et. xxiiij. q. i. c. loq-
tur. nunꝙ̃ errare põt eo ꝙ deus nunꝙ̃ hoc
ꝑmitteret ⁊ p̃cipue in canonizatione ſancto-
rum. Immo ſi oẽs errarẽt ſpiritus ſanctus
habundãtius in vno ſolo exiſtens faceret ꝑ
illũ errorẽ ceteroꝝ omniũ penitus reuocar̃.
Et ꝙ vniuerſalis eccleſia nõ poſſit errare i
ſanctorũ canonizatiõe ⁊ ceteris audi Augu-
ſti. ſuꝑ. xviij. c. Mate. di. Cũ ſpiritus ſanctꝰ
regat eccleſiam ſequitur ꝙ eccleſia nunꝙ̃ er-
rabit cũ habeat ductorem magiſtrũ verita-
tis qui dixit: ego ero vobiſcum vſqꝫ ad ꝯſu-
mationem ſeculi. h̓ ille. Item di. xxix. c. ſic dr̃
Sic omnes apoſtolice ſedis ſanctiones ac-
cipiende ſunt tanꝙ̃ ipſius petri diuina voce
firmate. Itẽ Lucius papa omnibus epiſco-
pis vt habetur. xxiiij. q. i. c. a recta inquit ſid
⁊ ab apoſtolico tramite ꝓpter vllam ꝑtur-
bationem nolite diſcedere ſcientes quoniaꝫ
iuxta ſaluatoris ſniam beati qui ꝑſecutiõeꝫ
patiuntur ꝓpter iuſticiam. hec eſt apoſtolo-
rũ viua traditio h̓ eſt vera charitas que pre-
dicanda eſt ⁊ p̃cipue diligenda ac fouenda:
atqꝫ fiducialiter ab omnibus tenẽda. h̓ eſt
ſancta ⁊ apoſtolica mr̃ omniũ eccleſiaꝝ xp̃i
eccleſia: que ꝑ dei oipotentis gratiã: a trami-
te apoſtolice traditionis nũꝙ̃ erraſſe ꝓbat̃
nec hereticis prauitatibus ſuccubuit: ſed vt
in exordio normã fidei xp̃iane ꝑcepit ab au-
ctoribus ſuis apoſtoloꝝ principibus xp̃i ſic
illibata fide hactenus manet h̓ ille Jero. ẽt
xxiiij. q. i. c. h̓ eſt fides ait. Sancta romana
eccleſia que ſemꝑ imaculata ꝑmanſit dño ꝓ-
uidente ⁊ beato Petro apoſtolo opẽ feren-
te in futuro manebit ſine vlla hereticorũ in-
ſultatione preualẽte: atqꝫ firma ⁊ imobilis
oi futuro tp̃e ꝑſiſtet. h̓ ille. Similis ſnĩa egre-
gie habet̃. xxiiij. q. i. c. pudẽda glo. etiã ſuper
verbo auctoritate. c. i. extra de reli. ⁊ ve. ſan-
ctoꝝ ait. qđ eccleſia approbat: ab omnibus
approbandũ eſt: eo ꝙ eccleſia nunꝙ̃ errat.
h̓ eadẽ ſententia habetur. xi. di. c. qs neſciat
⁊. c. ꝯſequens eſt. ⁊. lx. di. c. nõ decet. ⁊. c. pre-
ceptis apoſtolicis. ⁊. c. ſit ſãctã eccleſia roma-
na: ⁊. xix. di. c. ſi romanorũ ⁊. c. quoniã vero:
⁊. xi. di. c. Nunc aũt. ⁊. xx. di. c. oẽs. ⁊. di. xl. c. ſi
papa hereticus. Errat igitur quicunqꝫ non
credit ſtatutis apoſtolicis vel non credit in
ſanctorũ canonizatione. Proinde Jeroni.
xxiiij. q. i. c. h̓ eſt fides ait. hec eſt fides papa
beatiſſime quã i catholica eccleſia didicimꝰ
quã ſemꝑ tenuimus in qua ſi minus perite
aut parum caute poſitũ eſt emendari cupi-
musꝰ a te qui Petri ⁊ fidẽ ⁊ ſedem tenes.
Si aũt h̓ noſtra confeſſio apoſtolatus tui iu-
dicio cõprobatur: qcunqꝫ culpare me voluit
ſe imperitũ vel maliuolũ: vel etiã nõ catho-
licum ſed hereticum cõprobabit. h̓ ille. Itẽ
xxiiij. q. i. c. omnibus ꝯſideratis idem Jero.
ait. Cum enim eccleſie domus a chriſto po-
teſtatẽ acceperit ligandi atqꝫ ſoluendi ſiqs
hanc domũ corrigentem ⁊ corripiẽtem con-
tempſerit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanꝰ.
Item. xx. di. c. In nomine domini dicitur. he-
reticus eſt qui eccleſie non obedit: ⁊ qui nõ
credit. Item Nicola. papa. xx. di. c. omnes ſi-
ue patriarchas ait. Qui romane eccleſie pri-
uilegium ab ipſo omnium eccleſiarum capi-
te traditum auferre conatur. h̓ procuidubio
in hereſim labitur glo. ſcilicet contemptor ẽ
romane eccleſie. Deinde ſequitur. Et cũ ille
notetur iniuſtus hic eſt dicendus hereticus.
deniqꝫ. lxxxi. di. c. ſi qui p̃ſbyteri dicit̃. Qui
non huic ſaluberrimo precepto obedire no-
luerit hydolatrie crimẽ incurrũt Salomone
teſtante ⁊ beato Gregorio inſtruente pecca-
tum ariolandi: eſt nõ obedire: ⁊ ſcelus hydo-
latrie nolle acquieſcere. peccatum igitur pa-
ganitatis incurrit quiſquis dum chriſtianũ
ſe eſſe aſſerit ſedi apoſtolice credere ⁊ obe-
dire ꝯtempſerit. hec ibi. Deniqꝫ. di. lx. c. nõ de-
cet dicitur. Nõ decet a capite membra diſce-
dere: ſed iuxta ſcripture teſtimonium omnia
membra caput ſequantur. Nulli vero du-
bium eſt quin apoſtolica eccleſia: mater ſit
omnium eccleſiaruꝫ: cuius regulis ⁊ ſtatutis
nullatenus alicui conuenit deuiare. hec ibi.

¶ Quadrageſimi ⁊ vltimi qui aduerſant̃
diuino cultui ⁊ chriſtiane fidei ſunt omnes
qui tenent ⁊ credunt ꝙ ſubſtãtia anime nõ
ſit creata de nichilo ſꝫ ſimpliciter de aliquo
quorũ error dupliciter apparet. ¶ Primus
error eſt dicentiũ ꝙ aĩa rõnalis prouenit ex
traduce ſeu de materia parentũ filiũ gene-
rantiũ. Contra quos ſunt quattuor. Pri-
mo auctoritas. Secundo ratio. Tertio. ſi-
militudo. Quarto diſtinctio. ¶ Primo con-
tra tales ẽ auctoritas phi xvi. de animalibꝰ
dicẽtis. Solus intellectꝰ intrat in nobis ab
extrinſeco. Si igitur traducitur ſuba hois
ab extrinſeco. ergo rõnalis aĩa nõ ẽ ex tradu-
ce parentum. Item. 3. de aĩa. Idẽ phs ait:
Intellectꝰ. i. aĩa intelligit: q2 non hẽt aliqđ
organũ in corpore ſed ẽ ſeparata ab omni
organo. Item eccles vltimo Salomon ait.
Puluis reuertetur in terrã vñ erat ⁊ ſpũs
redibit ad deum qui dedit illũ. ¶ Scđo cõ-
tra tales eſt rõ vꝫ cãlitatis. Fundamentum
rõnis ponit Cõmẽ. ſuꝑ. ij. metha. di. Q ẽ cu-
ius cauſa ẽ generabilis ⁊ corruptibilis ipm
quoqꝫ eſt corruptibile. patet hec regula. Nã
quia arbor eſt generabilis ⁊ corruptibilis:
ideo fructus procedens ab ea eſt corruptibi-
lis. Oppoſituꝫ ẽ de ſolaribus radijs: quicũ
habeant ſolẽ incorruptibilẽ: eo ꝙ non reci-
pit in ſe peregrinas ſeu cõtrarias impreſſio-
nes: ideo ipſi eẽntialiter in ipſo exiſtẽtes ſũt
incorruptibiles. Quo preſuppoſito certum ẽ
ꝙ aĩa rõnalis ſm phos ⁊ cõiter ſm oẽs le-
ges ⁊ ſectas eſt incorruptibilis. Quod ſi ſic
ẽ: ergo non eſt per naturam propagabilis. ⁊
per conſequens nõ eſt extra duce parentum
⁊ confirmatur iſta rõ. Nã ſi aĩa ẽ extra du-
ce. aut ergo aĩa eſt ex carne parentum: aut
ex aĩa eorum. Ex carne eſſe nõ põt qm̃ impoſ-
ſibile eſt ſm phm ex corpore fieri nõ corpꝰ:
aĩa aũt vt pꝫ eſt nõ corpus. Si ex aĩa aut
ergo ex tota aut ex parte. Ex parte nõ: q2 aĩa
ſm phm in. i. de aĩa ẽ ſimpliciſſima. Si ex
tota: ergo cũ pr̃ generat filiũ: cũ det ei totã
aĩam ſuã deſinit ipſe aĩam ſuã habere ⁊ ꝑ
cõſequẽs viuere. Quod eſt falſum: ſi ꝑ q2:
ergo falſuꝫ ẽ ꝙ aĩa ex traduce orit̃. ¶ Ter-
tio cõtra tales ẽ ſimilitudo. Nã geñ. ij. poſt
formationẽ corporis primi parentis de li-
mo terre di. Inſpirauit deus in faciem eiꝰ
ſpiraculum vite. Sed clarum ẽ ꝙ ſpiratio ẽ
per egreſſum dei ab extrinſeco. Quod ſi ſic
ẽ: ergo quelibet anima per ſimilitudinẽ eſt
immediate a deo ⁊ nõ ex traduce ꝑentum.

¶ Quarto contra tales eſt diſtinctio Bona.
in. ij. di. xviij. ar. ij. q. 3. in cor. q. di. Cũ querit̃
vtrum aĩa rõnalis ſit ex traduce. Rñdeo ꝙ
circa hec triplex fuit opinio. Prima opinio
eſt aliquoꝝ phoꝝ qui dixerunt ꝙ animaruꝫ
productio eſt mediante intelligẽtia: qm̃ ſic
corpus celeſte facit ad productionẽ corpo-
ris humani: vt di. ij. phiſi. Sol ⁊ hõ generat
hominẽ: ſic etiam intelligentia facit ad ꝓdu-
ctionẽ aĩe. Et hoc plures ſenſerũt phi: ⁊ ſen-
ſiſſe videt̃ auctor in li. de cauſis. Rõ autem
que mouet eos ad hoc ponẽdũ: dicebãt ꝙ
fuit diuina vnitas: que nõ patiebatur vt de-
us imediate produceret multa ⁊ diuina im-
mutabilitas que nõ patiebatur vt deꝰ ꝓdu-
ceret noua: ſꝫ h̓ tanꝙ̃ heretica abiciẽda ſũt.
Et oſtẽſa ẽ talis opinio eẽ falſa. ſ. di. i. vn-
de verbũ illud de cãis: tanꝙ̃ hereticũ ẽ re-
ſpuendũ: niſi quis intelligat ꝙ aĩa dr̃ cãri
ab intelligentia: in hoc ꝙ aliquã illumina-
tionem ſuſcipiat mediante illa intelligẽtia.
Intelligentia cuiꝫ ſm phm excedit animam
in claritate cognitionis. Et iõ dicit quidam
phs: ꝙ aĩa rõnalis cauſat̃ in vmbra intelli-
gentie: ⁊ ſenſibilis in vmbra rõnis. hoc autẽ
dictũ ẽ: quia vna deficit a ꝑfectione alteriꝰ:
nõ ꝙ vna ꝓducatur ab altera. Eſt ⁊ ſecũda
opinio: ꝙ aĩa traducatur ex anima ſicut ca-
ro ex carne: ⁊ ſicut ab vna candela accen-
duntur multe: ſic ab vna anima per ſui mul-
tiplicationem: ⁊ abſqꝫ ſui diminutione viui-
ficantur multa corpora: ⁊ de hoc aliquãdo
dubitauerunt catholici tractatores ⁊ marie
Augu. ſicut pꝫ in li. ſuper geñ. ad litterã: ⁊ i
li. de li. ar. ⁊ in lib. retractationũ. vbi etiã di-
cit ꝙ nõ potuit peruenire ad certitudinem
huius qõnis: Ratio que fecit eum potiſſime
dubitare fuit tranſfuſio originalis peccati.
verumtñ ipſe Augu. hãc poſitionẽ repꝛehen-
dit expꝛ̃ſſe in lib. de eccleſiaſticis dogmatibꝰ
cuiꝰ auctem magiſter ponit in lr̃a: ⁊ ipſe iſtũ
eũdẽ moꝫ iprobat ſuꝑ geñ. ad lr̃aꝫ: q2 ſi per
originale peccatũ aĩa trãſfundit̃ ex aĩa: aut
aĩa chriſti nõ eſſet d̓ genere alioꝝ aĩaꝝ aut
habuiſſꝫ origiale pctm̃: quorũ vtrunqꝫ ẽ fal-
ſũ ⁊ impiũ. Et iõ ẽ tertia opio catholica ⁊ ꝟa
ꝙ aĩe nõ ſeminant̃ nec traducant̃: ſꝫ forma-
tis corpibꝰ a deo creant̃: ⁊ creãdo ifundũt̃
⁊ ifũdẽdo ꝓducunt̃. Aĩaꝝ. n. ꝓductionem
ſibi deus ſolũ debuit reſeruar̃: tũ ꝑꝑ eaꝝ di-
gnitatẽ. tũ ꝑꝑ eaꝝ imortalitatẽ: ꝑꝑ aĩaꝝ di-
gnitatẽ dico: q2 cũ aĩa ſit hymago dei ⁊ na-
ta imediate ferri in deũ: ⁊ glorificari i ipõ dili-
gendo eũ ex toto corde: totũ ſuũ eſſe i me-
diante debuit ab ipõ habere: vt ipm ex to-

to corde teneretur diligere? Decuit ēt hoc
ꝓpter animarū immortalitatē. Cū.n. ſolus
deus ſit qui hēat vitā imortalē: ſolus ē qui
pōt ꝓducere principiū vite ꝑpetuū. Cū igi
tur res incorruptibilis nō poſſit ſubalr in
māin trāſmutari: ⁊ opatio creature ſit ſuꝑ
māin trāſmutabilē: īpoſſibile ē aliquā crea
turā rōnalē aiam producere. Et iō eiꝰ ꝓdu-
ctionē deus ſibi ſoli debuit reſeruare. hec
Bona. venerabiliter. Ex predcā auctate ⁊ rō-
ne: ſilr itudie atqʒ diſtictiōe pʒ q̄liter aia nō
traducit de mā, parētū: ¶ Scds error ē di-
cētiū ꝙ aia ronalis nō traducit de mā pa-
rētū: ſed ſimplr ꝓducit de ſuba ipſius dei.
Cōtra q̄s ſunt tria. Prio auctoritas. Scdo
ratio. Tertio diſtinctio. ¶ Prio ꝯtales ē au
ctoritas Augu. li. de eccleſiaſticis dogmati-
bus dnitis. Credenū ē ⁊ firmiter teneū. ꝙ aie
nō ſunt oēs ab initio create vt origenes ſen
ſitʒ ſucceſſiue nec cū corporibꝰ ſeminantur
vt luciferiani affirmāt nec de ſuba dei gene
rant ſicut quidā phi aſſeruerūt ſʒ dicimus
aiam de nihilo creari ⁊ ſimul infundi: ⁊ crea
ri in corꝑe cōpacto ⁊ formato vt viuat in
vtroqʒ. Secūdo ꝯtales eſt rō: vʒ imperfe-
ctionis. Fundamētū rōnis ponit Cōmēta.
ſuꝑ. 3. phiſi. di. Totū eiuſdē generis ē ſimpli
citer ꝑfectiꝰ ſua ꝑte: ſeu ꝑte alteriꝰ generis
pʒ hec regla. Nā corpus hois perfectū: ꝑfe
ctiꝰ ē q̄ȝ cor. ꝙ ē pria pars corꝑis generata
Silr muſca ꝑfecta: ē nobilior q̄ȝ ſit ſolū cor
hois alijs ꝑtibꝰ nūdū formatis. Q no ꝑſuꝑ
poſito certū ē ꝙ ſi aia ē de ſuba dei: cū aia
ſit pars totius hois: clarū ē ꝙ natura dei
venit ad conſtitutionē hominis: quod ſi ſic
ē cū pars ſit minus nobilis q̄ȝ totū: cōcludi
tur neceſſario ꝙ deus qui remanet ꝑs ē mi
nus nobilis ⁊ perfectꝰ q̄ȝ homo totus. Sed
cū hoc ſit falſum ⁊ impoſſibile: ergo falſum ē di
cere ꝙ aia ē de ſuba dei. Preterea ſi aia ho
minis ēēt ex deo: aut ē de toto deo aut de
parte. Si de parte ergo deus ē cōpoſitus cū
hēat partē ⁊ ꝑtē: qd eſt oino falſum. Si de
toto cū deus ſit imenſus ⁊ infinitus ergo
anima cuiuſlibet hois immenſa erit ⁊ infini
ta. Et per conſequens quilibet homo erit
oipotens ſicut deus: quod cū ſit falſum: er-
go falſum eſt dicere: ꝙ aia ſit de ſubſtantia
dei. Et confirmatur iſta ratio ſic. Si aia ē ex
dei ſuba cū ſubſtantia dei ſit inmutabilis
ad prauitatē: clarū ē ꝙ aia non poterit de-
prauari per peccatum. ſed cū cōtingat aiaʒ
deprauari: aut non eſt de ſubſtantia dei: aut
ſubſtātia dei erit etiam deprauata: ſed cum
deus ſit immutabiliter bonꝰ ſpiritus ꝓ ra
tionalis paccare pōt: apparet ex hoc ꝙ ra-
tionalis aia nullo mō pōt de ſuba dei ipſiꝰ
creari. ¶ Tertio ꝯtales ē diſtinctio bti Bo
nauen. in. ij. di. xvij. ar. i. q. i. in cor. q. di. Cum
queritur vtrū aia hūana ſit ex dei ſubſtātia
Reſpondeo ꝙ circa hoc triplex fuit poſitio.
Prima, fuit quorundā phoꝝ dicentiū ꝙ in-
tellectꝰ hūanus nō erat aliud q̄ȝ intellectus
diuinus: ſed diuinus dicebatur prout ꝯſide
rabat in ſe: humanꝰ nō prout perficiebat ali
quod corpus. Sʒ cū deꝰ ſit nullius pars cō
ſtitutiua ꝑꝑ ſuā ſūmā perfectionē: ideo poſi
tio iſta fuit ſtulta ⁊ erronea. ¶ Secūda poſi
tio magis impia ⁊ erronea fuit manicheoꝝ
dicentiū ꝙ ſpūs rōnalis: ſit de dei ſubſtan
tia ⁊ natura. dicunt enim ꝙ in homine du-
plex ē aia ſicut recitat Augu. in lib. de dua-
bus aiabus: quarū vna inclinat ad bona: ⁊
alia inclinat ad mala. Et illa que facit ma-
la non pōt facere vnquam bona. Illa que
inclinat ad malū eſt de natura diaboli: ſed
illa que inclinat ad faciēdū bonū ē de ſba
dei. Sed hec poſitio multipliciter a ꝟitate
ē aliena. qꝛ ponit deū eē eiuſdē nature cum
creatura, ⁊ alicuius creature eē materiam:
cū ponit creaturā fieri ex dei ſuba. Et hāc
poſitionē ſequūtur innumeralia inconueniē
tia: ⁊ hoc ꝑcipuū ē qꝛ implicat duo oppoſita
dum ponit animā a deo eē factā: ⁊ eā eē de
ſuba diuina. deuiat ēt a ꝟitate in hoc ꝙ po
nit in nobis duas animas cū hoc ſit impoſſi-
bile: tum vnius materie vna ſit ſimpliciter
formata vt dr. ij. de aia. Et ideo ē tertia po
ſitio vera ⁊ catholica: ꝙ aia non eſt produ-
cta de dei ſubſtantia: ſed de nihilo. Deꝰ eniʒ
ad creaturas ſe hʒ in rōne cāe efficiētis for
maliter exemplaris: ſed nullo mō pōt ſe ha
bere in rōne materialis cauſe quātūcunqʒ
creatura ſit nobilis. hec Bona. ꝟbalr. Ex p̄
dictis pʒ qualiter aia nō producitur ex tra
duce parentū: ſeu de ſubſtantia dei. Et per
ꝯñs pʒ ſeptia cōtēplatio de diuino cultu q̄
dicitur contemplatio oppoſitiōis in qua mō
ſtratū fuit qualiter ſunt quadraginta gene
ra perſonarum diuino cultui aduerſantiuʒ.
Et per conſequens patet quinta excellen-
tia ſacratiſſime fidei: que dicitur excellen-
tia nobilitatis. In qua ſeptē nobilitates ip
ſius fidei declarate ſunt. Quas omnes no
bilitates nobis omnibus ꝯcedat obſeruare
dulciſſimꝰ atqʒ piiſſimꝰ redēptor noſter Je
ſus chriſtus: cui cū patre ⁊ ſpūſācto ſit oīs
honor laus ⁊ gloria i ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Feria quarta poſt quartā dominicā qua
drageſime de ſexta excellētia ipſiꝰ ſacratiſſi
me fidei que dicitur excellentia itegritatis.

Cimus qꝛ peccatores deꝰ ñ exau
6 dit. Scribunt hec verba. Jo. ix.
⁊ in euāgelio occurrētis ferie.
poſt ſacri euāgelij litteralē ⁊ ſpūalem expoſi
tionē generoſi ciues ex quo vt in ſuperioribꝰ
claruit declaraui quintā excellentiaʒ ipſius
ſacratiſſime fidei que dicta fuit excellentia
nobilitatis: habeo in ſequētibus declarare
ſextā ipſius fidei excellentiā q̄ dr excellētia
integritatis pro cuius excellētie declaratiōe
ſciendū eſt ꝙ ſicut ad ꝑfectionē ⁊ bonitatē
cuiuſlibet virtutis moralis ⁊ acquiſite oēs
ſue circunſtantie ſibi ſunt neceſſarie ꝓut di
cit phs. 3. ethicoꝝ. c. 3. ſic a ſimili ad ꝑfectio
nem ⁊ bonitateʒ habitus ſanctiſſime fidei:
oēs circunſtātie ſunt neceſſarie aliter fides
inutilis eſſet ad ſalutē. Et ꝙ circunſtātie in
vna quaqʒ re: ⁊ per cōſequēs in fide ſint ne
ceſſarie tripliciter ꝓbo. Primo naturaliter.
Secundo materialiter. Tertio moraliter.
¶ Primo ꝓbo naturaliter: ad hoc eniʒ ꝙ
arbor ſit perfecta requirit neceſſario tres cir
cunſtantias. vʒ ſbam: locū ydoneū: virtuteʒ
⁊ operationē: ꝑꝑ qd phs prio de celo ⁊ mū
do ait. nā apta ſic fecit ꝙ ad ꝑfectionē vniꝰ
cuiuſqʒ rei tria requirunt. vʒ ſba: virtus: ⁊
operatio. vnde ſi deſit aut locus ꝓportiona
tus. aut operatio. i. fructꝰ: aut virtus. i. potē
tia faciēdi fructū; arbor ipſa erit penitus in
utilis ⁊ imꝑfecta. ¶ Scdo probo materialr
ſeu artificialiter ꝙ circūſtantie ſunt neceſſa
rie ad habēdā verā fidē ſicut eniʒ habet ꝑo
phiſicoꝝ finis cuiuſlibʒ rei neceſſitatē ponit
oibus his q̄ ſunt ordinata ad fineʒ. Qd ſic
patet. Nā ſanitas q̄ ēſt finis ⁊ deſideriū ip
ſius infirmi ad hoc vt ꝑfecte habeat: exigit
ꝯſiliū medici. exigit abſtinētiā a nociuis: exi
git medicinā ꝓportionatā: exigit mēſurā ip
ſius medicine. vt nō detur nimis magna vl
nimis parua. exigit debitū tp̄s. i. vt non det
nec recipiat medicina in tēpore contrario ⁊
periculoſo ſicut ē i reuolutōe lune: exigit ⁊c.
Quibus p̄miſſis certū ē ꝙ ſi vna p̄dictaruʒ
circūſtantiaꝝ deficiat: egrotus aut nunq̄ȝ
ſanabitur: aut iperfectā habebit ſanitatem.
¶ Tertio hoc idē ꝓbo moralr ⁊ ſpiritualr
Nā phs. i. ⁊. v. ethicoꝝ. dicit ꝙ ordo agētiū
dʒ eſſe circūſtantiatus ſm ordinem finium.
Quā auctoritatē declarās Ricar. i ſuo quo
libeto dicit ad hoc ꝙ aliqua virtus moralis
ſuā habeat ꝑfectionē: quinqʒ circūſtantias
p̄ſupponit. vʒ. potentiā: habitū: actum: obie
ctū ⁊ finē adde ſextā videlicet: ⁊ tp̄s qd pa
tet per exemplū helymoſine. Nam ad hoc ꝙ
helymoſina ſit meritoria preſupponit poten
tiaʒ voluntatis ſine qua helymoſina nō fie
ret. Nam lignū cū careat potentia volūta-
tis libera ad faciendū helemoſinā. hinc ē ꝙ
in eo nō poteſt eē virtus helymoſine. ¶ Se
cundo helemoſina requirit actū. i. cōſenſuʒ
faciendi helemoſinā qui ꝯſenſus fundat in
potentia voluntatis. ¶ Tertio helemoſyna
requirit actum. i. ꝙ detur panis vel vinum
⁊ huiuſmodi. ¶ Quarto requirit obiectum
debitum. i. ꝙ detur ꝑſone indigēti. ¶ Quin
to requirit finē. i. ꝙ fiat ꝓpter deū ⁊ nō ꝑꝑ
explēdā libidinē cū ꝑſona aliqua aut ꝑꝑ ia
nem gliaʒ. ¶ Sexto requirit tp̄s. vt. ſ. fiat in
hac vita i qua qſqʒ mereri pōt: ⁊ nō i alia.
His premiſſis clarū eſt ꝙ ſi deficit vna tm̄
predictaꝝ circūſtantiaꝝ nunq̄ȝ helemoſina
erit ꝑfecta. Silr dicas: ꝙ ad ꝑfectionē ſacer
dotij requirunt circūſtantie ordinū p̄ceden
tiū. Ex p̄miſſis oibus arguo a ſimili ꝙ ſan
ctiſſima fides ad hoc ꝙ ſit ꝑfecta ⁊ merito
ria exigit oio oēs ſuas circūſtātias ſic exigūt
cetere oēs virtutes ifuſe ꝓut tradūt theolo
gi i. iiij. di. xvij. de circūſtātijs ꝯfeſſioni neceſ
ſarijs ⁊ i. iiij. di. xix. de circūſtātijs ad finam
correctionē neceſſarijs. Et i. iiij. di. 20. de cir-
cūſtātijs pnie neceſſarijs facte i extremis. q̄
oia ꝯfirmat. ex̄ de ſnis exco. c. ſuꝑ eo. vbi ēt
dr: ꝙ ad executōeʒ finis ſeu virtutū taʒ mo
raliū q̄ȝ iſuſaꝝ. oēs circūſtātie ſunt neceſſa
rie. Ut igit qſqʒ poſſit itelligere an habeat
itegritatē fidei ſeu q̄ ſūt circūſtātie ad boni
tatē ipſius fidei ſimplr neceſſarie: in ſequēti
bus hoc plenius declarabo. Nota igit ꝯclu
ſionalr ꝙ octo ꝑcipue ſūt circūſtātie: ad ve
rā fidē oio neceſſarie. ¶ Quaꝝ pria dr cir-
cūſtātia. cōpletōis. Scda dr circūſtātia ꝯfeſ
ſiōis. Tertia dicitur circūſtātia operatiōis

¶ Quarta dicitur circunſtantia intẽſionis
¶ Quinta dicitur circunſtãtia formatõnis.
¶ Sexta dicitur circũſtantia inquiſitionis.
¶ Septima dicitur circunſtãtia obiectiõis.
¶ Octaua dicitur circũſtãtia fortificatõis.
¶ De octo circunſtantijs ad veram fidem
neceſſarijs. ⁊ primo de prima. que dicitur cir
cunſtantia completionis.

P Rima igitur circunſtãtia ad integri
tatẽ vere fidei neceſſaria dr̃ circũſtã
tia cõpletionis. Ad hoc eni ꝙ fides
vniuſcuiuſqꝫ ſit vera ⁊ meritoria: oportet ꝙ
quiſqꝫ complete ⁊ integraliter ſimul credat
omnes fidei articulos implicite aut explicite
Et vltra hoc credat omnia que ab ip̃a vni
uerſali eccleſia determinate credenda ꝓpo
nuntur Et ſi quis cõtra hoc faciat. vꝫ ꝙ tm̃
vnum articulũ diſcredat. aut malitioſe con
tẽnat: ſeu ꝑ ignorãtiã aliter teneat vel erret
ergo talis nõ habet in ſe fidem integraꝫ ⁊
cõpletã: impoſſibileqꝫ eſt ꝙ vnq̃ſ ſaluet: da
to ꝙ credat in oẽs alios fidei articulos. Et
vltra hoc omnia bona ſibi poſſibilia ꝑ fidẽ
operet. Quod quadrupliciter ꝓbo: ¶ Pri
mo auctoritatibus. Secũdo rõnibus. Ter
tio diſtinctionibus. Quarto ſimilitudinibꝰ.
¶ Primo probo auctoritatibus ꝙ qui cre
dat omnes fidei articulos ⁊ errat in vno ꝑ
malicia ⁊ ignorantia. Etiam ſi oĩa bona ope
ra faciat neceſſario dãnabitur: vnde lactan
tius in lib. de opificio ait. Qui integre ſum
mã fidei atqꝫ veritatis nõ tenet: ſemꝑ erret
⁊ damnetur neceſſe eſt. hec ille. Item Jaco
bi. 2. dicitur. Qui ſeruauerit tota legẽ offen
dit aũt in vno. ſcilicet fidei articulo: ſm Bo.
factus eſt omniũ reus. Et Salomõ eccleſia
ſtes. ix. ait. Qui offendit in vno. ſcilicet arti
culo: multa bona perdet. Auguſti. etiam in
lib. de moribus eccleſie. ait. Etiã ſi ꝑſeuera
ueris in oĩbus fidei bonis: ⁊ deficias i vno
iuſticia dei iudicabit te: ac ſi nullũ vnq̃ fe
ciſſes bonũ. hec ille. Deniqꝫ actuũ. viij. dr̃.
Si credideritis in toto corde veſtro ſalui
eritis. Nota ꝙ dicit i toto corde veſtro. Nã
cõmentator ſuꝑ primo phiſicoꝝ dicit. Totũ
nihil aliud eſt: niſi oẽs partes alicuius rei ſi
mul ſumpte. Oportet igitur ꝙ q̇ vult ſalua
ri toto corde credat. i. oẽs articulos fidei ſi
mul in mente ꝑ fideꝫ teneat. Et ex prefactis
auctoritatibus patet: qualiter de neceſſitate
vere fidei atqꝫ ſalutis eſt vt omnes ſimul fi
dei articulos quiſqꝫ credat: ⁊ nullũ per no
tabilem ignorantiã ⁊ malitiã diſcredat. Po
tes hic tu dei preco verbaliter exponere ſym
bolum paruũ apl'orũ. ¶ Secundo hoc ideꝫ
ꝓbo rõne triplici. Primo rõne ꝑceptionis.
Scdo rõne aſſimulationis. Tertio rõne re
motionis. ¶ Primo ꝓbo rõne ꝑceptionis.
Fundamentũ rõis ponit ſaluator: Mat. qn
to. di. Eſtote ꝑfecti. ſ. i. habitu ⁊ virtute fidei
ſicut ⁊c. Quo preſuppoſito: certũ eſt ſm phi
loſophuꝫ quinto metha. ꝙ omnis habitus
ſeu ſba tunc ꝑfectus eſt: quando ſm ſpẽm
ꝓprie virtutis nulla pars deficit eius q̃ ſm
naturã ſue magnitudinis eſt. hec ibi. Quod
ſi ſic eſt: ergo patet ꝙ ſi quis errat malitioſe
vel ignorãter in ſolo fidei articulo: talis vti
qꝫ hꝫ fidem imperfectã: ⁊ per ɔſequẽs agit
contra ꝑceptũ ſaluatoris. Et ideo ex hoc cõ
cluditur ꝙ talis ẽt ſi omnia bona alia faciat
eſt integer in culpa mortali ⁊ in ſtatu eterne
dãnationis. ¶ Scdo hoc idem probo rõne
aſſimilationis. Fundamentũ rõnis ponit au
riuulus: nec aures Quintiliani floſculis: ⁊ ſcolari declamatione mulcēde ſūt pedeſtris ⁊ quottidiana ⁊ nulla lucubratione redolēs oratio neceſſaria eſt: que rem explicet ſermonē ediſcerat obſcura manifeſtet in verboꝛuꝫ compoſitione frondeſcat ſint alij diſerti laudanſ vt volunt ⁊ inflatis buccis ſpumanda verba trutinent. Mihi ſufficit ſic loq vt intelligar: ⁊ vt de ſcripturis diſputans ſcripturarū imitā ſimplicitatē null⁹ hō excepto Chriſto qui ob noſtram ſalutē carnē dignatus ē inducre: plenam habuit de fide ſciam ⁊ certiſſimā veritatē. Deniqꝫ apl's. Ex pte cognoſcit: ⁊ ex pte pphat ⁊ nūc p ſpēm videt ⁊ in enigmate ⁊ ſm ꝙ oꝫ errare neſcire nos decet q2 cū venerit qđ perfectum eſt euacuabitur qđ ex pte eſt. Patet ex pfacta rōne qualiſ fides ſi non hēat ſimplicitatem: ſꝫ ptinacem inqſitionē rōnum ſeu argumētoꝛum facit hominē incurrere in erroꝛes innumerabiles ac qꝫ multiplices. ¶ Quinto hoc idē pꝛobo rōne vituperationis .ſ. dei. Fundamētū huius rōnis ponit Phs .v. Politi. di. Contrarie cauſe 9rioꝛum effectuꝫ ſunt cauſatiue. pꝫ hec regula. Nam ignis ⁊ aqua cum ſint cāe 9rie pꝛoducunt 9rios effectus: vꝫ caliditatē ⁊ frigiditatē. Quo preſuppoſito: certum eſt: ꝙ ſicut quis honoꝛificat principem ſi ſimplici verbo credit abſqꝫ cautione pignoꝛis iuramenti ſeu fideiuſſoꝛis. Econtra ignominiā ⁊ vituperiū ei facit ſi ſimplici eius verbo crederiſ noliſ: quod etiam cuilibet viro note bonitatis ⁊ ſufficientis facultatis moleſtiſſimū eēt: ſi ipſius verbo non ſimpliciter crederet. Sic a fi'li deum ſumme honoꝛat ⁊ gloꝛificat qui ſine cautione argumentoꝝ ⁊ rōnum credit ſimpliciter oībus his que ſunt fidei pp̄ đum. Econtra vero ipſi regi eterne gloꝛie qui nec fallere pōt facit maximam ignominiā: ⁊ vituperiū: qui nō ſimpliciter vult credere ꝟbis eius ſine cātione rōnum ſeu argumētoꝝ quā querūt gentiles phi ⁊ pagani: ſeu ſine cātione ſignoꝝ que querūt iudei de quibus .i. coꝛin .i. dī. Judei ſigna petunt ⁊ greci ſapientiā querūt. Quātum ergo dñs in hoc vitupereſ ⁊ offēdaſ. pꝫ ex hoc: q2 Matth .xvi. c. Cum phariſei ⁊ ſaducei tēptātes Chriſtū ſignū de celo quererēt. Rñdit eis generatio mala ⁊ adultera ſignum querit ⁊ ſignū non dabiſ eis niſi ſignum Jone pꝛophe ⁊ relictis illis abijt. Jtem Matth .xvij. c. dixit iterum xp̄s. O generatio incredula ⁊ puerſa vſqꝫ q̄ ero vobiſcū vſqꝫquo patiar vos ⁊c. Ne igitur xp̄ianus deū vituperet ⁊ ignominiam faciat dño noſtro Jeſu xp̄o dꝫ ſimpliciter credere oībus his que ſunt fidei ⁊ nullā de eis p2ſus ptinacem querere rōnem. ¶ Sexto ēt pbo rōne laudatiōis ꝙ fides dꝫ eſſe ſimplex ſine inquiſitione rōnū. Nam talis ſic ſimpliciter credens eſt dignus maxima laude. Fūdamentuꝫ rōnis ponit Phs .2. Ethi. di. Virtus conſiſtit circa bonum ⁊ difficile: q2 virtus ⁊ ars ſemp ſunt circa difficilioꝛa. patet hec regula. Nam q2 caſtitas hꝫ difficultatem in cōſeruatione ſui: ideo caſtitas dicitur ſūme virtuoſa: ⁊ quanto impugnationis maioꝛis eſt in virginibus: tanto maioꝛis eſt laudis ⁊ virtutis. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ ſicut non eſt virtuoſum videre luciduꝫ ſeu aliquid facile agere: nec credere qđ manifeſte ēſt pꝛobabile ſeu certificatum demonſtratiuis rōnibus eſt laudabile. Sed vtiqꝫ virtuoſum eſt ⁊ laudabile digniſſimum fidem ſimpliciter credere. iō in his que ſenſus ſeu ratio non compꝛehendit q̄ maximum eſt credere ſimplr deo in his que ſenſus: vel ratio vī oīo diſuadere ſicut fecit Abraam de quo legiſ Ro. iiij. ꝙ contra ſpem in ſpē credidit. vbi glo. ait. Prioꝛ ſpes ſm nām fuit duꝫ iuuenis ex iuuencula ſm nām ſpirauit ſobolē nec tñ habuit. Modo 9riuꝫ illi ſpei ſperauit dum vetulus de vetula ſterili ſimpliciter credidit generare heredē: Et certe non tm̄ ſimplr credēs eſt dignus laude vt pꝫ: ſed etiam in maxima pfectione proficit. Quod etiam ſic pꝫ. Nā Matt .xvi. c. dñs dicit. Qui vult venire poſt me .ſ. in pfectiōe vite: ab .ſ. ip .glo .ſ. quātum ad ppriū ſenſum: ⁊ q̄tū ad ppriā voluntatē. Quo preſuppoſito cum nulla ſit maioꝛ abnegatio q̄ 9 nām ⁊ rōneꝫ violēter ſubijcere per voluntatē intellectui his que ſunt fidei. Sequiſ ꝙ quātum qs pp̄rio ſenſui detrahit tm̄ intellectum ſuū de diuinis capatioꝛē facit Sicut ēt qdā ſapiēs de pꝛopꝛia volūtate dicit. Tm̄ inquit veritati addicies quātū pp̄rie volūtati detraxeris. ¶ Septimo deniqꝫ hoc idem pꝛobo ratione diminutionis .ſ. meriti. Fundamentum rationis ponit Phs .i. lib. de plantis di. Omnis ps remota a ſuo toto diminuit tantum totū pꝫ hec regula. Nam cum bꝛachiū ſit ps coꝛporis ſi pꝛecidatur ab ipſo coꝛpoꝛe eſt certum ꝙ diminuitur pfectio ipſius coꝛpoꝛis. Quo pſuppoſito manifeſtū eſt ꝙ cū homo aſſentit deo in his que nō ſunt ſenſui manifeſta nec per ſe nota intellectui: nec violētia neceſſaria pbatiōis rōnū oſtēſa maximuꝫ hꝫ merituꝫ eo ꝙ in predictis eſt ſimplr libera aſſenſio volūtatis. Quod ſi ſic eſt: ergo aſſenſio ſeu creditio qua homo aſſentit vl' credit vel manifeſtis ſenſui vel p ſe notis intellectui: vel neceſſario pbatis rōibus non mō meritum diminuit imo meritū non habet. Et ratio eſt quia talis aſſenſio eſt coacta: ⁊ coacta ſeruitia ſm Aug. nō ſunt meritoria nec deo placent. Et ideo Greg. in quadam omelia ſuper verba Joan .20. videlicet. Cū eēt ſero die illa ait. Fides non habet meritū cui humana ratio pꝛebet experimentuꝫ Et vt meli⁹ appareat quō ratio inducta meritum diminuat. ſciēdū ē ꝙ tria genera credentium inueniunſ vt dicit Ugo. de ſancto Vic. in ſuis ſentētijs. Quidam eni fideles ſunt qui ſola pietate credere eligunt: qđ tñ vtrum credendū ſit vel nō rōne nō compꝛehendunt. Alij puritate coꝛpoꝛis ⁊ mūdana cōſcientia interius iam guſtare incipiūt qđ fide crediderūt. Alij rōne appꝛobant qđ ſi de credūt. Jn p̄mis ſola pietas facit electiones. Jn ſcdis puritas 9ſcie appꝛehēdit certitudinem intelligētie. Jn tertijs aūt ratio adiungit appꝛobationem ⁊ ponit exēplum Pagani inquit in plures partes vnitatem ſcindunt diuinitatis. Judei ſaluatorem nō recognoſcunt. Jn his oībus mens fidelis fluctuat ⁊ niſi pietate crederet foꝛtaſſis abiecta v̄itate falſitatem ſequereſ. Ex quib⁹ verbis pōt colligi ꝙ ratio adducta ad ea q̄ ſūt fidei: q̄nqꝫ diminuit meritū: q̄nqꝫ auget Ad cui⁹ euidentiā nota ꝙ Tho .2 .2 .q .2. ar. io. ꝙ ratio humana ad ea q̄ ſunt fidei pōt ſe hre ad volūtatem credentis duplr. Uno mō ſicut precedens: puta cū quis non vult credere: vel non habet pmptam volūtateꝫ ad credēdū niſi rōne humana induceret: ⁊ talis ratio diminuit meritum ſm Greg. vbi ſupra. Scdo modo vt ſequēs volūtatē credentis: vtputa cū homo pmptā volūtateꝫ habet ad credendū: ⁊ ex hoc diligit v̄itatē credendī: ⁊ ſuper eam cogitat ⁊ amplectiſ ſi q̄s rōnes ad h̄ inuenire pōt: ⁊ tunc humana ratio meritum fidei non excludit ſed potius auget. Et ratio eſt ſm eundē Tho. in .3. di. xxiij. ar .3. q .2. q2 ea que ſunt fidei ⁊ ſi ſup2a rationē ſunt: non tñ contra rationem. Et iō querere ea que ſunt ſup2a rationem nō eſt vituperabile, ſed laudabile: quia homo dꝫ ſe ad diuina erigere quātū poteſt. dīc phs io. Ethicoꝝ. Quod 9firmās Ric. in p̄hemio p̄mi ſen. q. vij. in ſolutiōe p̄mi argumēti rñdens ad verba Greg .ſ. fides nō hꝫ meritū ⁊c. dicit ꝙ illa argumentatio ſeu rō q̄ p̄cedit ſimplr ex articulis fidei nō euacuat meritū fidei nec minuit: q2 talis ratiocinatio ē in virtute luminis fidei. vnde de tali argumentatione non debet intelligi auctoꝛitas Gregoꝛij ſed de ratiocinatione que pcedit ex principijs cognitis in lumine naturali. Talis enim euacuat merituꝫ fidei cum ſibi homo principaliter innititur. Et pp̄ter hoc rationes fidei meritum non diminuūt ſed augent. Sicut enim dicit Eccle .xxiiij. Qui elucidant me .ſ. fidem per rationes pꝛobabiles ſed non demonſtratiuas vitam eternaꝫ habebūt. Oppoſitum vero eſſet ſi quis nollet ſe fidei ſubijcere niſi haberet ratiōes naturales: q̄m talis nō tm̄ non habet merituꝫ eterne vite. Sed indubitanter habꝫ meritū eterne pene. Ex pꝛedictis ſeptem rationib⁹ pꝫ expreſſe qualiter fides vniuſcuiuſqꝫ debꝫ eſſe ſimplex: ⁊ ſine pertinaci inquiſitione naturalium rationum. ¶ Tertio hoc ideꝫ pꝛobo diſtinctionib⁹. Nam Ricar. in p̄hemio p̄mi ſen. q. vij. q̄rit an modus procedēdi in ſacra ſcriptura .ſ. argumentatiu⁹ debeat eē per naturales rationes ſeu demonſtratōes ⁊ reſpōdit di. ꝙ modus procedēdi in ſacra ſcriptura ſeu in his que ſunt fidei pp̄ ſui amplitudinem eſt multiplex. Nam alicubi pꝛocedit precipiendo: alibi pꝛohibendo: alibi cōminando: alibi pꝛomiſſionibus alliciendo: alibi inducendo: alibi virtutem de deo ⁊ de eius effectibus ſimpliciter narrādo: ⁊ alibi arguendo. Non tamen arguit ad pbandum ſua principia que ſunt articuli fidei ſicut nec certe ſcientie. Sed ex his arguit ad pbandū alia. vñ aliquādo pbat vnū articulum per aliū. Proinde p̄ime ad coꝛin .xv. c. apl's. Ex reſurrectione xp̄i pꝛocedit ad pbādum cōmunē reſurrectionē omnium. di. Si xp̄s reſurrexit ⁊ nos cum xp̄o reſurgemus. Jſte autem multiplex modus arguendi ſeu ratiocinandi non derogat perfectioni fidei: ⁊ merito cuius eo ꝙ omnes iſti modi argu

unt ſimile per ſimile.ſ.obiectū ſupernaturale per rōnem ſupernaturalem. Et ꝑncipaliter inſpiciūt diuinā inſpirationē:⁊ iō talis modus arguendi oībus cōceſſus eſt tā ad profectū meriti ꝙ̄ ipſius fidei. Argumenta autem ⁊ rōnes que procedūt ſimpl'r ex ꝑncipijs cognitis in lumine naturali: nullꝰ dꝫ pertinacit̄ ingrere cū ſua fide:aut velle h̄re cum talia euacuent meritū fidei ⁊ deſtruāt de directo ipſam fidē. Ex q̄ diſtinctione pꝫ q̄liter vera fides oīo a ſe rōnes demonſtratiuas reijcere dꝫ. Aliam diſtinctionē ponit idē Ric. in ꝓhemio ꝑmi ſen.q.i.in ſolutiōe ꝑmi argumenti ſuꝑ illa v̄ba Eccleſia.3. Altiora te ne q̄ſieris di.ꝙ altiora querēr pōt. tripliciter intelligi. Uno mō in ſpū diaboli co:⁊ ſic queſierunt altiora ſe multi heretici. Alio modo in ſpiritu humano ⁊ ſic querūt multi preſumptuoſi ⁊ curioſi chriſtiani:q ⁊ ſi fidem xp̄i teneant: volunt tñ per rationes ſecreta fidei atq; ipſiꝰ dei inueſtigare:ꝙ tñ eſt impoſſibile. Alio modo i ſpiritu diuino ⁊ ſic q̄ſierunt altiora ſe viri theologici:⁊ ēt querunt hoies ſimpl'r catholici:nō propter fidei dubitationē:ſed ꝓpter maiorē ꝑfectū ⁊ cōfirmationē ipſiꝰ fidei. Primo igit̄ mō ⁊ ſcdo intelligit̄ imo oibꝰ precipit̄. Altiora te ne q̄ſieris. Sed triplici modo oibus conceditur ꝙ querāt altiora ſe:vnde ibidē ſubdit̄ plurima ſuꝑ ſenſuꝫ hoīs oſtēſa ſunt tibi Ex q̄bus etiā diſtinctiōibꝰ pꝫ qūo fides debet eſſe ſimplex ſine inquiſitione alicuiꝰ demonſtratiue rōnis. ¶ Quarto hoc idē probo ſimilitudinibus. Prima ſil'itudo ponit̄ Exod.20.c. vbi precipit deus. Si altare lapideū feceritis mihi nō edificabis illud de ſectis lapidibus. Si aūt leuaueris cultꝝ tuum ſuꝑ eo polluet̄.h ibi glo.ait. Quid per cultꝝ niſi acumen ingenij intelligit̄ qđ ſuꝑ altare fidei nequaꝙ̄ leuatū ē ne ingenium nr̄m in his q̄ fidei ſunt aucti ſacre ſcripture ōferamur:q2 ſic ꝑferēdo oīo pollueretur. Qua ſil'itudine aut figura pꝫ expſſe:qualit̄ intellectꝰ volens ꝑ nāles rōnes ea q̄ ſunt fidei intelligere oīo polluit̄ diuerſis erroribꝰ infidelitate:ſuꝑbia atq; temeritate. Accipe aliā ſil'itudinē de ſagitta. Nā ſagitta ſi nimis vltra metaꝫ baliſte vel ex̄ protrahatur ſemper reprehēſibilis eſt ⁊ facit erroreꝫ. Si vero nec ſuꝑflue nec diminute ꝓtrahat̄ laudabilis eſt:⁊ attingit mediū ſigni. Sic a ſili dico de fide. Si qs parꝝ dubitat aut debilē opinionē hꝫ de fide:aut nimis ⁊ ſuꝑflue inueſtigare velit ea que ſunt fidei talis vtiq; neceſſario incidit i varios errores.⁊ ꝑ ꝯñs non attingit obiectum fidei deſideratū. Si aūt aliqs ſimplex credit nihil dubitās de fide:nec ſuꝑfluas rōnes de ea h̄re volēs tal̄ neceſſario attingit obiectū deſideratū ꝙ eſt veritas increata. Accipe ⁊ tertiā ſil'itudinē Si enim aliqs magiſter optimꝰ doceret de ſcīa ſua ⁊ aliqs ruſticus narraret ꝙ nō ita eſſet ſicut ille doceret eo ꝙ ipſe non intelligeret:nōne talis ruſticus in cōſpectu dei ⁊ hominū ſtultiſſimꝰ imo ꝑſumptuoſiſſimus cenſeret̄:certe ſic. Quo preſuppoſito dico ꝙ cum intellectus angeli magis excedat itellectuꝫ optimi phi:ꝙ̄ intellectus phi optimi intellectū ruſtici. Certum eſt ꝙ ſtultus imo ſtultiſſimꝰ eſſet phs ſi nollet credere ⁊ fidē adhibere omnibus his que angeli docerēt Multo aūt plus multū ſtultiſſimꝰ eſt xp̄ianꝰ ſi nolit credere ea que deus per ꝓphas ſuos dixit ⁊ docuit:q2 ꝑme Pe.i.c.di. Spū ſancto iſpirati locuti ſunt ſancti di hoies. Et iō non imerito tales increduli ⁊ ꝑſumptuoſi a deo eternaliter reprobant̄. Ex qbꝰ ſil'itudinibꝰ ēt pꝫ qual'r fides dꝫ eē decorata ſimpliciter atq; penitus ſemota ab omni naturaliū rōnū temeritate. ¶ Quinto deniq; hoc idē ꝓbo exēplis. Quāuis eni fides nō aſſentiat ꝑme v̄itati ꝑncipal'r ꝑꝑ rōes tñ rōnes ꝑñt eē introducte. Sed poſtꝙ̄ itroducta fuerit ratio dicat qlibet ſic dixerunt ſamaritani mulieri ſamaritane Joan.iiij.c. Jam nō ꝑꝑ tuā loquellā credimus.ipſi.n. audiuimꝰ ⁊ ſcimus:q2 ipſe eſt ſaluator mūdi. Quo exemplo dat̄ intelligi ꝙ vbi eſt preſentia vere fidei:ibi eſt oīs ſimplicitas i credendo:etiam ſine teſtimonio rōnum ſeu argumentoꝝ. Aliud exemplum habemus de Ipocrate ⁊ Pictagora:qui oibus diſcipulis ſuis hāc legē dederūt vt nūꝙ̄ cēnt auſi in ſententijs ſuis ⁊ doctrinis interrogare: ꝑꝑ qđ ſi eēt ꝓ rōne dicētis auctas. Qđ ſi ſic fuit in illis quāto magis auctas diuina ſeu ſpūs ſācti ꝓ firma rōe h̄ñda ē: Ex ꝑſa ctis igit̄ auctibꝰ:rōibꝰ:diſtinctōibꝰ:ſil'itudinibꝰ:⁊ exēpl' pꝫ.ꝙ ad ꝑfectionē fidei necīa eſt ſexta circūſtantia q̄ dr̄ circūſtantia ingſitionis vt.ſ.qſq; habeat fidē ſimplicē ſine pertinaci ingſitione naturaliū argumentoꝝ atq; alicuius rōnis demonſtratione. quam vere fidei circūſtantiam nobis ꝯcedat paclitus illuſtrator cordiū:q cū p̄re ⁊ filio viuit ⁊ regnat deꝰ ꝑ īfinita ſcl'a ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria tertia poſt dñicā de paſſiōe. Itē ꝑ ſermo de integritate ſacratiſſime fidei.

# Me autem Odit

Mūdus:q2 ego teſtimoniū phibeo de illo:q2 opera eius mala ſunt. Scribunt̄ h verba Joh. vij.c.⁊ in euangelio occurrentis ferie. Poſt ſacri euangelij litteralem ⁊ moralem cōpoſitionem humaniſſimi ciues:ex quo vt claruit in precedenti ſermone ſufficienter vidimus declarationē ſexte circunſtantie ad integritatem vere fidei neceſſarie que dicta fuit circunſtantia inquiſitionis habemus hodie videre declarationem ſeptime circunſtantie:cuius circunſtantie declaratio talis erit.

¶ De ſeptima circunſtantia ad integritateꝫ vere fidei neceſſaria:que dicitur circunſtātia obiectionis:

Septima igitur circunſtantia ad integritatem vere fidei neceſſaria dicitur circunſtantia obiectōis. Nō enim ſufficit ad hoc vt quis habeat veram fidem ꝙ omnia opera fidei opetur vt in ꝑcedentibus monſtratum eſt:ſꝫ oꝫ vt quiſq; faciat talia opa fidei bono fine:bono reſpectu:bona cā ſiue aliquo bono obiecto. Quia ſi quis faceret ſimul oīa bona que fecerunt oēs ſancti:que fecit virgo Maria: imo que fecit xp̄s:⁊ nō faceret cuꝫ debito fine ⁊ obiecto nihil ei proficeret ad ſalutem. Et qm̄ vt hr̄.2.de aia.⁊.2. Phyſi. Oē agens ſm ratione agit ꝑꝑ finem ſeu aliud aliqđ obiectum fines aūt ⁊ obiecta ſunt diuerſi: prout dicit Phs.i.Ethy. Hinc ē ꝙ diuerſi opant̄ diuerſis modis moti a diuerſis finibus aut obiectis. Nouem igitur ſunt obiecta ſeu fines ꝓpter que diuerſi operantur.

¶ Primum dicitur obiectum creditionis.
¶ Scđm dicitur obiectum defectionis.
¶ Tertium dicitur obiectum confuſionis
¶ Quartum dicitur obiectum afflictionis.
¶ Quintum dī obiectum retributionis.
¶ Sextum dicitur obiectum coactionis.
¶ Septimum dī obiectum laudationis
¶ Octauum dī obiectum bonificationis
¶ Nonū dī obiectum honorificationis.

¶ Primū obiectū reſpectus vel finis quo aliqui multa bona opa in hac vita faciūt ⁊ opantur dī obiectū creditiōis ſeu extimationis. Ex m̄.n.multi ꝓut dicit Phs.i.Ethic.⁊ theologi in.iiij.di.xlix:non credūt aliā eē vitam futuram nec felicitatē poſt hāc momentaneā:hinc eſt ꝙ tales extimant felicitatē ſolum eſſe ponēdā in voluptate ꝑñtis vite:⁊ ꝓpter hoc faciūt multas iuſtitias ēt morales: obſeruant inſuꝑ infectis ſuis prudentiā fortitudinē:atq; temperantiam:vt diutius hac ꝑñti voluptate ꝑfruāt̄. Et de talibꝰ opātibꝰ ex hoc obiecto ⁊ fine.dicit Lactā.in.2.di.iſt. circa ꝑn. Nam dum nonnulli exiſtimāt nos deo non eſſe cure:nec poſt mortem eſſe futuros totos ſe humane prudentie atq; libidinibus addiciūt:⁊ dū ſibi licere putāt hauriēdis voluptatibus ſcientis incūbūt:ꝑ quas imprudēter laqueos eterne mortis incurrūt Sed nota ꝙ opa talium hoc obiecto aut fine opantium non ſunt vera opa fidei: ſeu grata ⁊ meritoria.imo taliū opa ꝙ̄uis ſint moralia inutilia ſunt: quod tripliciter ꝓbo. Primo auctte. Scđo rōne. Tertio ſil'itudine ¶ Primo ꝓbo auctte Aug. li.v.đ ci.dei.c.20.di. Solent inquit phi q finem boni humani in ipſa virtute conſtituunt ad ingerendū pudorē qbuſdam phis qui virtutes cōprobant:ſed eas voluptatis corporalis fine metiunt̄ ⁊ illā ꝑ ſeipſam putant appetendam. Iſtas ꝑꝑ ipſam tabulā quādam nobis pingere vbi voluptas in regali ſede quaſi delicata q̄dā regina ꝯſideat eiq; virtutes famule ſubijciant̄ obſeruātes eius nutū vt faciant qđ illa iꝑauerit:q̄ prudētie iubeat vt vigilanter ingrat qūo voluptas regnet ⁊ ſalua ſit. Juſtitie iubeat vt ꝑſtet beneficia:que pōt ad ꝯparandas amicitias corꝑalibꝰ ꝯmodis necīas nulli facit iniurias:ne offenſis legibꝰ voluptas viuere ſecure nō poſſit. Fortitudini iubeat vt ſi dolor corꝑi acciderit: q nō ꝯpellat in mortē teneat dñam ſuā.i.voluptatē fortiter in ai cogitatione:vt ꝑ deliciaꝝ ꝑſtinaꝝ ſuaꝝ recordationē mitiget ꝑñtis doloris aculeos:tēperātie iubeat vt tm̄ capiat alimētoꝝ:⁊ ſi q̄ delectāt ne ꝑ imoderatōem noxiū aliquid valitudinē turbet:⁊ voluptas

qnã etiã in ſanitatem corpis epicurrei maxi-
mã ponũt grauit offendatur. Ita ṽtutes cum
tota ſue gl'ia dignitatis tãq̃ȝ ipioſe credãt etiã
ĩhoneſte mulier cule ſuiũt voluptati. Nihil
hac pictura dicũt eſſe ignominioſi⁹: ⁊ defor-
mi⁹: ⁊ ꝙ vn⁹ ferre bonoꝝ poſſit aſpectus ⁊
veꝝ fatentur. ¶ Scdo ꝓbo rõne falſifica-
tõis. ꝙ oia bona opa que fiũt ſimpl'r ex obie
cto felicitatis pñtis vite non ſunt opa vere fi
dei: ſȝ prorſus ſunt inutilia ad ſalutẽ. Fũda-
mentũ rõis põit Phs. vj. eth. di. Error in fi
ne facit errorẽ in oib⁹ his que ſunt ad finẽ
pȝ h̃ regula. Nã ſi medicus ignorat finem ĩfir
mitatis: per ɔ̃ñs errat in oi ɔſilio ⁊ ope ſuo:
d.is omnes falſas ⁊ erroneas medicinas ĩfir
mo. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ finis ⁊
obiectũ humane felicitatis nihil aliud eſt q̃ȝ
viſio clara ⁊ fruitio ipſius eſſentie dei. di. Au
gu. Et recitat magiſter in. 2. di. j. Creauit deus
creaturam rõnalem ⁊c̃. Et ꝙ deus ſit ſimpli-
citer obiectum humane felicitatis pȝ: qr ſm
Aug. ⁊ experientia docet: nihil deo minus p̃t
capacitatem aie rationalis adimplere. Q̃ð ſi
ſic eſt ꝙ deus ſolus ſit obiectum humane fe-
licitatis: ſi quis ponat in alio felicitatem q̃ȝ
in deo: talis profecto errat in fine: ⁊ obiec-
to. ꝙ ſi errat in fine ergo ſequitur neceſſario
ꝙ oia eius opera ſunt falſa ⁊ erronea. ⁊ per
ɔ̃ñs inutilia ad ſalutẽ. Et ɔfirmatur iſta rõ.
Nam Phs. j. ethi. di. Sicut ſe hȝ ſignũ ad ſa
gittantes: ſic ſe hȝ finis ad operantes. Sȝ ma
nifeſtum eſt ꝙ facta varietate ⁊ falſitate in
ſigno: fit etiam varietas ⁊ falſitas in ſagittã-
do. Sic a ſili poſita varietate: imo falſitate i
obiecto beatitudinis neceſſe eſt ꝙ ſequatur
etiam falſitas in oib⁹ opibus humanis: etiaȝ
ſi moralia ſint. Proinde. xxviij. q. i. c. omnes
n. ex his. di. Ubi enĩ deeſt vera cognitio eter
ne ⁊ incõmutabilis veritatis falſa virt⁹ eſt
etiam in opibus moralibus. Item. i. q. j. c. cũ
Paulus. di. Cũ Paulus dicat ꝙ fundamen-
tũ aliud nemo põt ponere preter illud qð po-
ſitum eſt. vȝ Jeſus xp̃s. ɔſequenter ꝓbatur:
ꝙ vbi xp̃s non eſt fundamentũ: nullũ ibi p̃t
eſſe boni operis edificiũ hereditatis. ¶ Ter-
tio hoc idem probo ſimilitudine. vȝ ꝙ errãs
in vero obiecto qð deus eſt: eius opa oio in-
utilia ſunt ⁊ vitupabilia. Regula eſt gnãlis:
tam phoꝝ q̃ȝ canoniſtaꝝ. ꝙ de ſimilib⁹ idem
datur iudicium. Quo preſuppoſito Tho. 2. 2.

q. io. ar. iiij. querit. An iudeus: ſarracen⁹ vel
alius infidelis in oi actu ⁊ operatione ſua
pccm̃ committat: vel aliqð meritum habeat:
⁊ rñdit ꝙ peccatum mortale tollit gratiã gra
tum facientem. non aũt totaliter corrumpit
bonum nature. Unde cũ fidelitas reſpectu fal
ſi obiecti ſit qðdam mortale peccatũ: certum
eſt ꝙ infideles gratia dei carent: licet i eis re-
maneat aliqð bonum nature ⁊ ex hoc nõ pñt
operari aliqua opera ſiue voluntate ſiue amo
re ſiue aliquo actu que ſint meritoria. Et rõ eſt
qr ſm Phm. viij. Phy. Corrupto priori cor-
rumpuntur ⁊ oia poſteriora: ideo oblata gra
tia que actus oium virtutũ informat: ſeq̃tur
ꝙ nullũ opus eoꝝ eſt meritorium: ⁊ vltra h̃
in opere ſuo qð habitu vel actu opantur ex obie
cto infidelitatis iugiter peccãt. vñ gloſa ſup
verba ad Ro. i4. Omne ꝙ nõ eſt ex fide pccm̃
eſt. Omnis infideliũ vita pccm̃ eſt ⁊ ponitur
iſte tex. xxviij. q. i. c. omnes. §. ex his. h̃ Tho.
Ex qua diſtinctõe pȝ ſicut nullus infidelis in
oibus opibus ſuis põt aliquid mereri reſpe-
ctu falſi obiecti qð ſit dei gr̃a dignũ. ⁊ vltra h̃
in omni actu ſuo ad infidelitatem quo de di-
recto nouum pccm̃ ɔmittit. Sic nec aliq̃s ali
us ſiue ſit xp̃ianus: ſiue infidelis q̇ credit ſim
pl'r obiectũ humane felicitatis cõſiſtere in p̃-
ſenti vita ⁊ non in futura: põt aliquid mere-
ri apð deũ in oibus opib⁹ ſuis moralib⁹. Et
vltra h̃ tot peccata committit quot opa mo-
ralia dirigit ſimpl'r ſub obiecto pñtis felici-
tatis. O quot dñi terrarum: o quot duces: o
quot barones ⁊ imperatores: o quot curiales: o
quot increduli xp̃iani viuũt ſimpl'r ſub ſpe ⁊
obiecto pñtis felicitatis: quoꝝ oẽs ṽtutes ſeu
opa in eoꝝ morte falſa ⁊ erronea apparebũt
Et ſic pȝ primũ obiectũ credit õis. ꝙ cũ nõ ſit
veꝝ obiectũ fidei: nullus ꝑꝑ illud dȝ opari ali
qð. Scðm obiectũ reſpectus vel finis quo ali
q̇ multa opa bona in hac vita faciũt ⁊ opan-
tur dĩ obiectũ defectionis. Multi tunc quip-
pe qui ⁊ ſi credant in vero obiecto fidei: qð
deus eſt. tñ ꝑꝑ illud obiectum ⁊ illum finem
pauca ⁊ minima bona operantur. Et econtra
magis ardua ⁊ maxima opa faciũt pro obie-
cto alicuius auaricie atq̃ȝ mũdane cupidita-
tis q̃ȝ pro obiecto diuine maieſtatis. De q̃b⁹
Greg. i moral. ⁊ ponitur. xlvij. di. c. Oẽs. ait
Omnes huius ſeculi dilectores in terrenis re
bus fortes ſunt in celeſtibus debiles. Nam

pro temporali gloria vſq̃ȝ ad mortẽ ſudare
appetunt: ⁊ pro ſpe ꝑpetua: nec parꝝ quidẽ
in labore ſubſiſtũt: ꝓ terrenis lucris q̃ſlibȝ
iniurias tollerãt: ⁊ pro celeſti mercede vl' te
nuiſſimi verbi ferre ɔtumelias recuſant: ter-
reno iudici tota ẽt die aſſiſtere fortes ſũt: in
oratiõe vero corã deo vel vnius hore momẽ
to laxant: ſepe nuditatẽ: deiectionẽ: famẽq̃ȝ
ꝓ acqrẽdis diuitijs atq̃ȝ honorib⁹ tollerãt
⁊ eaꝝ reꝝ ſpe ꝑ ſe abſtinẽtiaȝ cruciant: ad
quas adipiſcẽdas feſtinãt. ſupna aũt labo
rioſe querere tãto magis diſſimulant: q̃ȝto
magis ea retribui tardi⁹ putãt hi itaq̃ȝ q̃ſi
malaꝝ arboꝝ more deorſum vaſti ſunt ſur
ſum anguſti: qr fortes i inferiorib⁹ ſubſiſtũt
ſed ad ſupiora deficiũt. Peto igiẽ an opa
taliũ q plura faciunt ꝓ obiecto mũdi. q̃ȝ ꝓ
obiecto di: corde: ore: ⁊ ope: ſint grata ⁊ me
ritoria: ⁊ ſalutifera i cõſpectu dei ⁊ ſint opa
vere fidei: Clamans rñdeo ꝙ nõ. Nã q̃ſq̃ȝ
ẽt ſecularis pretermitto religioſos teneẽ ſal
tem habitu ⁊ affectu plura opa facere pro
obiecto dei q̃ȝ pro obiecto mũdi qð quintu
pliciter ꝓbaẽ. Primo auctoritate. Secũdo
rõne. Tertio exemplo. Quarto argumento.
Quinto figura. ¶ Primo probo aucte ꝙ
plura quiſq̃ȝ teneẽ facere ꝓ obiecto dei q̃ȝ
ꝓ obiecto mũdi. Nã Mat. vi. c. ꝑcipit dñs.
Primũ querite regnũ dei ⁊ iuſtitiã eius: ⁊
hec oia adijcienẽ vobis. Et ibidem ait dñs
nobis. Ne ſolliciti ſitis aie vr̃e qd mandu-
cetis: neq̃ȝ corpori veſtro quid induamini:
nõne anima veſtra plus eſt q̃ȝ eſca: ⁊ corp⁹
plus q̃ȝ veſtimentũ: Nolite g̃ theſaurizare
theſauros in terra vbi ⁊c: ¶ Scdo h̃ idem
ꝓbo rõne ſuperationis. Fundamentũ rõis
ponit phs. i. Ethicoꝝ. ⁊ 3. topico. In bonis
ſemp eligibilius eſt qð eſt melius ⁊ plura
bona potius q̃ȝ pauciora. pȝ h̃ regula. Ecce
ſi qs preponit tibi vnã vnciã auri ⁊ alteraȝ
argenti: certe preeliges potius auꝝ q̃ȝ argẽ
tũ. Itẽ ſi qs tibi ꝓpoñat. x. libras auri ⁊ ali⁹
xx. citius eliges. xx. q̃ȝ. x. Quo preſuppoſito.
certũ eſt ꝙ bona ſpũalia ⁊ celeſtia ſunt me
liora incõpabiliter q̃ȝ bõa tpalia: eo ꝙ ſunt
pertinentia ad ipſaȝ aiam ad cultũ diuinũ
⁊ ad acqrẽdũ infinita ⁊ eterna bona regni
celoꝝ. ergo per ɔ̃ñs quiſq̃ȝ teneẽ ſe exerceẽ
in ſpũalibus bõis ⁊ illa preeligere q̃ȝ in ter
renis diuitijs. Et cõfirmaẽ iſta ratio. Nam
phs. ix. Ethi. dicit. Denominatio ſemp fit a

nobiliori. ⁊ Cõmentator ſup. viij. phyſi. di.
Nomen ꝑ prius dr̃ de forma. Deinde v̾ cõ
poſito: ex ɔ̃ñti vero de mã. Et hoc p̃ſuppoſito
ꝙ denoiatio ſemper ſit a nobiliori: ⁊ actus
prius dr̃ de forma q̃ȝ de mã: certũ eſt ſcðm
phm. 2. de aia ꝙ hõ cõpoſitus eſt ex duab⁹:
vȝ mã ⁊ forma: ſiue corpore ⁊ aia: ⁊ hõ ma
gis denoiaẽ hõ ex parte aie q̃ȝ ex parte cor
poris. vñ phs. ix. Ethi. ait. Hõ eſt maxie in-
tellectus: ⁊ rõ. Q̃ð ſi ſic eſt ꝙ hõ denoictur
prius ex aia ⁊ rõne q̃ȝ ex ipſo corpore: mãi-
feſtũ eſt ꝙ prius dȝ ꝑponi anime obiectũ ⁊
bonum ſuũ q̃ȝ corporis ſicut cibus magis
preponitur domino q̃ȝ ſeruo. Sed obiectuȝ
anime que ẽ ſpiritualis: ſunt bona ſpũalia.
obiectũ vero corporis quod eſt quid mate-
riale ſunt bona materialia: igiẽ cum anima
vt patet ſit nobilior corpore. ɔcluditur pro
tanto ꝙ res ſpirituales concernentes ipſaȝ
animaȝ per prius amande ſunt eligende ⁊
querende q̃ȝ res tranſitorie ⁊ tẽporales con
cernentes conſeruationem corporis morta-
lis ⁊ ipſius delectationẽ. O igitur auare: o
cupide: o amator diuitiarũ: o luxurioſe: qui
plus te occupas in terrenis ⁊ carnalib⁹ bo
nis: q̃ȝ in virtutib⁹ ⁊ operib⁹ ſpiritualibus
ſcito ꝙ niſi chartã reuoluas. i. ꝙ violentiaȝ
plus tibi nõ facias in querẽdo ſpiritualia
bona q̃ȝ terrena: nũq̃ȝ poteris regnũ celoꝝ
ingredi. Q̃ð cõfirmans dñs Matth. xi. dic̃
Regnũ celoꝝ vim. p. ⁊ vi. r. illud. Et Hiero
nymus ad Euſtochiũ ait. Niſi vim facias:
celorum regnum nõ capies: niſi pulſaueris
importune panem non accipies ſacramen-
ti: an non videtur tibi grandis violentia cũ
caro concupiſcit eſſe quod deus: ⁊ illuc vn-
de angeli corruerunt: angelos iudicatura
velle ɔſcendere: Egredere ergo pauliſper e
corpore ⁊ ob preſentes labores ante oculos
tuos depinge mercedẽ quam nec oculus vi
dit: nec auris audiuit: nec in cor hois aſcen
dit. hec ille. Ad quam violentiam faciendaȝ
hortatur dñs Matth. vij. di. Intra per an
guſtã portam. ſ. ſpiritualiũ virtutum: quia
lata eſt porta ⁊ ſpacioſa eſt via: ſcilicet mũ
dane cupiditatis que ducit ad perditionem
⁊ multi intrant per illam quã anguſta por-
ta, ⁊ arta via que ducit ad vitam ⁊ pauci
ſunt qui inueniunt eam. Proinde Ambro-
ſius ſuper Lucã ait. Indecorum eſt ſollicita
re de cibo ⁊ veſtimento corporis: cũ poſſis

habere regnū:q̄ſi dicat. O xp̄iane tu cecus
es quādo te occupas in reb⁹ caducis ⁊ ter
renis:in eo tempe in quo poſſes ꝑ aliquod
paruū ⁊ ſpūale bonū lucrari regnū di. Nā
vtilius eſt homini paruū ⁊ ſpūale bonū q̄
ſimul oēs diuitie mundi. dicente propheta.
Melius eſt parū iuſto ſup diuitias peccato
rum multas. Et hoc ad confuſionē quorun
dam:qui dicūt cū aliquis ingredit̄ religio-
nē.oino vadit ad religionē quia ei non ſuf
ficit anim⁹ ꝑmanendi ad mundū nec vult
laborare ⁊ huiuſmōi. Sed o ignorātia mun
dana:o groſſities amatoꝝ mundi.o cecitas
cōſumata. An videt̄ tibi eſſe vilis animi q
ideo mūdū fugit:vt per labores virtutū ſpi
ritualiū:regnū celoꝝ acquirat: ¶ Tertio
hoc idem probo exemplo domini noſtri Je
ſu xp̄i:qui vt habet̄ Luce.ij.ca. Cum eēt an
noꝝ duodecim aſcendēs in hieruſalē in die
feſto remāſit ibidē tribus diebus ignoranti
b⁹ parentib⁹ ſtans iugiter in templo in me
dio doctoꝝ audiens illos ⁊ interrogās:ita
vt omnes mirarent̄ ſup prudentia ⁊ reſpō
ſis eius. Vn̄ Joſeph ⁊ Maria poſt triduū
eum inuenerūt. Cui mater dixit:fili qd feci-
ſti nobis ſic: Ego ⁊ pa.t.d.q.te. Quib⁹ ipſe
reſpondit. Et quid eſt ꝙ me querebatis ⁊c.
quaſi diceret. Nonne debetis ſcire:q: non
veni ſolum vt placerē vobis:vt ſolū cōuer-
ſationē vrāꝫ haberē:ſꝫ vt ſaluarē pctōres:
⁊ vt facerē res magis ſpūales:⁊ ꝑponerem
voluntatē patris celeſtis volūtati parētum
carnaliū: Exigebat aūt tūc ratio:ꝙ magis
in illo triduo remaneret cum doctoribus:q̄
cū parentib⁹:quia ꝑꝑ fructū ſecutū ex hoc:
maior honor patris celeſtis ſubſecut⁹ eſt.
Quo xp̄i exemplo qlibet edocet̄ q̄rere ma-
gis res ſpūales ꝑtinentes ad honorem dei
ſalutem ꝓpriam atq̄ꝫ proximoꝝ:q̄ tēpora
lia bona. ¶ Quarto hoc idem ꝓbo argu-
mento ſeu ſimilitudine. Nam Matt.vi.di.
Reſpicite volatilia celi q̄m nō ſerunt neqꝫ
metūt:neqꝫ cōgregāt in horrea:non ne ma-
gis pluris eſtis illis: Cōſiderate ēt lilia agri
q̄ō creſcunt:non laborant neqꝫ nēt. Dico
autē vobis q̄m neqꝫ Salomon in oī gloria
ſua coopꝫus eſt ſicut vnū ex iſtis. Si enim
fenū agri quod hodie eſt ⁊ cras in clibanū
mittit̄ deus ſic veſtit:q̄to magis vos mini-
me fidei: Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes.
Quid manducabim⁹ aut qd bibemus aut

quo opꝫiemur. ſcit eni pr̄ veſter q̄r hꝭ oib⁹
indigetis. hec ibi. vbi ait glo. Si pater cele-
ſtis curam hꝫ de volatilib⁹ de liliꝭ de feno
rōne carentib⁹:magis habebit curā de hūa
no corpore cui⁹ aīa terrena deſpiciēs in ſpi
ritualib⁹ ſe exercet. Nec eſt dubitādū quin
deus ꝓuideat ſpūaliter viuentibus ⁊ vite
ſubſidia adminiſtrat:ꝑꝑ qd ipſe dominus
Matt.vij.arguit quoſdā puſillanimes.di.
Quis ex vobis hō quē ſi petierit filius ei⁹
panē nūqd lapidē porriget ei: Aut ſi piſcē
petierit:nunqd ſerpētē porriget ei: Si ergo
vos cū ſitis mali:noſtis bona data dare fi-
liꝭ veſtris:q̄to magis pater veſter qui i ce
lis eſt dabit bona petentibus ſe: Ex quo ar
gumēto ⁊ ſilitudine pꝫ ꝙ ſpūalia bona pre
cedere ſemꝑ debēt tꝑalia. Ad hunc ſenſum
ēt trahitur dictū phi licet ipſe non in codē
fine dixerit. viij. Phiſicoꝝ dicēs. Dignum
eſt preponi nobilius vili:⁊ prius poſteriori:
patꝫ ſimilitudine. Nam quia aqua ē nobili
us elementum terra:⁊ aer q̄ aqua:⁊ ignis
q̄ aer:idō naturaliter vnū precedit reliquū.
Sic a ſimili cū ſpūalia bona ſint nobiliora
tempalibus:idō incōꝑabiliter ꝑcedere. dbēt.
¶ Quinto dēiqꝫ h idē probo figura. Nam
legit̄ tertij Re.xvij. ꝙ helias dixit cuidā vi-
due. Da mihi paululū aq̄ in vaſe vt bibā:
cumqꝫ illa ꝑgeret clamauit poſt tergū ei⁹.
dicēs. Affer mihi obſecro ⁊ buccellā panis
Que reſpōdit. Viuit domin⁹ quia non ha
beo panē:niſi q̄tum pugillus capē pōt fari
ne in hydria ⁊ paululū olei i lechito. In col
ligo ligna vt faciam illud mihi ⁊ filio meo:vt
comedamus ⁊ moriamur. Ad quā Helias
ait. Noli timere:ſed vade ⁊ fac ſicut dixiſti.
Verūtamē mihi prius fac de ipſa farinula
ſubcinericiū panē ⁊ affer ad me:tibi autem
⁊ filio tuo facies poſtea. hoc autē dicit dn̄s.
Hydria farine nō deficiet:nec lechitus olei
imminuet̄ vſqꝫ in diē qua daturus ē domi-
nus pluuiā ſuper terrā. Que ſtatim abijt ⁊
fecit iuxta ꝟbū Helie:⁊ comedit ipſe ⁊ illa
⁊ domus eius. Et ex illa die hydria farine
nō defecit:⁊ lechit⁹ olei nō eſt imminutus iu
xta verbū domini quod locutus fuerat ad
Heliā. Nota igitur poſt narrationem hiſto
rie qualiter Helias dixit. Fac mihi prius
ſubcinericium panem:ad oſtendendum. O
anima diffidens ⁊ incredula: ꝙ primo fa-
cias que deus precipit:⁊ prius queras que

ſunt ad honorem dei:⁊ poſtea de⁹ tibi ꝓui-
debit de ceteris:ita vt nihil deficiat:ſicut fe-
cit ⁊ vidue. Ex predictis omnib⁹ patet:qua-
liter opera omniū illorum qui magis cupidi
ſunt ⁊ ardētes circa obiectum terrenorum
bonorū:q̄ circa obiectum ſpūaliū virtutū
atqꝫ diuine voluntatis:prorſus inutilia ſūt
ad ſalutem. Et patet ſecundum obiectū ꝓ-
pter quod multa opera quāuis de ſe bona:
quia tamen non ſiunt debito fine vel cōue
nienti intentione:apud deū reputantur ſine
merito ⁊ ſimiliter inutilia:quod obiectū dici
tur obiectum defectionis ¶ Tertium obie-
ctū reſpectus vel finis quo aliqui multa opa
bona faciunt ⁊ operantur:dicitur obiectum
confuſionis vel verecundie. Multi ſunt.n.
qui plura bona faciunt:non propter obie-
ctum ⁊ finē placendi deo aut diuine volun-
tati:ſed ſimpliciter propter obiectū ⁊ finem
euitandi humanam verecundiā ⁊ munda-
nū pudorem atqꝫ preſentis vite cōfuſionē.
Ecce ꝙ multi ſepius confitentur ⁊ cōmuni
cant. vadunt ad miſſas ⁊ ad predicatiōes.
Reſtituunt aut in toto aut in parte mala
ablata:elemoſynas largiuntur religioſis vl'
pauperibus:abſtinent ſe a multis peccatis
⁊ alia bona huiuſmodi faciūt. Que omnia
non propter deum faciunt:ſed ne a ceteris
chriſtianis digito ſignentur:aut ſumāt vere-
cundiā atqꝫ confundant̄. Pēto igitur an
opera talium qui omnia faciunt:non pro
obiecto dei beneplaciti:ſed ſimpliciter pro
obiecto euitādē ꝟecūdie ⁊ confuſionis:ſint
grata accepta meritoria ⁊ ſalutifera i ꝯſpe-
ctu dei. Certe clamās reſpōdeo ꝙ nō:quod
tripliciter probo. Primo auctoritate. Secū
do ratione. Tertio exēplo. ¶ Pīo probo
auctoritate. Nā Eccleſiaſt. quarto. Eſt con
fuſio adducēs peccatū:⁊ eſt confuſio addu-
cens gratiā. Vbi gloſa ait. Qui bonū ſinit
agere:propter pudorē ⁊ bonum operatur:
nō propter deū:ſed propter hominū verecū
diam:⁊ mala agere dimittit propter mundi
cōfuſionē:nec gratiā a deo meret̄ nec glori
am. hec glo. Nota tu ſapiens huius gloſe
ꝟba:⁊ ſigna miſteria. Tria enim hec gloſa
dicit. Primum ꝙ qui bonum dimittit face-
re propter verecundiam mūdi:talis nō me-
ret̄ gratiā dei nec gloriā. O quot ſunt de
iſtis qui bona non faciunt ne confuſionem
a mūdo recipiāt. Nā multi reſtituerent ali-

ena ſed propter verecundiam mūdi ne pau
peres inter alios videant̄ reſtituere nolunt.
Sed vhe talibus:q: melius eēt eis modi-
co tꝑe eſſe pauperes propter deū:q̄ infinito
tꝑe. Sicut patet de diuite epulone: qui vt
habetur Luce.xvi. Jā tot annis guttā aque
mendicabat ⁊ nunq̄ habere potuit. Multi
etiam viri ⁊ femine aſſumerent habitū peni
tentie ⁊ tertij ordinis:ſed propter verecundi
am mundi hoc bonū relinquūt. O munda-
ni traditores. O mundani ceci. O munda-
ni inimici animarum veſtrarū:cur verecun
damini facere bonum:quod ē laudabile: ⁊
non verecundamini facere malū vane ⁊ ſu-
perbe viuere ꝙ ē vituperabile. Sequit̄ ſecū
do glo. ⁊ dicit:ꝙ qui bonū oꝑatur non ꝑꝑ
deum:ſed propter humanā verecundiā:ta-
lis nec gratiā dei meret̄ nec gloriā. O quot
ſunt de iſtis qui multa bona ꝓpter verecū
diā mundi faciūt:que nō facerēt propter de
um. Ecce ꝙ vnus nō vult remittere:iniuriā
inimico propter deū:quam tamē remittit ꝓ-
pter amorē alicuius domini ſeu partialis
Similiter meo tempore accidit in quadam
ciuitate ꝙ vnus ciuis de principalioribus ci
uitatis infirmatus ad mortem: noluit vnq̄
confiteri nec cōmunicare propter deum: q̄-
uis rogaretur a q̄pluribus ſacerdotibus ⁊
religioſis:tandem rogatus a domino ciuita
tis qui eum perſonaliter viſitauit:vt propter
amorem ſuū confiteret̄ ⁊ euchariſtiam ſuſci
peret:libentiſſime inqt amore veſtri hec om
nia faciam quod ⁊ fecit. O miſerabilis con
ditio humane creature. O ineſtimabilis ſu
perbia intellectualis anime. O deteſtanda
malignitas perueroꝝ filiorum Adam. Ec
ce q̄ plures plura faciunt propter homines
q̄ propter deum: tam q̄ ſi homines morta-
les deo potentiores eſſent. Sed ve talib⁹:q:
tales vt dicit gloſa:nec gratiam dei vnq̄ me
rebuntur nec gloriā. Sequitur gloſa ⁊ tertio
dicit. ꝙ qui mala dimittunt non propter dei
amorem: ſed propter verecundiā hominum
mundi: tales nec gratiam dei merentur nec
gloriam. O quot ſunt viri ⁊ mulieres q ab-
ſtinent ſe a furtis ab homicidijs ab adulte-
rijs ab iniuſticijs ⁊ huiuſmodi: non propter
deum:quia quo ad ipſum iam hec omnia ſi
cut in corde ſic ⁊ in opere cōſumaſſent:ſꝫ ſo
lum propter timorē ⁊ verecundiam mundi.
Sed vhe etiam talibus: quia nunq̄ mere

buntur gratiam dei nec gloriā. ¶ Secūdo
etiā probo ratione cōſummationis: ꝙ q agit
multa bona opera nō propter deū: ſed pro-
pter obiectū mundane verecūdie eius ope
ra ſunt oīno inutilia ad ſalutē. Fundamen
tū rōnis ponit phūs primo Politicoꝝ di..
Voluntas tā ad bonū q̄ʒ ad malum prom
pta: etiam ſine opere cum facultas deſit cō-
ſummata ē. hec eadē ſententia ponitur. 5. q.
vij. c. In grauib⁹. ⁊. xxiij. q. i. c. odi. Et. xiij.
q. v. ca. ſi quid. Et de pe. di. i. c. quem penitet
ibi di. Volūtas apud deū pro ope reputaī.
Et. xv. q. vi. ca. ſi ſacerdotibus. di. Amplius
reſpicit de⁹ ad cognitiones ſpontaneas q̄ʒ
ad actus. Et Ambroſius dicit. ⁊ ponitur in
ſecundo ſen. di. xxxviij. c. ſolet queri. Affect⁹
⁊ intentio operi tuo nomē imponunt: patet
hec regula per dñm Matth. v. dicēte. Qui
viderit mulierem ad concupiſcendum eam
iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Quod
confirmans Auguſtinus libro de libero ar-
bitrio. ⁊ ponitur de pe. diſtin. i. ca. Si cui ait
Si cui non cōtingat facultas cōcubādi cum
aliena cōiuge ⁊ planū eſt eum aliquo modo
hoc cupere ſi poteſtas daret: non min⁹ reus
eſt: q̄ʒ ſi in ipſo facto cōphenderet. Et idē
Aug. hoc aliter exēplificat de habentib⁹ vo-
luntatē ſumendi euchariſtiā ⁊ non valenti.
vt pʒ de cō. diſt. 2. ca vt qd pa. ait. Ut qd pa
dentē ⁊ ventrē crede ⁊ māducaſti: credere. n.
in eū h eſt panē ⁊ vinū manducare q credit
corde in eū māducat eū. Quo preſuppoſito
vʒ ꝙ ſola voluntas apd deū ꝓ facto habet.
Peto an talis qui facit bona opera ꝓpter
verecundiā mundi: ceſſante verecundia feciſ
ſet illa propter deū: certum eſt ꝙ non. Qd ſi
ſic eſt: cū deus reſpiciat voluntatē pro opere
concludo ꝙ in conſpectu dei oīa opera que
talis facit ex verecūdia: ſic ſūt facta ac ſi nul
la opera feciſſet. Similiter qui peccatū non
facit: non propter deū: ſed ſolū propter vere
cundiam mundi: ſic eſt in conſpectu dei ac ſi
illud feciſſʒ ⁊ actualiter ꝯſummaſſet. ¶ Ter
tio probo exemplo: vʒ ꝙ qui bona agit ſolū
pro obiecto ⁊ fine humane verecūdie euitā
de ⁊ non propter deū: eius opa inutilia ſunt
ad ſalutem. Legitur de quadam filia virgi-
ne cuiuſdam nobiliſſimi principis romani.
que cum vellet ingredi monaſteriū prohibi-
ta eſt: tandem inſtigante inimico cum quo-
dam famulo domus carnaliter peccauit: ⁊
tempore debito peperit filium: ignorantib⁹
autem parentibus occidit eum: que ob vere
cundiam hominum: ne rea proderetur: in
dictum monaſterium eſt ingreſſa: cuʒ tamē
decreuiſſet nullaten⁹ ingredi. Quid plura:
Ieiunare cepit in pane ⁊ aqua vſq̄ʒ ad mor
tē: quotidie diſciplinabat corpus ſuū. Iugi
ter vigilabat ⁊ lachrymabatur: ⁊ tot opera
bona faciebat ꝙ a ſororib⁹ monaſterij ſan
cta iudicabatur: ⁊ ecce tandē ad punctum
mortis deducitur. Cui abbatiſſa per obediē
tiam precepit. ꝙ ſi poſſibile foret poſt mortē
ad eā reuerteretur: vt meritū ſuaꝝ bonarū
opationū cognoſcere poſſet: mortē illa ſum
mo mane: in ſequenti nocte preſentat a de-
monib⁹ abbatiſſe cathenis igneis vbiq̄ʒ con
ſtricta. Cui cū abbatiſſa pciperet: cur ſic iſe
liciter eēt dānata cum innumerabilia bona
opera feciſſet: lachrymoſa voce reſpondit.
Scias ꝙ omnia bona opera que in mona-
ſterio feci ſolum feci propter verecundiam
mundi non propter deū: ne publicarer mo-
naſterio ⁊ parētib⁹ meis quoddā ſecretū de-
lictum quod in domo parentū meoꝝ cōmiſi.
Ideo omnia opa mea perdita ſunt: ⁊ quia
illa non feci propter deū: ſic ſunt ac ſi nun-
quā ea feciſſem: ⁊ ꝓpter hoc merito in eter
num dānata ſum. Quibus dictis cum ma-
gno vlulatu diſparuit. Ex predictis omnib⁹
patet: qualiter omnia opa illoꝝ qui magis
ꝓpter verecundiā hominū: q̄ʒ propter deū
bene faciunt: oīa ſunt inutilia ad ſalutem: ⁊
ſic per conſequēs patet declaratio triū obie
ctoꝝ integritati vere fidei repugnantiū que
ſunt prorſus inutilia ad ſalutem. A quibus
nos preſeruare dignetur clementiſſim⁹ de⁹:
qui ſolus deus eē obiectū debet noſtrorum
operum. Cui ſit ſemper omnino honor ⁊ glo
ria. Per infinita ſecula ſeculoꝝ amen.

¶ Feria quarta poſt dominicam de paſſio
ne. Iterum de ſexta excellentia: videlicet de
integritate ipſius ſacratiſſime fidei.

**Opera q̄ Ego**
facio in nomine patris mei
hec teſtimonium perhibēt
de me. Scribuntur hec
vba Ioā. x. c. ⁊ in euange-
lio occurrentis ferie. Poſt ſacri euāgelij lra
lem ⁊ moralem expoſitionem egregij ciues:
ex quo heri declaraui de ſeptima circunſtan
tia integritatis fidei: que dicitur obiectiōis:
ſimiliter tria obiecta habeo in preſenti ſer-
mone declarare: quorum.
¶ Primū dicitur obiectum Afflictionis.
¶ Secundū dicitur obiectū Retributionis.
¶ Tertiū dicitur obiectum offenſionis.

¶ De tribus alijs obiectis fidei ſacratiſſi-
me repugnantibus.

p Rimum igitur obiectū ſed quartū
in ordine ſeu reſpect⁹ vel finis quo
aliqui multa bona opera in hac vi
ta faciunt ⁊ operantur: dr̄ obiectū afflictōis
Cōtingit ſepius ꝙ multi multa bona faciūt
reſpectu multiplicis pene aut reſpectu pene
inferni: aut reſpectu pene corporalis quaʒ
ex infirmitate patiūtur: aut reſpectu pene ec
cleſiaſtice euitande: que pcipit extra de peni.
⁊ re. capi. omnis vtriuſq̄ʒ ſexus: ꝙ q̇ ſaltem
ſemel in anno nō confitetur: nec cōmunica
tur: nō dimittatur ingredi eccleſiā: ⁊ ſepultu
ra aſini ſepeliatur. Et hoc experientia docet:
ꝙ in morte ⁊ ante morteʒ ꝓpter fugiendas
inferni penas: ⁊ ꝓpter ſanitatem corporis
recipiendā: ſimiliter ad euadendū eccleſiaſti-
cam penā multi ꝯfitentur: multi reſtituunt:
multi dimittūt cōcubinas: multi ſumunt eu
chariſtiam: multi deponūt vanitates ⁊c. hu-
iuſmodi peccata. Que tn̄ omnia nullatenus
faciunt pro obiecto dei: nec pro eius amore
⁊ charitate. Peto igitur an opera taliū qui
omnia bona opera predicta faciunt nō pro
obiecto dei amoris: ſed ſolū pro obiecto tri
plicis pene ⁊ afflictionis iam dicte euitande
gratia meritoria vt ſint ⁊ accepta in ꝯſpectu
dei. Certe clamās. Reſpondeo ꝙ non: quod
tripliciter probo. Primo auctoritate. Secū
do ratione. Tertio exemplo. ¶ Primo pro
bo auctoritate. Nā dicitur: extra de his que
vi metus vel cauſa fiunt. ca. ad audientiam.
Que vi metus vel cauſa fiunt carere debent
omni robore firmitatis. Item. 15. queſtio
ne ſexta. §. ex his dicitur. Cum galatis apo
ſtolus ſcriberet legalia non eſſe tenenda: ſi
ſpiritu inquit ducimini nō eſtis ſub lege. Ex
qua apparet cum qui ſub lege eſt: ideſt qui ti
more pene non amore iuſticie ſeruit: nō duci
ſpiritu ſancto: ⁊ ſi a ſpiritu ſancto non duci
tur deum minime placare poteſt. hec ibi.
Item ibidem. 15. queſtione ſexta. §. ex his di
citur Ioānes inquit in epiſtola ſua. Timor
non eſt in charitate: ſed perfecta charitas fo
ras mittit timorem: qui autē cogitur: penaʒ
timore illo ducitur: qui non eſt in charitate
qui manum comprimit non animum mutat
quo pene timentur non bonū diligitur. Hec
ibi deniq̄ʒ extra de re. iur. regula. Qui ex
timore. dicitur. Qui ex timore facit prece-
ptum aliter q̄ʒ debeat facit: ⁊ ideo non facit
hec ibi. ¶ Secundo probo ratione inordi-
nationis. qualiter opera ex timore ⁊ obie-
cto pene facta ſunt inutilia ad ſaluteʒ. Fun
damentum rationis ponit phūs tertio de ce
lo ⁊ mundo. ⁊. xi. Methaphiſice di. Bonum
ſimpliciter non eſt: quod non eſt ordinabile
in finem. patet hec regula. Nam medicina
nō dicitur bona: que nō perducit hominem
ad finem ſanitatis. Quo preſuppoſito: cer
tum eſt ꝙ opera bona facta ex obiecto pene
nō ſunt ordinabilia ad meritū eterne vite. Et
ratio eſt: quia vt dicitur ſecundo. Phiſicorū
Ea que ſunt ad finem ſemp cōueniunt cum
fine. Sicut medicina expellens infirmitateʒ
eſt cōueniens cum illo fine. Oppoſitū eſt de
bonis operib⁹ factis ſimpliciter ex obiecto
pene: quia ex quo nō fiunt principaliter per
meritum eterne vite: ſed ſimpliciter ex fine
fugiende pene: manifeſtū eſt ꝙ nullaʒ habēt
conuenientiam cum fine eterne vite. Quod
ſi ſic eſt: ergo talia opera ſunt inutilia ad me
ritum eterne vite. ¶ Tertio hoc ideʒ probo
exemplo. Nā legitur ad Hebreos. 12. ꝙ Eſau
non inuenit a deo locum penitentie nec re-
miſſionem peccatorum: ⁊ imperrationeʒ di
uine gratie: quanq̄ʒ cū lachrimis inſtanter a
deo poſtulaſſet eam. Cuius rationeʒ aſſignat
Bona. in quarto diſt. xiiij. parte ſecunda ar
ticulo primo. queſti. tertia. Id eo inquit nō
habuit a deo gratiam ⁊ remiſſionem ſuorū
peccatorum: quia non dolebat reſpectu diui
ne offenſe propter deum: ſed ſimpliciter ex
timore future pene: ⁊ ob liberationem cor-
poralis pene ſcilicet inflicte. Ex predictis
omnibus auctoritatibus patet qualiter om
nia opera illorum: qui principaliter bene
faciunt ex obiecto pene: tam preſentis q̄ʒ fu
ture inutilia ſunt ad ſalutem. Et ſic patet
quartum obiectum: propter quod mul-
ta bona opera fiunt quamuis inutilia. ⁊c.

¶Scdm obiectum ſed qntũ in ordine ſeu
reſpectus vel finis quo aliqui multa opera
bona in hac vita faciũt ⁊ opãt dr̃ obiectũ
retributiõis. Accidit ſepiſſime ꝙ plures plu
ra opera bona faciunt nõ ꝓp obiectũ diui/
ni amoris: ſꝫ ꝓpter obiectũ ꝓprie vtilitatis
ſeu retributõis tam pñtis q̃ꝫ future. Multi
enim benefaciũt ⁊ deũ laudant in ſua pro
ſperitate ꝓpter abundantiã ⁊ ꝯſeruationẽ
multoꝝ beneficioꝝ iam ſuſceptoꝝ ⁊ ſuſci/
piendoꝝ: quib⁹ ſi forte aliqua aduerſitas
accideret: ſtatim deũ maledicerent q̃ prius
ex beneficijs eũ benedicebãt ⁊ collandabãt
Multi etiã ſunt qui in corde firmiter tenẽt
⁊ etiam dicunt ore. Si nõ crederem habere
paradiſum: nec deũ vnq̃ꝫ diligerẽ: nec aliqd
boni operis pro ipſo facerem. His p̃miſſis
peto an bona opera talium qui principali/
ter nõ ex obiecto diuini amoris ⁊ bonitatis
bene faciunt: ſed ſimpliciter ex obiecto p̃ſen
tis vtilitatis ⁊ future retributionis ſint gra/
ta meritoria ⁊ accepta in cõſpectu dei: cer
te clamans rñdeo ꝙ nõ quod tripliciter ꝓ
bo. Primo auctoritate. Scdo ratione. Ter
tio diſtinctione. ¶Primo ꝓbo auctoritate
Ber. lib. de diligendo deo. dicit. Et ſi ſine pre
mio deo ſeruiri nõ poſſit: tñ ſine intuitu pre
mij deo ſeruiendũ eſt: ⁊ ſi ſine premio deus
amari nõ poſſit: tamẽ ſine intuitu mercedis
deus amandus eſt. Cauſa enim amãdi deũ
⁊ ſeruiendi deo: dei bonitas eſt. hec ille. Itẽꝫ
apoſtolus. i. cor. xiij. ait. Charitas non querit
que ſua ſunt: ſed que Ieſu Chriſti. vbi glo
ſa ait. Charitatis ꝓpriũ eſt aliquid diligerẽ:
⁊ ꝓpter ipm aliquid operare: nõ ꝓprie mer
cedis intuitu: ſed ſimpliciter bonitatis eius
reſpectu. Et glo. ſuper verba p̃s. Confitebit̃
tibi cũ benefeceris ei. ait. Quicũqꝫ confite
tur ꝓpter beneficiũ mercenarius ⁊ reproba
tus eſt tam a deo q̃ꝫ hoibus. Ideo Aug. in
ſermone de ſermone dñi in monte. ⁊ ponit̃
a magiſtro in. iij. ſen. di. xxviij. c. Sed querit̃.
Non debem⁹ inqt euangelizare vt mãduce
mus: ſed ideo manducare vt euãgelizemus
vt cib⁹ nõ ſit bonũ qd appetit̃: ſꝫ neceſſariũ
qd addat̃ vt illud impleat̃: querite p̃mũꝫ re
gnũ dei ⁊ iuſticiã eius. ¶Scdo hoc idẽ ꝓ
bo rõne liberalitatis ꝙ bona opa f̃cã ſimpli
citer ex obiecto retributionis pñtis vel futu
re nõ ſunt ſufficiẽtes ad ſalutẽ. Fundamẽ
tũ rõnis ponit dñs Bona. in. iij. di. xxvij. ar.
i. q. ij. di. Nullũ obſequiũ deo plꝫ niſi qd ex
liberalitate fit. Quo p̃ſuppoſito peto qs ſit
liberalis in obſequio. ⁊ rñdet phs. iiij. ethi/
coꝝ. di. Liberalis eſt q̃ dat aliqd boni grã.
i. ꝓpter bonũ: ⁊ recte. i. ſm̃ rectam rõnẽꝫ q̃
bus oportet ⁊ qñ oportet ⁊ hoc delectabili/
ter. ⁊ ſine triſtitia. Et. ij. ethico. ait. Liberalis
ad ſui vtilitatẽ nõ reſpicit ſed ſimplr̃ abun
dat in datione ita vt minora ſibi ipſi relin/
quat. Itẽ ex̃ de reꝝ pmu. Et ex̃ de donatio
nibus. c. i. dr̃. Hanc ſibi quoddãmodo legeꝫ
ponit liberalitatis nobilitas: vt debeat̃ ſe qd
ſpõte tribuit extimet: ⁊ niſi in beneficijs ſuis
excreuerit: nihil ſe p̃ſtitiſſe putꝫ. Si ergo vt
patet deus nõ acceptat aliquod obſequiũ
qñ fit ſine reſpectu ⁊ obiecto alicuius ꝓprie
vtilitatis ⁊ mercedis: igit̃ cõcludo ꝙ q̃ deo
obſequit̃ ſeu pro eo multa bona opera fa
cit principaliter ex intuitu ꝓprie vtilitatis:
talia opera nequaq̃ꝫ fiunt ex liberalitate. ⁊
per ꝯñs nõ ſunt deo accepta: ⁊ ꝑ ꝯñs ſunt
inutilia ad ſalutẽ. ¶Tertio hoc idem ꝓbo
diſtinctione. Nam Bonauen. in. iij. di. xxvij.
arti. ij. q. ij. querit an motus charitatis poſſit
eſſe mercenarius. Rñdet in cor. q. di. Mer
cenarius dicitur ille q̃ principaliter hꝫ obie/
ctũ ad mercedem. Nam ſi eaꝫ aſpiceret nõ
principaliter ſi ꝓpter hoc mercenarius eẽt.
Notandum igitur ꝙ duplex eſt merces: vi/
delꝫ creata ⁊ increata: tẽporalis ⁊ eterna.
Et ſm̃ hoc duplex eſt mercenarius. vꝫ bon⁹
⁊ malus: ⁊ duplex mercimonia: vna laudabi
lis: alia vituperabilis. Nam qui principali
ter faciendo bonum reſpicit ad mercedem
temporalẽ ⁊ creatam malus mercenarius ẽ
⁊ taleꝫ vituperat dominus Io. x. di. Mer
cenarius autem fugit quia mercenarius ẽ.
Ille q̃ aſpicit principaliter ad mercedẽ eter
nã de qua dr̃ Geñ. xv. Merces tua magna
nimis: bonus mercenarius eſt. Et hic merce
narius abundat tribus panibus: fidei: ſpei:
⁊ charitatis. Sic dicit Ambroſius ſuper il
lud Luc. xv. Quanti mercenarij ⁊c. De pri
ma mercimonia intelligendo non eſt du/
bium ꝙ motus charitatis nõ poteſt eẽ mer
cenarius: quia nec ille a charitate nec cũ
charitate: ſed charitati repugnat. De ſe/
cunda mercimonia dubium eſt pro eo ꝙ il/
la poteſt eſſe cum charitate: non tamen
omnino certum eſt vtrum ſit a charitate.
Nam quidam voluerunt dicere quod
non ẽ a charitate: ſed potius ab effectu na/
ture charitate cõicante. Amor enim chari/
tatis vt dicunt cum ſit amor gratuitus non
intuetur premiũ: imo facit hominẽ oĩno li/
beraliter ſeruire deo ſicut filiũ patri ſuo. Ali
is autẽ videtur ꝙ talis effectus mercenari
us poſſit eẽ a charitate. Deſideriũ. n. haben
di eternã mercedẽ ⁊ fruendi eterno bono: ẽ
deſideriũ gratie: nec ẽ amoris naturalis: nec
acquiſiti: ſed potius amoris gratuiti preci/
pue illud deſideriũ de quo dicebat Apl̃s
Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xp̃o. Ad effectum
enim charitatis non tñ ſpectat amare deũ
amore amicitie: imo ⁊ amore fruitionis frui
enim eſt amore inherere: ⁊ conſtat ꝙ frui deo
eſt per charitatẽ. Et ideo voluerunt aliqui
dicere ⁊ ſatis probabiliter: vt videtur ꝙ mo
tus charitatis ſm̃ aliquod gen⁹ mercimo/
nie poſſit eẽ mercenarius. ſ. ſm̃ ꝙ conſtituit
mercedẽ ſuã eẽ bonũ increatum: ad qd ten
dit ſicut ad finalẽ premiũ ⁊ deſiderat tanq̃ꝫ
omne bonũ. Ricar. autẽꝫ in quolibeto que/
rens. An deus debeat diligi propter aliquã
mercedem preſentem vel futuram. Rñ. di. ꝙ
poteſt diligi triplici fine: aut propter finem
bonitatis: aut propter finem vtilitatis: aut
propter finem vtriuſqꝫ. Primo poteſt dili/
gi deus propter finem bonitatis ſue ſine in/
tuitu alicuius mercedis: ⁊ hec dilectio non
tantũ eſt neceſſaria: ſed eſt maxime meriti:
hac tali dilectione tenetur quilibet diligere
deum: q̄r ſm̃ Apoſtolũ. Charitas non que/
rit que ſua ſunt: ſed que Ieſu xp̃i. Poteſt
inſuper diligi deus principaliter propter fi/
nem mercedis preſentis: ⁊ etiam propter vi
tam eternam habẽdã: ⁊ hec dilectio bona non
eſt. Et rõ ẽ: q̄r ſm̃ phm. viij. Ethicoꝝ. Ceſ/
ſante tali vtilitate ſtatim ceſſaret ⁊ ipſa di/
lectio. Nõ enim ſic facit vera dilectio q̃n ceſ
ſante etiam omnino vtilitate adhuc diligit.
Proinde phs ſcdo Rethorice dicit. Amare
eſt velle bonum alicui⁹ ipſius gratia. ¶Ter
tio poſtremo diligitur deus propter finẽ bo
nitatis primo ⁊ per ſe. ⁊ propter finẽ merce
dis ex conſequenti: ⁊ per accidens: ⁊ hec di
eſt perfectionis ⁊ ſupererogationis ad quaʒ non omnes tenētur. ħ Bonauentura. Tho. inſuper. 2.2.q.xxiiij.arti.iiij. Querit an mors ſit de rōne martyrij ⁊ reſpōdet di. ꝙ martyr dicitur quaſi teſtis fidei chriſtiane per quaʒ nobis omnia viſibilia pro inuiſibilibus contēnenda proponūtur: vt dicitur ad hebreos 2. Ad martyrium igitur pertinet vt homo teſtificetur fidem oſtendens ſe opere cūcta pſentia contēnere vt ad futura ⁊ ad inuiſibilia bona perueniat. q̃ʒdiu aūt homini remanet vita corporalis mundum ſe opere oſtendit temporalia cuncta deſpicere. Conſueuerunt enim homines conſanguineos ſuos ⁊ omnia bona poſſeſſa contēnere: ⁊ etiam dolores corporis pati vt vitam conſeruēt. vñ ⁊ Sathan contra Job dixit. Pellē ꝓ pelle ⁊.c̃.q̃.h.hō.d.p.a.ſua.i.ꝓ vita corporali. Et iō ad perfectam rationē martyrij expreſſe requiritur ꝙ aliquis morteʒ ſuſcipiat ꝓꝑ Chriſtum ſeu fidem Chriſti. ħ Tho. Ricar. etiam quolibeto querit an martyrium ſit de neceſſitate ſalutis: ⁊ reſpondet ꝙ ſic ꝓ loco ⁊ tempore eo ꝙ ſuſtinere martyriū eſt actꝰ trium virtutū que ſunt neceſſarie ad ſaluteʒ ſcʒ actus charitatis vt imperantis: actꝰ fortitudinis vt elicientis. Actus fidei vt teſtificātis. Primo ſuſtinere martyriū eſt actꝰ charitatis vt imperantis. Nam primum motiuum cogens ad tollerandum mortem eſt amor charitatis: ex quo martyrium efficitur meritoriū ſicut quilibet actus virtutis. ¶ Scdo ſuſtinere martyrium eſt actus fortitudinis vt eliciētis. ſicut enim fortitudo ciuilis firmat animū hominis in iuſtitia humana ꝓpter cuius conſeruationem mortis pericula ſuſtinet: ita etiā fortitudo gratuita a fortiori firmat animū hominis i bono iuſtitie dei q̃ eſt ꝑ fidem Jeſu Chriſti. ¶ Tertio ſuſtinere martyriuʒ eſt actus fidei vt teſtificantis. Nam ad veritatem fidei non ſolum pertinet ipſa credulitas cordis: ſed etiā exterior proteſtatio. que quidem non ſoluʒ ſit per verba: ſed etiam per facta quibꝰ aliquis ſe habere fidem oſtendit. vnde Jac. 2. dicitur. Ego oſtendo tibi ex operibus fidem meam. Cuius cōtrariū dicitur de quibuſdā ad Tituʒ. primo confitentur. ſ. ore ſe noſce deum tanq̃ʒ ſimulatores. factis aūt negant de quibus figuratiue. Gene. xxvij. dicitur. Vox quidem: vox Jacob eſt: manus auteʒ manus ſunt Eſau: que. ſ. erāt piloſe ⁊ ſignificabāt duplicitatē ⁊ ſimulationē: q̃ Jacob vſus eſt faciendo manus ſuas que erant lenes de pelle edi piloſas. Patet igitr ex predictis diſtinctionibꝰ: qualiter habens verā fidem tenetur tantam habere fortitudineʒ: vt etiā mortem pro ea ſuſcipiat. ¶ Quarto hoc idem ꝓbo exemplis: vʒ ꝙ chriſtiani ꝓꝑ Chriſti amorē ⁊ fidei tenentur morteʒ ſuſcipere. Nā Valeriꝰ maximꝰ li. vi. ⁊ c. vi. vbi agit de fide ⁊ amore ſeruorum erga dominos ſuos narrat in laudem ⁊ gloriaʒ cuiuſdam ſerui pro domino ſuo omnibus tormētis expoſiti di. Reſtat vt ſeruorum erga dominos quo minus expectatam hoc laudabiliorem fidē referamꝰ. Marcus Antonius anorum noſtrorū clariſſimus orator inceſti reus agebatur. Cuiꝰ in iudicio accuſatores ſeruū ſuū in queſtionē perſeuerātiſſime poſtulabant quod ab eo cum ad ſtuprum iret ipſe laternā prelatā contenderet. Erat aūt his etiam inberbis videbatqʒ rem ad ſuos cruciatus pertinere: nec tamē eos fugitauit. Jlle vero vt domum ventum eſt Antoniuʒ hoc nomine vehementius confuſum ⁊ ſolicitum vltro eſt hortatus vt ſe iudicibus torquendum traderet affirmans nulluʒ ex ore ſuo verbum exitur: quo cauſa eius ⁊ fama lederet ac ꝓmiſſi fidem mira patientia preſtitit fidem plurimis etiam laceratus verberibus eculeoqʒ impoſitus cādentibus etiaʒ laminis vſtus omnem vim accuſatoris cuſtodita dñi ſui ſalute ſubuertit. Argui pōt merito fortuna ꝙ tam pium ⁊ tam fortē ſpiritum ſeruili nomine incluſit. ħ vale. O conſtantia ſerui preclara. O fortitudo amoris predicanda. O exemplū potius imitanduʒ q̃ʒ laudandū. O laudabilis memoria huiꝰ ſerui: qui etiam pro amore domini ſui tā cōſtanter corporis flagellationē candentes laminas eculeumqʒ ſuſtinuit: vt potius omni laude ⁊ admiratiōe atqʒ imitatione dignꝰ ſit q̃ʒ alia narratione. O chriſtiani quorum dominus Chriſtus eſt qui necduʒ inceſtus: aut cuiuſqʒ ſtupri peccatū incidit: qn potiꝰ omni virtute omni prudentia omni humilitate omni charitate omniqʒ bono exemplo plenus extitit. Cur ſi ꝑdictus ſeruus pro inceſtuoſo domino omni martyrio oīqʒ corporali pena ſe tam libenter expoſuit non debetis ⁊ vos pro dño veſtro Jeſu Chriſto omni virtute clariſſimo omni bonitate caritate ⁊ puritate pleno: conſtanter eculeum candentes laminas corporis lacerationem. Et ꝙ plus eſt ipſam mortem ſuſcipere. Sed o confuſio: o vituperium: o dedecus ⁊ verecundia populi chriſtiani. ecce ꝙ vnus paganus vnus ſeruus infidelis confuſionem et verecundiaʒ facit fere omnibus chriſtianis: cum quaſi nullus ſit chriſtianus: qui etiam minimum verbū minimamqʒ iniuriaʒ pro Chriſto domino ſuo tollerare velit. Conſimile exemplum ſed maiori laude maioriqʒ nunciatione dignum narrat Valerius eodem lib. vj. ⁊ c. vj. de quodaʒ alio ſeruo. Qui vt domini ſui incolumen reſeruaret vitam mortem pro ipſo: tam libenter: q̃ʒ conſtanter accepit. Unde Valerius ibidem verbaliter ait. Quid vrbani panepionis ſeruus: q̃ʒ admirabilis fidei. Cum enim ad dominum proſcriptum occidendum domeſticorum iudicio certiores factos milites in reatinam villam veniſſe cognoſceret: cōmutata cuʒ eo veſte: ꝑmutato et anulo illuʒ poſtico clam emiſit ſe autem in cubiculum ac lectū recepit ⁊ ſe vt panapionē crudeli morte occidi paſſus ē breuis huius facti narratio: ſed nō parua materia laudationis. nam ſi quis ante oculos ponere vellet ſubitum militum accurſum conuulſa ianue clauſtra minacem vocem ⁊ truceo vultus fulgentia arma rem vera exiſtimatione proſequetur: nec q̃ʒ cito dicitur aliuʒ ꝓ alio mori voluiſſe tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopio autem quantum ſeruo deberet amplum ei faciendo monumentum ac teſtimoinm laudis ⁊ pietatis grato titulo reddendo confeſſus eſt. ħ Valerius. O igitur felix huius ſerui fortitudo. O laudabilis conſtantia: O amor ⁊ dilectio incomparabilis. Jmmo infelix chriſtianorum conditio: q̃s vnq̃ʒ preſentium chriſtianorum pro amore dñi ſui ſubitum innumerabilium militum accurſum conuulſa ianue clauſtra: minaces voces truces vultus fulgentia arma: ⁊ tam cordis: q̃ʒ pectoris tranſfixionē ſufferre vellet. heu quaſi nullus. Si tamen petis quare ſeruus iſte: taʒ ardua ſuſtinuit. Reſpondeo ꝙ non pro amore dei: non pro eterne ſalutis premio: non pro euadendis inferni penis: quas pro merito ſue mortis acquiſiuit: ſed ſolum arduam mortem ſuſtinuit: pro acquirendo honore fama gloria laude ⁊ memoria hominum huius mundi. Que omnia incomparabiliter quiſqʒ chriſtianus: pro amore domini noſtri Jeſu Chriſti a fortiori ſuſtinere tenetur ⁊ etiam maiora ſi foret oportunum. Jnſuper etiam pro acquirendo eterne vite premio ⁊ pro euadendi inferni penis: atqʒ pro acquirenda laude: ⁊ gloria eterna omnium fidelium preſentis vite: necnon ⁊ omnium ciuium celeſtis curie. Aliud exemplum ponit Auguſtinus libro de vera religione. de Socrate qui prius mortem ab Athenienſibus voluit ſuſtinere anteq̃ʒ fidem quam ad deum habebat vellet offendere occiſus eſt enim: quia noluit idola adorare. nam dicebat ſe potius velle adorare canem: qui eſt opus nature: q̃ʒ idola: que ſunt opera hominum. Sed omiſſis alijs paganorum exemplis: accipe ſimul omnium fidelium exempla: qui quelibet aſpera pro Chriſti fide pertulerunt. Que exempla ponit Apoſtolus ad Hebreos. xj. dicen. Sancti per fidem vicerunt regna ideſt reges vt patet de Abraam. Geñ. xiiij. ⁊ Exod. xiiij. de ſubmerſione Pharaonis tanta per Moyſen. Joſue inſuper multos reges amoreorum cananeorum iebuſeorum ethcorum ferezeorum ⁊ gentes eorum deuicit: in tantuʒ ꝙ per fidem precipiens ſoli vt immobilis perſiſteret immobilem reddidit: vt Joſue habet. x. ⁊ per totum vetus teſtamentum alia ſimilia continentur. Quis autem annumeraret ſufficeret victorias fidelium noui teſtamenti aduerſus reges ⁊ dominos infideles. Non ego quidem ideo pertranſeo. Secūdo ſubdit Paulus operati ſunt. i. opera iuſtitie miraculoſa: vt fuit ꝙ Abraam per fidem obediens deo voluit filium immolare. Geñ. 22. vnde Jac. 2. dicitur. Credidit Abraam deo: ⁊ reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Jterum virgo Maria per fidem miraculoſe deum concepit. Vel operati ſunt iuſtitiam. ſ. operum moralium: vnde ꝓpheta Jurauí ⁊ ſta. c. iu. iu. tue. ¶ Tertio ſequitur adepti ſunt repromiſſionem. i. per ſolam fidē ea que promittebātur a deo in preſenti: ⁊ in futuro obtinuerunt: ſicut de miniſterijs incarnationis Chriſti ⁊ huiuſmodi. vnde Auguſtinus in encheridi. Nullus inquit antiquorum quantumcunqʒ iuſtorum preter Chriſti fideʒ potuit vnq̃ʒ gratiam ⁊ ſalutem inuenire.

¶ Quarto ſequitur obturauerunt ora leonū ſcilicet per fidem: hoc perfecte patuit in Daniele poſito i lacu leonū Dañ. vj. Sāſon quoqʒ

leonem occidit. Iudič.xiiij. David etiam primi Reg.xvij.ſe alium occidiſſe in nomine domini teſtatur. ¶ Quinto ſequitur extinxerunt impetum ignis. Unde.3.habetur de tribus pueris ꝙ virtute fidei extinctus ignis omnis fuit. ¶ Sexto ſequitur effugauerunt acies gladij.i.exercitum gladio accinctum: vt Joſue x.⁊.xj.c. Et David.2.Reg.v. ⁊ primi Regum xiiij. Jonatas cum ſuo armigero effugauit cuneum armatorum.i.mille viros philiſtinorū. Unde dicitur ibi factum eſt miraculum ⁊c̄.

¶ Septimo ſequitur conualuerunt de infirmitate: vt patet de Ezechia.iiij. Regum 20.⁊ Iſa.xxxviij. Et de Thobia Thob.2.⁊ de Job c.vltimo. ¶ Octauo fortes facti ſunt in bello vt habetur primi Macha.iiij.de Juda Machabeo qui cum decem milibus vicit exercitum.lx.milium virorum.⁊ quinqꝫ milium peditum. Unde dicitur de ipſo primi Machab. 3.ꝙ ſimilis leoni factus eſt in operibus ſuis. ¶ Nono ſequitur caſtra verterunt exterorum ideſt ante fugam: in fugam verterunt exercitus inimicorum: vt habetur Judic.i. de Gedeone.⁊.2.Machabe.12. de machabeis.

¶ Decimo ſequitur. Et acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: vt habetur de Helia.3.Regum.xvij.⁊ de Heliſeo.iiij.Reg. iiij.hec autem omnia que in virtute fidei de factis veteris teſtamenti dicta ſunt non minus glorioſe per ſanctos noui teſtamenti facta ſunt vt patet legenti hyſtorias eorum. Poſitis autem decem mirabilibus factis per ſanctos in virtute fidei ſubſequitur Paulus ⁊ narrat decem genera martyriorum que ſancti perpeſſi ſunt ne Chriſti fidem offenderent. ¶ Et primo ſequitur alij diſtenti ſunt: ſcilicet in eculeo: vt ſeptem fratres: de quibus habetur .2. Machabe.vij. In nouo autem teſtamento pene omnes martyres hoc genus martyrij paſſi ſunt. ¶ Secundo ſequitur non ſuſcipientes redemptionem ideſt euaſionem preſentem: quam potuiſſent habere ſi voluiſſent. Unde beato Uincentio in eculeo leuato dixit Dacianus. Uincenti vbi iſtud miſerabile tuum corpus conſpicis. Cui reſpondens dixit. In ſublimibus ago: ⁊ iſtos principes tuos in huius ſeculi poteſtate fidentes altior deſpitio. Et hoc faciebat vt meliorem: ſcilicet illa euaſione inueniret reſurrectionem. ¶ Tertio ſequitur Alij vero ludibria paſſi iuxta illud Apoſtoli: prime Corin.iiij.tanq̄ purgamenta huius mūdi facti ſumus. Et beata Agnes ad lupanar ducta fuit pro ſui ⁊ ſuorum ludibrio. ¶ Quarto ſequitur.⁊ verba experti. vt Apoſtolus.2. Corin.xij. Ter virgis ceſus ſum a iudeis quinquies vna minus accepi. Et beatus Chriſtophorus virgis ferreis eſt verberatus.

¶ Quinto ſequitur inſuper ⁊ vincula ſcilicet. ſunt experti: vt beatus Ualerius epiſcopus ⁊ Uincentius eius diaconus: qui vinculis ligati: ⁊ ferro onuſti: de hyſpania valentiam ducti ſunt. ¶ Sexto ſequitur ⁊ carceres: vt beatus Petrus ab Herode incarceratus Act.12. Inſuper ⁊ beata Agatha letanter ibat ad carcerem. ¶ Septimo lapidati ſunt: vt Jeremias a Judeis. Zacharias barachie ex precepto regis Joas. Et beatus Stephanus Act.ſeptimo Et Paulus dicit ſecundo Corin.12. Semel lapidatus ſum. ¶ Octauo ſequitur Secti ſunt: vt Iſa. quem Manaſſes nepos eius fecit ſecari lignea ſerra: multi etiam Chriſti martyres ſecti ſunt: ⁊ toto corpore laniati ſicut beatus Jacobus interciſus. ¶ Nono temptati ſunt: ſcilicet promiſſionibus magnis muneribus ⁊ blanditijs ſicut beata Katerina a Maxētio imperatore. ¶ Decimo ſequitur in occiſione gladij mortui ſunt: vt Joſias rex virtuoſus quarti Regum.23. Paulus decollatus: Agnes iugulata: alij quoqꝫ multi propter fidem diuerſimode gladio interempti ſunt. Et numeratis decem operibus miraculoſis fidei: ⁊ martyrorum generibus ſubſequitur Paulus: ⁊ enumerat decem opera laborioſa: a ſanctis propter Chriſti fidem ſuſcepta. ¶ Et primo ſequitur dicen. Circuierunt: ſcilicet multa mūdi loca cum maximis periculis. Unde Paulꝰ ſecundo Corin.11.ait. In itineribus ſepe periculis fluminum: periculis latronum ⁊c̄.

¶ Secundo queritur in melotis.ſ.induti melota circuibant: que eſt veſtis de pilis camelorum: vt Helias.iiij.Reg.i. Et Joan. baptiſta. Matth.3.vel melota eſt pellis taxi animalis: que eſt valde hiſpida. ¶ Tertio circuierūt in pellibus caprinis.i.veſte huiuſmodi induti: vt Helias accinctus renibus zona pellicea.iiij. Regum.i. Multi quoqꝫ de ſanctis patribus ſic veſtiebantur: ⁊ in deſertis morabantur ⁊ alios ſanctos patres querendo circuibant.

¶ Quarto circuibant egentes.ſ. neceſſaria ad victū vt diſcipli xp̄i: de qbꝰ dicitur Mat.12. ꝙ tranſeunte Jeſu per ſata diſcipuli eſurientes ceperunt vellere ſpicas ⁊ manducar̄. ¶ Quinto circuierūt anguſtiati.ſ.cura animi ⁊ ſolicitudine: vt Paulus dicit.2.corin.11. Preter illa que extrinſecus ſunt inſtantia mea quottidiana ⁊ ſolicitudo omniuꝫ eccleſiarum. ¶ Sexto circuierunt afflicti.ſ.maximo corporis labore ⁊ penitētia Joan.iiij. Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſup̄ fontem. Quibꝰ dignus non erat mundus quorum.ſ.conuerſatione non erant digni amatores mundi. ¶ Septimo circuierunt in ſolitudinibus errantes: vt Helias fugiens: Jezabel.3.Reguꝫ.xix. ¶ Octauo circuierūt errantes in montibus vt dicendum fugiens Saul primi Regum.23: ¶ Nono in ſpeluncis.ſ.a natura facti latitabant: vt filij prophetarum propter Jezabel: vt habetur.3.Reg. xviij. Alij quoqꝫ d̄ ſanctis patribꝰ habitaſſe leguntur in ſpeluncis ſocij ſcorpionuꝫ atqꝫ ferarum: ſicut Hierony. ¶ Decimo habitauerūt in cauernis terre.ſ.caſu aliquo factis vel aquarum inundatione vel humana arte fabricatis: vt Rome vbi tempore perſecutōis multi latitabant. Et hi teſtimonio fidei probati ſunt.i.fides de his omnibus ⁊ eorum ſimilibꝰ teſtimonium perhibuit: propter quā ipſi tanta pertulerunt. Deniqꝫ accipe exemplum Pauli qui non tantum vincula ⁊ carceres pro Chriſti fide paratus erat tollerare: ſed etiam ipſam mortem. Nam ſicut habetur Act.xxi. Cum propheta Agabus dixiſſet paulo oportet alligari paulum in irl'm ipſe Reſpondit viua voce. Ego non ſolum alligari: ſꝫ ⁊ mori pro nomine domini Jeſu paratus ſum. Proinde Paulus idem iudeis p̄dicans ſepius dicebat illa v̄ba Ro. viij. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti tribulatio: an anguſtia: an perſecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius an mors: ſicut ſcriptum eſt. Quoniam propter te mortificamur tota die. Sed in his omnibus predicta ſuperamus proter eum qui dilexit nos. Certꝰ ſum enim quia neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ angeli neqꝫ poteſtates neqꝫ principatus poterunt nos ſeparare a charitate que eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro. hec ibi. O exemplum mirabile. O exemplum omni memoria dignuꝫ. O exemplum ab omnibus chriſtianis neceſſario imitandum. Ex predictis igitur exemplis patet qualiter habens veram fidem tenetur tāte eſſe fortitudinis vt etiam mortem pro ipſa ſuſcipiat. ¶ Quinto hoc idem probo ſimilitudinibꝰ. Prima ſimilitudo ponitur Joan. xij. vbi dicitur. Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipſum ſolum manet. ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qua ſimilitudine datur intelligi ꝙ Chriſtianus in caſu neceſſitatis nolens pro Chriſti fide mortem ſuſcipere non poteſt fructum diuine gratie atqꝫ ſalutis p̄cipere. Econtra vero ſi mortem conſtanter ſuſcipit ⁊ gratiam acquirit ⁊ vitam eternaꝫ poſſidebit. Aliam ſimilitudinem ponit dominus Matth.xvi.di. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. vbi gloſa ait. Petram vocat xp̄us firmitatem: eo ꝙ ſicut petra ſtat in duritia ſua: ſic fides permanet in firmitate ſua. Sicut igitur domus fundata ſupra firmam petram non timet aliquam ruinam ſic nec fundatus in vera fide Chriſti timet aliquam aduerſitatem. Nec mirum cum innixus ſit perſone veritati immobili. Et ideo ſimilitudinarie dominus Matth.vij.c.dicit. Omnis qui audit verba mea ⁊ facit ea aſſimilabitur viro ſapienti qui edificat domuꝫ ſuam ſupra petraꝫ: ⁊ deſcendit pluuia ⁊ venerūt flumina ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerūt in domum illā ⁊ non cecidit. Fundata enīꝫ erat ſupra firmam petram: pluuia que ſurſuꝫ venit ē impugnatio aeree ſeu diabolice poteſtatis: flumina que de montibus deſcendunt ſunt perſecutiones ſuperboruꝫ infidelium. venti dicūtur omnia tentationū genera que ſimul omnia habens veram fidem tollerat vſqꝫ ad mortem. Ex prefatis auctoritatibus: rationibus: diſtinctionibꝰ: exēplis: atqꝫ ſimilitudinibus patet: qualiter habēs veram fideꝫ tenetur tante eſſe fortitudinis vt anteq̄ ipſam fidem offendat ſeu ipſam fidem denegat: mortem ſuſcipere ſit paratꝰ. Et per conſequens ex ſupradictis oībus pꝫ declaratio ſexte excellētie ſacratiſſime fidei: que dicta fuit excellentia integritatis. In q̄ octo circūſtātie ad integritatē vere fidei neceſſarie ſunt. Quas fidei circūſtātias piiſſimus dominus ⁊ redēptor noſter Jeſus xp̄s nobis omnibꝰ cōcedere dignetur. Cui cum

patre ⁊ ſpiritu ſácto glioſus viuit ⁊ regnat
deus per infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſecunda poſt dominicam oliuaruꝫ
de ſeptima excellētia fidei ſacratiſſime: que
dicitur excellentia realitatis:

# Aria accepit

m libram vnguenti piſtici ꝑcio
ſi ⁊ vnxit pedes Jeſu ⁊ exter
ſit capillis ſuis pedes eiꝰ ⁊
domꝰ impleta ē ex odore vn
guenti. Scribunṫ hec ꝟba Joan. xii. capi. ⁊
in euangelio occurrētis ferie. Quoniam ho
norabiles ciues per illud vnguentū quo do
mus odore maximo impleta fuit miſtice ſa-
cratiſſimū corpus chriſti a fidelibus ſumen
dum deſignatur. Quod vtiqꝫ ipſum digne
ſumentibus replet domū anime ſeu conſci
entie odore ineffabili diuinarū gratiaꝝ ſeu
ſpiritualiū conſolationū: hinc eſt ꝙ poſt de
clarationem ſexte excellentie ſacratiſſime fi
dei: que dicta fuit excellentia integritatꝫ ha
beo in ſequentibus diebus ſeptimā excellē
tiā ipſius ſacratiſſime fidei ſimpliciter decla
rare: que dr̄ excellentia realitatis. in qua vi-
debimus qualiter in ſacramento altaris ſu
ſcipiēdo realiter continetᷓ verū corpus ⁊ ve
rus ſanguis ipſius chriſti benedicti: cuiꝰ ex
cellētie ſeu ſacramēti declaratio talis erit.

¶ De ſeptima excellentia ſacratiſſime fidei
vꝫ de realitate dominici ſacramenti.

ſ Eeptima excellentia ſacratiſſime fi-
dei in ordine declarāda dicitur ex-
cellentia realitatis. In hac enim ex-
cellentia fidei benedicte ſingulariter habeo
oſtendere quomodo realiter ſub accidenti-
bus hoſtie debito modo conſecrate: verum
Chriſti corpus ⁊ ſanguis exiſtit. Et ratio po
tiſſima ad hoc declarandū me inducēs eſt:
quoniā hoc eſt vna de precipuis veritatibꝰ
noſtre fidei inter ceteras ſumme neceſſaria
tam ad credendum ꝙ̄ ad ſaluandū. Et iſu
per quia appropinquat tempus quo veri fi
deles ipſum dominicū ſacramentū ſunt ſu
cepturi: pro qua ſacri realitate plenius de-
clarāda tres concluſiones ꝑpono. Quarū
¶ Prima dicitur concluſio Veritatis.
¶ Secunda dicitᷓ concluſio Neceſſitatis:
¶ Tertia dicitᷓ concluſio Specialitatis.
¶ De tertia cōcluſione dominici ſacramen
ti ⁊ primo de prima: que dicitᷓ veritatis.

p Rima igitur concluſio de realitate
ſacramenti declarāda dicitur cōclu
ſio veritatis. Quis enim omnis hu-
mana ratio omniſqꝫ humanus ⁊ naturalis
intellectus deficiat a cognitione ineffabilis
atqꝫ ſupnaturalis dominici ſacramenti. ta-
men ſimpliciſſima fides que vtiqꝫ eſt qdam
habitꝰ ſupnaturalis ⁊ infuſus hoc facit in-
telligere quod humana ratio ⁊ materialis
ſenſus percipere non poteſt. Quod confir-
mans Ambro. xxiiij. q̄ſti. ꝑma. ca. Non tur-
batur. ſic dicit. Quid eniꝫ tam altum quam
altitudineꝫ diuitiaꝝ ſuarum id eſt diuinita
tis videre: id eſt ſcire dei filiuꝫ ⁊ profeſſionē
diuine generationis ⁊ hoſtie tranſſubſtātia
tionis aſſumere: que licet mens nequeat hu
mana plene rationis inueſtigatiōe compre
hendere: fidei tamen plenitudo cōplectitur.
hec ille. Et eccleſia cantat. Verbuꝫ caro pa
nem verū verbū carnē efficit: fitqꝫ ſanguis
chriſti merum: ⁊ ſi ſenſus deficit: ad firman
dū cor ſincerū ſola fides ſufficit. Licet igitᷓ
vt pretactū ē ſimplex fides ꝟitatē attingat
dominici ſacramēti: ⁊ per conſequens catho
lica fides nō indigeat rōnibus noſtris: ſeu
probationibus cū in huiuſmodi rōnibꝰ nō
fundetur: ſed potius ipſa per ſe humanum
intellectum ſtabiliat eleuet ⁊ illuſtret nihilo-
minus ad cecitatē: immo vt ſic dixerim ad
beſtialitatē hoīum infidelium: ſeu heretico-
rum conuincendā ⁊ confundēdā: ⁊ inſuper
ad hominū deuotoꝝ fidem ⁊ conſolationeꝫ
roborandā decreui quaſi modo ſenſibili ſeu
probabili ⁊ demōſtratiuo oſtendere: quali-
ter corpus chriſti ⁊ ſanguis ſub accidenti-
bus panis ⁊ vini conſecratis veraciter con
tinetur. Pro qua veritate dilucidanda no
ta tria. videlicet. Primo ſuam realitatem.
Secundo ſuam vnitatem. Tertio ſuam do-
ctrinabilitatem. ¶ Primo de veritate domi
nici ſacramenti nota ſuam realitatem. Vl-
tra enim hoc ꝙ fides ſufficit ad credenduꝫ
eſſe ſub accidētibꝰ cōſecratis verū chriſti
corpus hoc idem realiter quadruplr̄ ꝓbo.
Primo auctoritatibꝰ. Scđo rōnibꝰ. Tertio
diſtinctionibus. Quarto exemplis. ¶ Pri-
mo probo auctoritatibus ꝙ ſub accidenti-
bus hoſtie cōſecrate quā fideles ſuſcipiūt
realr̄ cōtinetᷓ verū corpus veruſqꝫ xp̄i ſan
guis. Nā extra de ſum. tri. ⁊ fi. ca. c. Firmitᷓ
credimꝰ. §. vna ꝟo. Inno. tertius ait. Vna
ꝟo ē fideliū vniuerſalis eccleſia: extra quaꝫ
nullus omnino ſaluatᷓ. In qua idē ſacerdoſ
ipſe eſt ſacrificium Jeſus xp̄s: cuius corpꝰ
⁊ ſanguis in ſacramēto altaris ſub ſpecie-
bus panis ⁊ vini veraciter continetur tranſ
ſubſtantiatis pane in corpus: ⁊ vino in ſan
guinē poteſtate diuina: vt ad perficiendum
miſterium vnitatis accipiamꝰ ipſi de ſuo
quod accepit ipſe de noſtro. Idem quoqꝫ
Innocen. tertius extra de cel. miſ. c. Cum
Marthe ait. Quidam miſteriū fidei ad mi-
ſterium erroris trahere putauerunt dicētes
in ſacramento altaris non eſſe corpus xp̄i: ⁊
ſanguinis veritatē: ſed imaginationē tātū: ⁊
ſpeciem ⁊ figuraꝫ: pro eo quod ſcriptura cō
memorat interdum id quod in altari ſuſci-
pitur eſſe ſacramentū ⁊ miſteriū: ⁊ exēpluꝫ.
ſed tales ideo laqueum erroris incurrunt:
quia nec auctoritates ſcripture conuenien-
ter intelligunt: neqꝫ ſacramenta dei accipi-
unt reuerenter. Si enim quia figura eſt ſa-
cramentum altaris veritas ibi eſſe negatur.
ergo nec mors nec reſurrectio chriſti cum fi-
gura ſint ꝟitas eſt credenda. Si quidē mor
tem ⁊ reſurrectionem chriſti ſimilitudinē ⁊
imaginem eſſe apoſtolus manifeſtat: chriſtꝰ
inquiens mortuus eſt pro delictis noſtris: ⁊
reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
Apoſtolorum etiam princeps Petrus ſic in
epiſtola ſua ſcripſit. Chriſtus paſſus eſt pro
nobis vobis relinquens exemplum vt ſequa
mini ve. eius. Sicut ergo tam mors chriſti
ꝙ̄ eius reſurrectio eſt exemplum: vt ⁊ nos
peccato mortui: iuſticie viuamus: quarum ſi
non fuit veritas: quia fuit exemplum: ergo
nec vere mortuus fuit Jeſus: nec vere reſur
rexit. Sed abſit a fidelium cordibus error
iſte: cum propheta de ipſo teſtetur: quia vere
languores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores no-
ſtros ipſe portauit. dicitur tā ſacramētū mi
ſterium fidei: quoniā aliud ibi creditur: ꝙ̄
cernatur: ⁊ aliud cernitᷓ ꝙ̄ credatᷓ. Cernitᷓ. n.
ſpecies panis ⁊ vini: ⁊ creditᷓ ꝟitas carnis ⁊
ſanguinis chriſti: ac virtus vnitatis ac trini
tatis. Diſtinguendū tamen eſt ſubtiliter in-
ter tria que ſunt in hoc ſacramento diſcreta
videlꝫ formam viſibilem: veritatem corporis
⁊ virtutem ſpiritualem. Forma autē eſt pa
nis ⁊ vini veritas eſt carnis ⁊ ſanguinis xp̄i.
virtus eſt vnitatis ⁊ charitatis. Primum ē
ſacramentum ⁊ non res. Secundum eſt ſa-
cramentum ⁊ res. Tertium eſt res ⁊ non ſa
cramentum. hec ibi verbaliter. Item Euſebi
us de conſecratione diſtin. ii. ca. quia corpus
ait. Quia corpus aſſumptum ablaturū erat
ab oculis hominū ⁊ illaturum ſideribus: ne
ceſſarium erat in die cene ſacramentum no
bis corporis ⁊ ſanguinis conſecraret: vt col-
leretur iugiter per miſterium quod ſemel of
ferebatur in preciū. ⁊ infra ſubiūgit. Ve vni
ca ⁊ perfecta hoſtia fide extimanda eſt non
ſpecie: neqꝫ exteriori cenſenda viſu: ſed inte
riori affectu. Vnde celeſtis confirmat aucto
ritas. Quia caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſan-
guis meus ꝟe eſt potus. Recedat ergo om
ne infidelitatis ambiguū: quoniam qui au-
ctor eſt muneris ipſe etiam eſt teſtis verita-
tis. Nā inuiſibilis ſacerdos viſibiles creatu
ras in ſubſtātiā corporis ſui ⁊ ſanguis ver
bo ſuo ſecrata poteſtate ꝯuertit ita dicens.
Accipite ⁊ comedite hoc eſt corpus meum.
hec ille. Auguſtinus etiaꝫ de cōſecra. diſtin.
ſecunda. ca. Nos autem. ait. Nos autem in
ſpecie panis ⁊ vini quā videmus res inuiſi
biles. ideſt carnem ⁊ ſanguinem ꝟaciter ho
noramus: nec ſimiliter comprehendimꝰ has
duas ſpecies quemadmodum ante cōſecra
tionem comprehendebamus. Cum fideliter
fateamur ante conſecrationem panem etiā
⁊ vinum ꝙ natura formauit poſt cōſecratio
nem vere eſſe carnem chriſti ⁊ ſanguineꝫ qđ
benedictio conſecrauit. hec ille. Ideꝫ etiam
Auguſtinus de conſecratione diſtinctione
ſecunda cap. Acceſſerunt. ait. De carne ma-
rie carneꝫ chriſtus accepit: ⁊ ipſam verā car
nem ad manducandum fidelibus in ſalutē
dedit. Ambro. etiam de cōſe. diſti. ſecūda. c.
panis ē. ait. Panis eſt in altari vſitatus an
te verba ſacramentorum. Vbi autem acceſ
ſit ꝯſecratio mox de pane ſit vera charo chri
ſti. Et ideo Ambroſius de conſecratione di-
ſtin. ſecunda. capi. Sicut eſt inquit ꝟus dei
filius dominus noſter Jeſus chriſtus: non
quemadmodū homines per gratiam: ſed ve
re filius ex ſubſtantia patris. Ita vera chri-

ſti caro eſt: ſicut ipſe dixit: quam accipimus ⁊ ſanguis eius vere eſt potus. hec ibi. Deniqʒ idem Ambroſius de conſecratione diſtinctione ſecunda capitu. Omnia. ait. Omnia quecūqʒ voluit domin⁹ fecit in celo ⁊ in terra: ⁊ quia voluit ſic factum eſt. Licet igitur figura panis ⁊ vini videatur: nihil tamen aliud ꝙ̄ charo chriſti ⁊ ſanguis eius poſt cōſecrationem credenda ſunt. Unde ipſa veritas ad diſcipulos ait. Hec caro mea eſt pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar: non alia plane caro ꝙ̄ que nata ē de Maria virgine: ⁊ paſſa eſt in cruce ⁊ reſurrexit de ſepulchro. hec inꝙ̄ ipſa eſt: ⁊ ideo chriſti caro eſt: que pro mundi vita adhuc hodie offert̄: ⁊ cum digne percipitur vitam eternam in nobis vtiqʒ operatur: panē quidem iſtum quē ſumimus in myſterio illum vtiqʒ intelligo panem qui manu ſpiritusſancti formatus ē in vtero virginis: ⁊ igne paſſionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum cib⁹ hominum factus eſt. Unde ipſe ait. Ego ſū panis viuus qui de celo deſcendi: ⁊ iterum. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. hec ibi. Si vis alias auctoritates vide de coeſecratione diſtin. ſecunda. per totum. Licet hic poſuerim pulchriores. Ex predictis igitur auctoritatibus patet: qualiter verus chriſti corpus: ⁊ verus chriſti ſanguis realiter ſumitur a fidelibus ſub accidētibus hoſtie ⁊ vini conſecratis ⁊c. ¶ Secūdo hoc idē probo quinqʒ rationibus.

¶ Primo ratione Cauſalitatis.
¶ Secundo ratione Maioritatis.
¶ Tertio ratione Superabilitatis.
¶ Quarto ratione Operabilitatis.
¶ Quinto ratione Naturalitatis.

¶ Primo proboratione cauſalitatis ꝙ per dei potentiā ⁊ voluntatem ſubſtantia hoſtie ⁊ vini poſt conſecrationem realiter conuertitur in veram ſubſtantiam corporis ⁊ ſanguinis chriſti. Fundamentū rōnis ponit Auctor libro de cauſis. di. Quicquid facit cauſa ſecunda facit cauſa prima nobiliori ⁊ altiori modo. patet hec regula. Nam ſi camerarius alicuius domini poteſt alicui vnā facere gratiā: a fortiori ipſe domin⁹ hoc facere poterit. Similiter ſi epiſcopus aliquem poteſt abſoluere ab aliquo enormi peccato: a fortiori poterit hoc idē facere papa. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ potentia limitata ipſius nature naturate vnam ſubſtantiā in aliam conuertit quod ſic patet. Nam ſecundo de anima philoſophus ait. Alimentum per naturam conuertitur in ſubſtantiam aliti: vtputa panis conuertitur in ſubſtantiam carnis ⁊ vinum in ſubſtantiam ſanguinis. Similter per virtutē caloris galline: ſubſtantia oui conuertitur in ſubſtantiam carnis: ſeu in gallinam. Similiter videmus ꝙ terra que eſt ignobiliſſima rerum: generat aurum ⁊ argentum lapides precioſos: ⁊ alia multa nobiliſſima: quinimo cum ſit inſipidiſſima panem producit ⁊ vinum ⁊ multa hui⁹ valde ſapida ⁊ bona: quid plura: Ipſa ē turpiſſima ⁊ tamen producit valde pulchras res: vtputa arbores: flores: frondes: fructus: ⁊ huiuſmodi: que omnia operatur in virtute ſolis. Unde quarto Methaurorum phs dicit. ꝙ in virtute ſolis humiditas tere conuertitur in arbores: in herbas: in vinum: in oleum: in balſamum: ⁊ huiuſmodi. Similiter dicit ꝙ terra eadem ſolis virtute cōuertitur in aurum: in argentum: in ferrum: ⁊ in lapides precioſos. Refert etiam Iſidorus in libro Ethimolegiarum: ꝙ in Scotia eſt fons qui omne quod in eo mittitur ſtatim conuertit in ſubſtantiam lapidis. Similiter in Hybernia eſt alius fons: in quo ſi palus ligneus figitur: ſtatiʒ pars que tangit aquā conuertit̄ in lapidē: reliqua vero pars que figitur in terra: ſtatim conuertitur in ferrū. Preterea nōne vt habetur Exodi quarto. Uirga Moyſi ſubito eſt conuerſa in colubrum: ⁊ iterum apprehenſa cauda eius conuerſa ē de colubro in virgā: Nōne etiā Joannes euangeliſta: vt in eius hētur legēda conuertit virgas ligneas in aureas. ⁊ lapides in arena collectos in lapidibus precioſis: Hic hiſtoriā ſi placet. Si igit̄ oīa hec natura naturata facit: quāto magis natura naturās que eſt ipſe deus: poteſt hoc facere: cuius poteſtas infinita nulli limitibus coanguſtatur: ⁊ in quo ſunt omnes perfectiōes altiori modo ꝙ̄ ſint in creaturis: Nulli igit̄ dubium eē debet: quin deus ipſe poſt conſecrationem realiter conuertat ſubſtantiā hoſtie in ſubſtantiam ſui corporis: que ſimul omnia confirmans Auguſtinus in ſententijs ſuis ſic ait. Firmiter tenendum eſt ꝙ panis in corpus ⁊ vinum in ſanguine conuertitur illa verbi veritate qua verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Qua dixit ⁊ omnia facta ſunt: qua vxorem Loth in ſtatuaʒ ſalis mutauit: qua virgam Moyſi in colubrem vertit: qua fontes ⁊ flumina omnia egypti cōuertit in ſanguinem: qua aquam de petra duriſſima produxit: qua poſtremo ad nuptias aquam conuertit in vinum. hec ille. Que inſuper omnia etiam verbaliter confirmat. Ambroſius de conſecratione diſtinctione ſecūda. ca. Reuera. quem tex. cauſa breuitatis obmitto cum coincidat cum auctoritate Auguſtini ſuprapoſita. ¶ Secundo hoc idem probo ratione maioritatis. Fundamentum rationis ponit Hilarius libro de trinitate. dicens. Maius eſt opus de nihilo aliquid facere: quam de aliquo facere aliquid: ⁊ ratio eſt ſecunduʒ Franciſcum de maronis in quodam ſermone de ſacramento euchariſtie. Quia plus diſtat ens ⁊ non ens: ꝙ̄ ab inuiceʒ diſtent duo entia ſecundum diſtantiam eſſentialem. Patet hec regula. Nam homo poteſt de ferro cultellum facere: ⁊ de ligno cathedram: ⁊ de farina panem. Sed tota natura omneſqʒ ſimul angeli de nihilo nunquam poſſent aliquid facere etiā minimum granum milij. propter quod Philoſophus primo Phiſicorum. ait. ſecundū omnes philoſophantes ex nihilo nihil ſit. Quo preſuppoſito peto quis de nihilo creauit angelos celum ⁊ terram: ⁊ omnia que continentur in eis: ⁊ certum eſt ꝙ ſolum fuit ipſe deus cuius potentia eſt infinita. Quod ſi ſic eſt ꝙ deus poteſt de nihilo tanta facere: quāto magis poteſt vnum ens in aliud conuertere: ſeu ſubſtantiam panis ⁊ vini in ſubſtantiam ſui corporis commutare: nec mirum eſt cum de ſimilibus idem ſit iudicium. Nonne vt habet̄ Geneſ. ſecundo. Per dei potentiam de coſta viri mulier ſubito facta eſt ⁊ perfecte formata. Nonne etiaʒ vt habetur Matthei ſexto ⁊ Joannis ſexto. De quinqʒ panibus ⁊ duobus piſcibus ſaciauit Chriſtus quinqʒ milia hominum de quibus etiam duodecim cophini fragmentorum ſuperauerunt. Quod ideo factū fuit: quia panis materiam augmentauit. Quō ſi hoc materialiter fecit: cur non ſpiritualiter ⁊ ſacramentaliter poteſt totam eccleſiam de ſubſtantijs hoſtiarum in ſuum corpus conuerſis paſcere. Que ſimul omnia egregie confirmans Ambroſius de conſecratione diſtinctione ſecunda capitulo. Reuera. ait. Si tantum valuit ſermo helie vt ignem de celo deponeret: non valebit chriſti ſermo vt ſpecies mutet elementorū: de totius mundi operibus legitur: quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non poteſt ea que ſunt mutare in id quod non erant. Non enim ē minus dare nouas ꝙ̄ mutare rebus naturas. Et ideo ſicut erat panis ante conſecrationem: iaʒ corpus chriſti factum eſt poſt conſecrationeʒ: quia ſermo dei mutat creaturam. hec ille. ¶ Tertio hoc idem probo ratione ſuperabilitatis. Fundamentuʒ rationis ponit Hilarius: libro de trinitate dicens. Deus plura poteſt facere ꝙ̄ noſter intellectus intelligere ⁊ hoc ideo quia deus eſt virtutis infinite: intellectus vero finite. Quo cōceſſo certum eſt ꝙ humanus intellectus ſecundum Boetium libro de trinitate poteſt intelligere accidens ſine ſubiecto. ſeu multa poteſt intellectus ſequeſtrare: que tamen ſequeſtrare non poteſt ſenſus. Et hoc ideo eſt quia intellectus eſt potentia magis immaterialis ⁊ ſpiritualis quam ipſe ſenſus. Cum etiam ipſe ſenſus accidentia videat nec tamen videat ſubiectum. Quod ſi ſic eſt ergo multo magis diuina virtus ſeu diuina potentia que incomparabiliter eſt magis immaterialis: ꝙ̄ intelligentia noſtra poteſt in hoc ſacramento accidentia a ſubſtantia in eius corpus conuerſa contra naturam ſequeſtrare. Nec tamen propter hoc debet aliquis dubitare: ſi deus hoc facit ꝙ quaſi intellectus non capit: immo ſine quaſi: quia videmus etiam per experientiam ꝙ maxima eſt differentia in intellectibus hominum ſeu angelorum: pro eo quod vnus intellectus hominis vel angeli aliquid intelligit alius homo: vel angelus. Cum autem intellectus dei quaſi diſtet in infinitum ab intellectu humano non eſt mirum ſi facere poteſt etiam contra naturam: quod noſter intellectus non poteſt percipere. Nonne vt habetur. l. diſtin. capi. vt cōſtitueretur. etiā vj. diſtinctione. §. His. Item. io. queſtiōe tertia. c. priſcis. Item diſtin. xj. ca. catholica. ⁊ extra. de conceſſione prebende. c. prepoſuit. Qui facit legem poteſt in ea diſpenſare. Et cer

num eſt ꝙ ſic: dummodo fiat diſpenſatio: aut propter minus malum: aut propter maius bonum. Sed clarum eſt quod deus condidit ſubſtantiam hoſtie ſimul ⁊ accidentia: ſtatuitqꝫ ꝙ naturaliter vnum ab altero non ſepararetur. ꝙ ſi ſuper naturam pro meliori bono ſeparat accidentia a ſubiecto: hoc non eſt mirum cum velit ⁊ poſſit ⁊ ſic facere optimum ſit. Sicut enim in ſole quandoqꝫ diſpẽſauit vt vltra ſolitum in medio celi per diez immobilis ſtaret. ⁊ inſuper in igne vt quãdoqꝫ non combureret. Sicut patet ð tribus pueris in camino ignis exiſtentibus totaliter illeſis. Et in Enoch ⁊ Helya quos contra naturam in paradiſo terreſtri viuos reſeruat: ⁊ in virgine Maria quam voluit contra ordinez nature ſine humano ſemine concipere. Sic ẽt potuit ⁊ voluit contra nature ordinem ĩ hoc ſacramento diſpenſare ꝙ accidentia ſtent ſine proprio ſubiecto. Nec mirum hoc debet apparere: quia cum effectus magis dependeat a cauſa prima ꝗ̃ a ſecunda: poteſt deus qui ẽ prima cauſa ſubſtantie ⁊ accidentis per ſuaz infinitam virtutem conſeruare accidens in eſſe ſubtracta ſubſtantia per quam conſeruatur in eſſe ſicut per cauſam. Sicut etiam effectus naturalium cauſarum poteſt deus producere ſine naturalibus cauſis ſicuti fecit duz corpus humanum ſine materiali ſemine in vtero virginis formauit. ¶ Quarto hoc idẽ probo ratione operabilitatis. Fundamentuz rationis ponit Thomas ſuper .i. de anima, dicitur. Omnis effectus naturaliter eſt ſignificatiuus ſue cauſe a quo eſt. patet hec regula. Nam fructus preſupponit arborem a qua ꝓceſſit. Similiter cum viſio oculorum auditus aurium: formatio verborum ⁊ cetere operationes aliorum ſenſuum habeant cauſaz ſubſtantialem a qua procedunt. Pero que ſit illa ſubſtantia. Et certuz eſt ꝙ eſt ipſa anima que ſm phm .ij. de anima ꝫ nõ videatur ꝯcognoſcitur tamen per duplicem eius effectum. vz per ſenſum ⁊ motum. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ per ſuſceptionem dominici ſacramenti anima deuota inter ceteros ſuſcipit in ſe duplicem effectum. vz ſpiritualem ⁊ corporalem. Spiritualem dico: quia anima nouaz ⁊ ineffabilem propter hoc ſacramentum recipit delectationem: de qua miſtice. Sap. xvj.

Salomon ait. Panem de celo preſtitiſti eis omne delectamentum in ſe habentem. hic dicas ſi placet de ineffabili dulcedine ⁊ delectatione quam habuit beatus frater Joãnes da lauerna dum ibidem celebraret: qui dum protuliſſet omnia verba cõſecrationis: ſtatim defecit pre dulcedine: ⁊ omnia eius membra liquefacta ſunt tanq̃ꝫ cera: propter quod dicebat. factum eſt cor meum tanq̃ꝫ cera liqueſcẽs in medio ventris mei. Narra totam hyſtoriã. habet inſuper dominicum ſacramentum effectũ corporalem pro eo ꝙ ſepius eum deuote ſumentibus preſeruat corporalem vitam pro aliquo tempore ſine alio materiali cibo. hoc enim expreſſe contigit beate Angele de fulgineo que fuit de tertio ordine noſtro: que cum per duodecim annos de licentia pape iugiter ⁊ dietim hoc ſacramentum ſumeret: tantam delectationem ſuſcepit: ꝙ per illos duodeciz annos prout notum fuit toti ciuitati nunq̃ꝫ alium cibum ⁊ potum materialem ſumpſit. Quod ſi ſic eſt ꝙ per receptionem dominici ſacramenti predicti effectus ſequantur. Pero vnde predicti effectus procedũt ſeu cauſen. Et certum eſt ꝙ non procedunt ab ipſis accidentibus hoſtie: cum ſint quid minimum. ergo neceſſario oportet confiteri ꝙ cauſentur ab ipſo corpore Chriſti quod veraciter ſub accidentibus continetur: quia aliter nõ eſſet poſſibile: ꝙ per ſuſceptionem hoſtie predicti effectus ſequerentur cum ex nihilo nihil ſequatur. ¶ Sicut ſi deficit arbor vel pater neceſſario deficiunt rerum effectus qui ſunt filius ſeu fructus. Quoniam igitur ab initio Chriſti vſqꝫ ad tempora noſtra ineffabili vel vtili experimento probatum eſt: ⁊ continuo experimento probatur a bonis ex hoc ſacramẽto ſpirituales ſequi effectus. ideo propter hoc eſt omnino impoſſibile quin ſit ibi Chriſtus totus in ſacramento realiter: ⁊ hec experientia bonis eſt certiſſimum argumentum omnium argumentorum atqꝫ rationum. propterea mens ipſam experientiam poſſidens non poteſt de veritate ſacramenti aliqualiter dubitare vel heſitare. ¶ Quinto hoc idez ꝓbo rbtione naturalitatis. Fundamentum rationis ponit phs primo Metha. di. Unũqđqꝫ entiũ naturaliter operatᷣ ſm ꝓprietatam ſue forme, patet hec regula. Nã materia ſeu ferrũ cultelli: quia habet formã aptã ad inciſionem ideo incidit: ſimiliter anima intellectiua que habet potentiam intellectiuam aptam ad intelligendũ ꝟitates ideo intelligit. Quo ꝑſuppoſito certũ ẽ ꝙ xp̃s dei filius formaliter ⁊ eſſentialiter eſt ꝟitas quedam patris eterni. propter quod Joan. xiiij. ipſe dicit. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Sed clarum ẽ ꝙ Joan. vi. de ſacramento loquẽs dixit. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus ꝟe ẽ potus. Et Matth. xxvi. dixit. Accipite ⁊ comedite: hoc ẽ corpus meum. Quod ſi ſic eſt: qꝛ ſic eſt ꝙ xp̃s eſt imutabilis ꝟitas: ⁊ dixit eẽ corpus ſuũ ſub accidentibus hoſtie conſecrate: ergo neceſſario ⁊ indubitanter ẽ ibi ſub ſacramento: aliter ſequeretur ꝙ xp̃s dei filius falſum dixiſſet: qđ ẽ oĩno impoſſibile. Jõ propter hoc non immerito arguendi ſũt increduli de hoc ſacramento: quinimo comburendi ſunt heretici qui aliter aut credunt ꝗ̃ credere debeant aut ſaltẽ notabiliter dubitant: cõtra quos Ber. in ſuis ſententijs exclamãs ait. O ꝗ̃ grauis ẽ nũc fides ſacramenti ⁊ cõditio. Jeſu xp̃s in fidelib⁹: loquitᷣ hõ ꝟitatẽ ⁊ creditᷣ ei: loquitur ebrioſus falſitatẽ ⁊ fides ei datur: loquitur xp̃s ꝟitatem ⁊ fides ei nõ ꝓſtatur: vnicuiqꝫ in ſua arte ⁊ facultate creditᷣ: ſoli xp̃o non creditur in ſua ꝟitate. Loquitur Priſcianus de cõpoſitione litterarũ ⁊ creditur ei. loquitᷣ Galien⁹ de diſcretione vrinarũ ⁊ creditur ei. loquitᷣ Ptholomeus de magnitudie curſus ⁊ influentia ſyderũ ⁊ creditur ei. loquitur Ariſtoteles de fallacijs ⁊ forma ſilogiſmoꝝ ⁊ creditᷣ ei. Loquitᷣ Tulli⁹ de ornatu colorum ⁊ facundia oratiõis ⁊ creditur ei. Loqᷣ xp̃s de ſalute aiaꝝ ⁊ nõ creditᷣ ei. O aia ingrata O viſcera dura quouſqꝫ effugis amicũ tuum: quouſqꝫ per infidelitatẽ ⁊ incredulitatem deſpicis xp̃m tuũ. Ue igitᷣ talibus de hoc ſacramẽto dubitantib⁹ q̃m excludentᷣ a ſuperna patria. Sicut ſignificatiue Moyſes ⁊ Aaron. vt habetᷣ Numeri. 20. Proptᷣ coꝝ incredulitatẽ excluſi ſunt a terra repromiſſiõis. Propterea Apo. 21. dicitᷣ. Timidis ⁊ incredulis pars illoꝝ erit in ſtagno igne ardenti ⁊ ſulfure ꝙ ẽ mors ſecũda. Ex predictis rõnib⁹ pꝫ: qualiter ſub accidentib⁹ cõſecratis realiter eſt ⁊ ſumitur corpus chriſti. ¶ Tertio hoc idẽ probo diſtinctiõibus prima di. eſt Ric. in quolibeto ſic dicentis. Aut eſt inquit omnipotens aut non: ſi ſic habes intentum: quia corpus chriſti eſt in ſacramẽto altaris cũ hoc poſſit ⁊ velit. Si non ẽ oĩpotẽs: qꝛ nõ poſſit hoc facere: ergo de⁹ non ẽ deus. Sed cũ hoc ſit poſſibile: qꝛ deus includit in ſe oĩpotentiã. ergo per conſequẽs ẽ ĩpoſſibile ꝙ deus et quo vult ⁊ poteſt: ꝙ xp̃s eius filius nõ ſit in altaris ſacramento. hec Ricar. ¶ Secũda diſtinctio eſt eiuſdem Ricar. in .iiij. di. x. ar. i. q. i. in corꝯ qõnis dicẽtis. Cũ queritᷣ an corpus xp̃i ſit ſub hoſtia ꝯſecrata quãtũ ad verã eius ſubſtãtiã. Reſpondeo ꝙ in ſacramẽto altaris ſubſtantia corporis ꝟe ⁊ realiter continetᷣ ſub ſpecie panis. Diuina enim virtus que de nihilo mundũ creauit: hoc inſtituere potuit ⁊ voluit. ⁊ qꝛ voluit fecit. Et hoc facere cõgruũ fuit: qꝛ in hoc manifeſtatur ſue potẽtie imenſitas. Hoc. n. eſt tã admirabile ꝙ trãſcendit oẽm facultatẽ nature. Itẽ ſue humilitatis profũditas: in hoc ꝙ voluit ꝙ poſſemus ſuũ corpus ſacratiſſimũ nr̃is manibus cõtractare. Itẽ eius inextimabilis charitas in hoc ꝙ a nobis viſibiliter recedẽs nobiſcum voluit verũ corpus ſuum inuiſibiliter remanere: ⁊ ꝑ hoc in credendo in humilitate exercitamur ⁊ in virtute ſpei roboramur: ⁊ in charitate ampli⁹ inflãmamur. Sũme ergo debẽt oẽs catholici deteſtari ⁊ ꝓſequi illũ peſſimũ errorẽ impioꝝ: q dixerũt corpus xp̃i nõ cõtineri realr in ſacramẽto altaris: ſed tantũmõ ibi eẽ ſicut in ſigno: quẽ errorẽ retractauit Berengarius Rome corã centũ. iꝫ. epiſcopis. vt habetur de conſecra. diſt. ij. ca. Ego Berengarius. hec Ricar. verbaliter. ¶ Tertia diſtinctio ẽ Innocẽ. tertij in libro de officio miſſe dicentis. Sicut dei filius per diuinã naturã hẽt triplicẽ modũ exiſtendi in rebus. Eſt enim in oĩb⁹ reb⁹ per eẽntiã: in oĩb⁹ iuſtis preſentialiter per gratiam: ⁊ in aſſumpta natura per perſonalem vnionem ſic corpus chriſti habet triplicẽ modũ exiſtendi: in celo enim eſt localiter: in verbo ẽ perſonaliter: in altari ꝟo eſt ſacramentaliter. Corpus enim xp̃i ſm eẽ naturale eſt tantum ⁊ ſimpliciter in vno loco. ſ. in celo ſicut locatum in loco: ſecundũ eſſe perſonale non ẽ in loco reſpectu verbi. ſm vero eſſe ſacramentale eſt in pluribus locis: ⁊ ſic habet modum exiſtẽdi ſpecialem queadmodum anima in corpore. hec Innocenti⁹ verbaliter. Pro maior

tamen i declaratione diſtinctionis Innocen.
dico ꝙ corpus xp̄i hʒ duplex eē.ſ. naturale
⁊ ſacramentale. de quo duplici eē loquitur
Augu. ſuper pſ.iiij. ⁊ habetur de conſe. di.
ij.c. prima hereſis. vbi ait Donec ſeculum fi-
niatur ſurſum eſt dominus: ⁊ hoc quo ad eē
naturale ipſius corporis xp̄i: ſed tamen etiā
hic nobiſcum eſt veritas dominus: ⁊ hoc.ſ. ꝗ
ad eſſe ſacramentale. corpus.n. xp̄i quod re
ſurrexit oportet eſſe in vno loco. glo. id eſt in
celo. In celo in forma qua ſubici humanis
oculis ⁊ ſenſibus valet veritas aut ei⁹ vbiqʒ
diffuſa eſt glo. id eſt in ſacramento vbi ē ve
raciter ⁊ non ſenſibiliter: hec ibi verbaliter
in textu ⁊ glo. Ex quo pʒ ꝙ corpus xp̄i quo
ad eſſe naturale eſt in celo localiter. vt dicit
Auguſti. ⁊ Innocen. Sed quo ad eē ſpecia
le ⁊ ſacramentale eſt in hoſtia veraciter. Et
ideo ex hoc patet: ꝙ chriſtus in hoſtia conſe
crata recipitur ſacramentaliter non natura
liter ꝙ ſic patet. Nā in cena domini xp̄s ac-
cepit panē ⁊ vinū ⁊ conſecrauit ⁊ dedit apo
ſtolis di. Accipite ⁊ comedite hoc eſt corpus
meū. Cuʒ enim ipſe eſt veritas. Joan. xiiij. nō
potuit ſimulate loqui: ⁊ ideo apoſtoli ſuſce-
perunt verū corpus chriſti nō ſm̄ eē natura
le: ſed ſm̄ eſſe ſacramentale: pro eo ꝙ illam
carnem ⁊ ſanguinem chriſti non ſuſceperūt
prout habebat eſſe naturale. Ideo hoc non
intelligentes diſcipuli. Joan. vi. Cum xp̄s di
xiſſet niſi manducaueritis.c.f.h. ⁊ bi. ei⁹ ſan.
⁊c̄. Dixerunt: durus eſt hic ſermo: ⁊ ſtatiʒ re
ceſſerunt ab eo. Nam credebant ꝙ chriſtus
intelligeret ꝙ ſuſciperent carnem ⁊ ſangui-
nem eius viſibiliter: prout habet eē natura-
le: quod non ſic intelligebat chriſtus. predi-
cta omnia confirmat Augu. de conſe di.ij.c.
Non hoc corpus. ait. Nō hoc corpus qd̄ vi
detis comeſturi eſtis: nec bibituri eſtis ſan-
guinem illum quem effuſuri ſunt illi qui me
crucifigent. hoc quidem ipſum ⁊ non ipm̄.
Ipſum quidem inuiſibiliter: ⁊ non viſibiliter
ſuſcipietis: naʒ ⁊ ſi viſibiliter celebrari opor
tet inuiſibiliter tamen intelligi debet. hec ibi
Et idem Auguſtinus de conſe. diſtin.ij. ca.
Prima quidem. ait. Prima quidem hereſis
in diſcipulis chriſti velut a duritia ſermonis
eius facta eſt: cum enim diceret niſi mandu
caueritis carnem meam ⁊c̄. Illi non intelli-
gentes dixerunt ad inuicem: durus eſt hic
ſermo. Quis enim poteſt hunc manduca-
re. Et idō ſeparauerūt ſe ab illo ⁊ remāſit cum
xij. ⁊ deſcendētib⁹ illis inſtruxit eos ⁊ ſeruan
ſerūt: ſpūs eſt mgr̄.i. ſpūalis intellect⁹ viuifi
ficat. Caro aūt.i. carnalis itellect⁹ nihil ꝓdeſt.
verba que locutus ſum ad vos ſpirit⁹ ⁊ vita
intelleriſtis ſpiritualiter ſpiritus ⁊ vita ſunt
ſpiritualiter ergo intelligite. Non enim cor-
pus hoc quod videtis manducaturi eſtis ⁊
bibituri illū ſanguinem quē effuſuri ſunt q
me crucifigent: ſacramētum vobis aliquod
commendaui: ſpiritualiter intellectum viuifi
cabit vos. Caro autem non prodeſt quicꝙ:
ſed quomodo illi id eſt diſcipuli recedentes
intellexerunt ſic reſponderunt: carnem quip
pe ſic intellexerunt quomō in cadauere ven-
ditur aut in macello dilaniat. Hec Auguſti.
verbaliter. glo. autem ibidem ſuper illa vba
non hoc corpus quod videtis manducaturi
eſtis ait. id eſt non in eadem ſpecie ⁊ repreſē
tatione qua me nunc videtis ⁊ qua me pati
videbitis manducabitis carnem meam ⁊ ſā
guinem meum bibetis: ſed ſoluʒ in ſacramē
to. hec glo. Ex predictis etiam diſtinctioni-
bus patet: qualiter chriſtus realiter ⁊ ſi non
viſibiliter tamen inuiſibiliter a fidelibus ſu
mitur ſacramentaliter ſub accidentibus ho-
ſtie. Quarto ēt probo exemplis ꝙ veraci-
ter corpus chriſti ſub acciēdtibus hoſtie cō
ſecratis cōtinetur. primū exemplū habemus
de Berengario diacono qui tenebat oppoſi
tum propter quod retractauit: ꝓ eo ꝙ a Ni
colao papa ſimiliter cum centum.iʒ. epiſco-
pis reprobatus fuit. Cuius confeſſio ponit
de conſe. diſtin.ij.ca. Ego Berengarius indi
gnus eccleſie ſancti Mauritij andaganēſis
dyaconus cognoſcens veram catholicam ⁊
apoſtolicā fidem anathematiʒo omneʒ here
ſim precipue eam de qua hactenus infama
tus ſum que aſtruere conatur panem ⁊ vi-
num que in altari ponuntur. poſt conſecra-
tionem ſolūmodo ſacramentū eſſe ⁊ nō ve
rum corpus ⁊ ſanguinem domini noſtri Je
ſu chriſti: ⁊ non poſſe ſenſualiter niſi in ſolo
ſacramento manibus ſacerdotum tractari:
vel frāgi: aut fideliū dētibus atteri conſen
tio autē ſancte Romanē eccleſie ⁊ apoſtoli-
ce ſedi ⁊ ore ⁊ corde profiteor de ſacramen
tis dominice mēſis eādem fidem me tenere
quam dominus ⁊ venera. papa Nicolaus ⁊
ſancta ſynod⁹ auctoritate euangelica ⁊ apo
ſtolica tenendā tradidit mihiqʒ firmauit ſcʒ
panem ⁊ vinum que in altari ponūtur poſt
conſecrationem nō ſolū ſacramentū: ſed etiā
verum corpus ⁊ ſanguinem domini noſtri
Jeſu xp̄i eſſe: ⁊ ſenſualiter nō ſolum ſacramē
tum: ſed in veritate manibus ſacerdotum tra
ctari frangi ⁊ fideliū dentibus atteri. Jurās
perfectam homouſion trinitateʒ ⁊ per ſacro
ſancta chriſti euangelia eos qui contra fidem
hanc venerint cum dogmatibus ⁊ ſectatori-
bus ſuis eterno anathemate dignos eſſe pro.
nuncio. ꝙ ſi ego ipſe aliquando contra hoc ali
quid ſentire aut predicare preſumpſero: cano
num ſeueritati ſubiaceam. hec ibi. Inferius
ſequitur qualiter papa cum predictis epiſco-
pis miſit hanc confeſſionem per omnes par
tes xp̄ianitatis. Aliud exemplum habemus d
beato Gregorio de quo legitur: ꝙ cum vellet
cōmunicare quandam viduam: que faciebat
ſibi hoſtias quibus ipſe celebrabat: fortiter
riſit: qui ſtatim manum retraxit: ⁊ poſuit ho
ſtiam conſecratam ſuper altari: ⁊ cum quere-
ret quare riſiſſet dixit. Rideo: quia hoſtiam
quam manibus meis feci mihi das pro vero
corpore chriſti. Qui videns eam incredulam
orauit ad altare dicens. O domine Jeſu chri
ſte oſtende queſo veritatem tui ſacramenti
huic vidue ⁊ ſtatim apparuit miraculoſe ho-
ſtia tota caro. Quo viſo vidua lachrymata
eſt ⁊ ab omni incredulitate ſanata. tunc Gre-
gorius iterum orauit vt hoſtia conuerteretur
vt primo erat quod ⁊ factum eſt: ⁊ tunc vi-
due dedit hoſtiam conſecratam deuote ſuſci-
piendam. Aliud exemplum potes hic ꝓponere
qualiter dum beata Clara oraret coram ſacra
mento vt defenderet moniales ab inimicis ⁊
ciuitatem Aſſiſij: ſtatim apparuit ibi infantu
lus quidam in tabernaculo dicens. Ne time
as: quoniam victoriam habebis portans igi
tur tabernaculum cuʒ corpore chriſti vndiqʒ
circa locum ſtatim omnes inimici perterriti
propter preſentiā chriſti in tabernaculo vera
citer exiſtentis de muris corruerunt quorum
aliqui ceciderunt mortui aliqui vero aufuge
runt: ⁊ propter hoc etiam ciuitas Aſſiſij de
inimicis infidelibus victoriam reportauit.
Aliud deniqʒ exemplū etiā habemus de bea
to Gregorio papa: de quo legitur ꝙ cū miſſaʒ
celebraret apparuit Jeſus ſub paſſiōis ⁊ pie
tatis effigie: quem videns compaſſione mo-
tus ⁊ deuotione plurimum lachrimatus eſt.
Et ideo ſtatim propter hoc miſſa celebrata
omnibus vere penitentibus ⁊ confeſſis corā
ſimili imagine pietatis dicentibus genibus
flexis orationem infra ſcriptam cum quinqʒ
Pater noſter ⁊ totidem Aue maria conceſſit
quattuordecim milia annorum de indulgen
tia. Poſtmodum vero multi alij ſummi pon
tifices pie deuotione addiderunt tantū ꝙ in
ſumma ſunt viginti milia: ⁊ duodecim anni:
⁊ dies.25. Hec omnia ſcripta ſunt in capella
domini cardinalis Hoſtienſis ſita in eccleſia
ſancti Petri de Roma: quam indulgentiam
confirmauit papa Calixtus tertius die. xvij.
Junij. M.cccclvj. qui etiam orationi ſancti
Gregorij addidit duas vltias clauſulas. Ora
tiones igitur dicende pro predicta indulgen-
tia habenda eſt iſta. ❡ O domine Jeſu chri-
ſte adoro te in cruce pendentem, ⁊ coronam
ſpineam in capite portantem: deprecor te vt
tua crux liberet me ab angelo percutiente.
❡ O domine Jeſu chriſte adoro te in cruce
vulneratum felle ⁊ aceto potatum: deprecor
te vt tua vulnera ſint remedium anime mee.
❡ O domine Jeſu chriſte adoro te in ſepul
chro poſitum mirra aromatibuſqʒ conditum
dprecor te vt tua mors ſit vita mea. ❡ O do
mine Jeſu chriſte paſtor bone iuſtos conſer
ua: peccatores iuſtifica omnibus fidelib⁹ de
functis miſerere ⁊ propitius eſto mihi pecca
tori. ❡ O domine Jeſu xp̄e ꝓpter illaʒ ama
ritudinem tuam quam pro me miſero pecca
tore ſuſtinuiſti in cruce maxime quando no-
biliſſima anima tua egreſſa ē de corpore tuo
miſerere anime mee in egreſſu ſuo. Amen.
Ex predictis auctoritatibus rationibus: diſti
ctionibus: atqʒ exemplis patet: qualiter vera
citer corpus chriſti in forma ſacramenti ſub
accidentibus conſecratis continet ⁊ ſumit: ⁊
per cōſequens de veritate ſacramēti patet ſua
realitas. ❡ Scdō de veritate dominici ſancti
nō ſuam vnitatē. Non tm̄ vt claruit tenēduʒ
eſt corpus xp̄i eſſe ſub ſpeciebus panis con-
ſecrati que videntur: ſed inſuper tenendū eſt:
ꝙ ibi etiā ſimiliter ſunt hec tria vʒ ſanguis
anima ⁊ diuinitas. Primo igitur ſub accidē
tibus hoſtie conſecratis eſt ibi veraciter cor
pus chriſti ex vi verborum: que verba conſe
crationis ſuper hoſtiā facta de ſolo corpore
faciunt mentionē. ❡ Secundo eſt etiam ibi
ſanguis per concomitantiā immediataʒ: quia
ſanguis immediate diſponit corpus ad vitā.
❡ Tertio eſt etiā ibi anima p concomitātiaʒ

ꝓpinquā quia licet ſanguis diſponat corpus ad vitam: nō tamen poteſt habere illam diſpoſitionē niſi mediante anima. Anima enim eſt qua corpus viuificatur. ſecundo de anima. ¶ Quarto eſt ibi diuinitas verbi per concomitantiā remotā: quia licet diuinitas cū tribꝰ precedentibus faciat vnū ſuppoſitū: nō tamē ꝑtinet ad eandem naturā: ⁊ inſuper: quia quod ſemel ſm Bern. ⁊ Anſel. diuinitas aſſumpſit nunq̄ dimiſit. Ultra hoc tenendū eſt ſimiliter ꝙ ſub ſpeciebus vini in calice conſecratis ſimiliter ſunt illa eadem quattuor licet alio ordine. Nam primo eſt ibi ſanguis xp̄i ex virtute verborum: pro eo ꝙ verba conſecrationis calicis de ſolo ſanguine faciunt mentionem. ¶ Secundo eſt ibi corpus per concomitantiam immediatam: quoniā vt ſic ſanguis nō habet eē niſi fundetur in corpore. Corpus enim eſt receptaculum ſanguinis immediatū. vnde ſi ſanguis eſſet extra proprium corpus nō ſanguis ſed cruor diceretur. ¶ Tertio eſt ibi anima ꝑ concomitantiam propinquā ⁊ ratio eſt quia ſanguis non poteſt haberē eſſe naturale niſi ab anima foueatur. ¶ Quarto eſt ibi diuinitas per concomitantiā remotam: quia non pertinet ad eandem naturam: vt ſupra dictum eſt: q̄uis cū tribus precedentibus faciat vnū ſuppoſitum. ꝙ aūt quattuor predicta ſint predicto mō ſub ſpeciebus hoſtie cōſecrate ⁊ vini quadrupliciter probo. Primo auctoritate. Secūdo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto ſimilitudine. Primo probo auctoritate Ambro. libro de ſacramentis dicentis. Que fuerunt in vtero virginis hec eadem inueniūtur ī ſacramento altaris. Hec ille. Sed quoniam quattuor predicta ſimul fuerunt in vtero virginis: ergo ſimiliter ſunt in ſacramento altaris. ꝙ inſinuans xp̄us Joan. vi. dicebat. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi ſi quis ⁊c. Per hoc enim ꝙ dicit. Ego ſum panis intelligitur ibi eſſe corpus ſuum: per hoc ꝙ ſubdit viuus intelligitur ibi eſſe anima ꝑ quā corpus viuificatur: ⁊ qꝛ anima ſine ſanguine corpus non viuificat: ideo intelligitur etiā ibi eē ſanguis: per hoc aūt ꝙ ſubiungitur qui de celo deſcendi: intelligit̄ ꝙ ibi ē diuinitas. ¶ Secundo hoc idem probo ratiōe viuacitatis. Certum eſt enim ꝙ xp̄us in ſacramento eſt viuus ⁊ glorioſus: ⁊ per cōſequens predicta quattuor ſunt omnino inſeꝑabilia. Aliter ſequeretur ꝙ ſi corpus eſſet ſine anima eſſet mortuū: ⁊ ꝑ cōſequens ꝙ a fidelibus xp̄us ſumeret̄ mortuꝰ: qꝛ noſtre penitus repugnat fidei. Cum dicat apoſtolus ad Roma. vi. Xp̄us reſurgens ex mortuis iam nō moritur ⁊ mors illi vltra non dominabitur. ¶ Tertio hoc idem probo diſtinctione Ricar. in quarto. diſt. 10. ar. i. q. 2. i corpore queſtionis. di. Cum queritur vtrum xp̄s ſit in ſacramento q̄tum ad eius veram q̄titatem. Reſpondeo ꝙ corpus xp̄i cum ſua q̄titate realiter continetur ſub ſpecie panis i ſacramento altaris. Ratio eſt: cū enim realiter ibi ſit ſubſtantia corporis chriſti: que a ſua quātitate naturali non ſeparatur ſequitur etiam ipſam quantitatē ibi eſſe: ⁊ quia etiā corpus anime coniunctū eſt: ibi etiā eſt anima. Unde ſi quis conſecraſſet in triduo mortis xp̄i ſub ſacramento fuiſſꝫ corpus ſine anima: ⁊ quia iſta non ſeparantur a diuinitate ibi etiam eſt diuinitas. Sed ſubſtantia corporis eſt ibi primo ⁊ per ſe ⁊ immediate: quia ſubſtantia panis nō tranſſubſtanciatur: niſi in ſubſtantiā corporis: quātitas autē ⁊ anima ⁊ diuinitas ibi ſunt per concomitantiam: q̄uis ſi diuinitas non eſſet ibi per concomitantiam tamen eſſet ibi tota per ſimplicitatem ⁊ immenſitatē ſuam per que vbique tota eſt: ſub ſpecie: ergo panis totus eſt xp̄us cum ſua quantitate. Similiter ſub ſpecie vini: quia quāuis ſubſtantia vini nō tranſſubſtantietur: niſi in ſanguinē tum quia ſanguis eſt vnitus corpori ⁊ corpꝰ ſue q̄titati ⁊ anime: ⁊ corpus ⁊ anima diuinitati: ideo corporis q̄titas eius anima ⁊ diuinitas ſunt ſub ſpecie vini per concomitantiā ⁊ ita ſub ſpecie vini realiter eſt xp̄s totus. hec Ricar. verbaliter. ¶ Quarto hoc idē probo ſimilitudine. Nam ponatur ꝙ iudex aliquis incarceret corpus Petri: clarum eſt ꝙ per concomitantiā etiā incarcerat eius ſanguinem ⁊ aīam que includuntur in ipſo corpore Petri Simili modo intelligēdū eſt de corpore Chriſti: quod cum conſecretur ſub accidētibus ibi etiam per cōcomitantiam ſimul ſunt anima ſanguis ⁊ diuinitas. Ex predicta igitur auctoritate ratione ⁊ ſimilitudine diſtantie. patet qualiter in hoſtia conſecrata ⁊ vino ſimul ſūt ⁊ adorari debent hec quattuor. vꝫ corpus: ſanguis: anima: ⁊ diuinitas. Et ſic per cōſequēs pꝫ de v̄itate dominici ſacramenti ſua vnitas. ¶ Tertio de veritate dominici ſacramēti nota ſuam doctrinabilitatem. Ex quo vt claruit poſt cōſecrationem corpus Chriſti ē realiter ſub accidentibus. ſanguis vero anima ⁊ diuinitas per concomitantiā: poſſumꝰ ex hoc elicere. v. documēta. videlicet quorū. Primum dicitur adorationis. Secundum dicit̄ conſiliationis. Tertium dicitur ſuſceptiōis. Quartum dicitur ſeparationis. Quintū dicitur portationis. Primum documentum qd ex ſupradictis elicitur dicitur adoratōis Cum enim dicat Grego. de conſe. di. 2. c. qd ſit: ꝙ in hoc ſacramento aliud vi. ⁊ aliud creditur: ⁊ idem habetur extra de cele. miſ. c. Cum Marthe. qꝛ videlicet aliud cernit̄ oculis corporis. ⁊ aliud creditur oculis mētis: eſt ꝙ in adoratione ipſius ſacramenti dat̄ documentum ꝙ talis adoratio nequaq̄ eſt dirigenda ad id quod cernitur: ſed tātū ad id quod cernitur: quia illud ſolū adoratione dignum eſt nam illa que oculis corporis conſpiciuntur accidentia ſunt: quibus non conuenit adoratio latrie: qꝛ non ſunt in corpore chriſti ſicut in ſubiecto: ſed corpꝰ chriſti quod ſub illis accidentibus latere creditur id ſolum adoratione predicta dignum eſt. ¶ Secundum documentum di. conſiliatōis quia enim conſecrationis verba ſecrete ꝓferuntur a ſacerdote ſuꝑ hoſtiam ⁊ calicem propterea conſilium datur ꝙ ante eleuationem hoſtie ⁊ calicis nunquā adoratio fiat a populo ꝑiculū idolatrie. Et rō ē: qꝛ cōſtat ibi nondum eſſe corpus chriſti ꝓpterea honorius tertius extra de cele. miſ. c. ſane ait. Sacerdos quilibet frequenter doceat plebem ſuam vt cū in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris tunc ſolus ſe reuerēter inclinet. ¶ Tertium documentum di. ſuſceptionis. licet enim in primitiua eccleſia ſacramentum hoc ſub vtraqꝫ ſpecie miniſtraret̄ populo. pro vt habetur de conſe. di. 2. c. cōperimus. tamē eccleſia moderna ordinauit ꝙ ſolum ſumatur a laycis perſonis ſub ſpecie panis: qd fecit. 2. reſpectu. Prio qꝛ poſſent credere ꝙ totus chriſtus non eſſꝫ ſub vtraqꝫ ſpecie. Scdo fecit ꝓpter periculum effuſionis. Nam circa ſpecies vini de facili accidebat ⁊ accidere pōt periculū effuſionis. Adde ⁊ Tertium ꝙ ſub vtraqꝫ ſpecie tam corpus q̄ ſanguis ſuſcipitur. ꝓpter quod i ſequentia corporis chriſti cantat eccleſia. Caro ſanguis cibꝰ potus manet tn̄ xp̄s totus ſub vtraqꝫ ſpecie. ¶ Quartum documentū dicitur ſeparationis. Tho. in. iiij. d. xi. ar. iiij. q. i. Et. 3. pte ſūme q. lxxxi. ar. iiij. Et q. lxxvi. ar. 2. ponit hūc caſum ꝙ teneri dꝫ ꝙ ſi aliquis apoſtolorum poſt mortem Chriſti in illo triduo feciſſet hoc ſacramentum. ibi non fuiſſet ſanguis neqꝫ aīa: ſed ſolum corpꝰ Chriſti ⁊ diuinitas eius. ⁊ ratio eſt quia tempore paſſiōis hec duo. ſ. ſanguis ⁊ anima a corpore Chriſti realiter fuerunt ſeparata: ⁊ hoc ideo quia ſanguis erat effuſus ſuper terrā corpꝰ erat in ſepulchro ⁊ aīa erat in limbo Quod ēt tenet Ric. in. iiij. di. x. ar. i. q. 2. i corpore. p. Franciſcus etiam de maronis i ſermone quem fecit de corpore Chriſti. Qui incipit memoriam fecit ⁊c. oppoſitum nunc eſt qꝛ non poteſt conſecrari corpus Chriſti qn ibi ſit ēt ſanguis ⁊ anima per concomitantiam. ¶ Quintum documentum di. portationis. ſm enim ꝙ notat Hoſtien. extra d̄ cele. miſ. c. ſane. quando ſacerdos vadit ad cōmunicandum infirmum: cōſulo vt duas hoſtias conſecratas ſecum deferat: vt cū vna infirmum communicet. ⁊ alteram honorifice ſecum reportet. Et ratio eſt qꝛ ſi vaſculū vbi delatum fuit ſacramentum ad egrotū indigne reportetur ad domum indecens videretur cum forte in eo remanſerint alique parue reliquie dominici ſacramēti. Si aūt honorifice reportatur vas predictū abſqꝫ hoſtia cōſecrata decipitur populus q adorat ⁊c. hec ſententia Hoſti. eſt valde laudabilis ⁊ diſcreta ⁊ ideo obſeruanda. ¶ Ex p̄dictis pꝫ declaratio. v. documentorum: ⁊ ꝑ conſequens patet ēt ex p̄dictis de veritate dominici ſacramenti ſua realitas: ſua vnitas: ſua doctrinabilitas. Que ſimilit̄ tria nobis firmiter credere concedat dominus noſter Jeſus Chriſtus: in preſenti per gratiam ⁊ in futuro per gloriam: qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria tertia poſt dominicam Oliuarū. Item de. vij. excellētia ipſius ſacratiſſime fidei: ſeu de realitate dominici ſacramenti:

Accepit ieſus panem ⁊ benedicens fregit: ⁊ dedit eis. Et ait. Sumite hoc eſt corpus meum. Scribuntur hec verba Mat. xxvj. c. ⁊ in paſſiōe occurētis ferie. Poſtq̄ egre

gĳ elucs declaraui: de realitate dominici ſacramenti primam concluſionem: que dicta fuit cõclnſio veritatis in qua fuit oſtenſum qualiter corpus ⁊ ſanguis Chriſti ſub accidẽtibus panis ⁊ vini: veraciter ꝯtinetur ⁊ ſumitur: habeo hodie ſimiliter declarare ſecundam concluſionem que dicitur neceſſitatis. Cuius concluſionis declaratio talis erit.

¶ De ſecunda concluſione dñici ſacramenti que dicitur neceſſitatis: ſeu neceſſaria ſuſceptione ipſius dñici ſacramenti.

S Ecunda igitur concluſio de realitate ſacramenti dominici declaranda dicitur concluſio neceſſitatis. Demonſtrata huius ſacramenti veritate quomodo ſcilicet ſub accidentibus hoſtie conſecratis eſt realiter corpus Chriſti ⁊ per concomitantiam etiam ibi eſt ſanguis anima ⁊ diuinitas: non oſtendo maximam neceſſitatem ſuſceptionis iſtius ſacramenti benedicti. Pro concluſione igitur firma tenendum eſt ꝙ impoſſibile eſt aliquem adultum ⁊ diſcretionem habentem vnquam ſaluari poſſe: etiam ſi confiteretur ſacerdoti omnia peccata ſua: ⁊ inſuper omnia bona ſibi poſſibilia faceret: niſi ſaltem ſemel in anno fideliter ⁊ deuote ſuſcipiat hoc ſacramentum. Et ꝙ quiſqȝ diſcretione vtens teneatur de neceſſitate ſalutis hoc ſacramentum reuerenter ⁊ deuote ſuſcipere quadrupliciter probo. Primo auctoritate. Secundo diſtinctionibus. Tertio rationibus. Quarto figuris. ¶ Probo auctoritatibus Nam. Joh. vi. ſaluator ait. Niſi manducaueritis carnem filĳ hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Item Anacletus papa de conſecrã. diſtin. ii. c. peracta. ait. Peracta conſecratione omnes communicent: qui noluerint diuinis carere liminibus. Sic enim apoſtoli ſtatuerũt ⁊ ſancta Romana tenet eccleſia. Item Hylarius papa de conſecra. diſt. ii. c. ſi nõ ſunt ait. Si non ſunt tanta peccata vt excommunicetur quis glo. i. ſit dignus excommunicatione nullus ſe debet a medicina corporis domini ſeparare. Itez Fabianus papa eadem di. c. ⁊ ſi nõ ait. Et ſi non frequentius ſaltem ter in anno homines communicent niſi quis forte maioribus criminibus impediatur in paſcha. videlicet in penth. ⁊ in natiuitate domini. Hec ille. Item concilium agathenſe eadem. di. c. ſeculares. precipit di. Seculares qui in natale ⁊ pentech. non communicauerint catholici non credantur nec inter catholicos habeantur. Hec ibi. Item eadem di. ca. hĳ qui intrant. dicitur. hĳ qui intrant in eccleſia ⁊ deprehendũtur nunquam communicare admoneantur. Quod ſi non communicant ad penitentiaȝ arceantur. Item eadem di. c. omnis homo. precipitur. Omnis homo communicet nec inter catholicos connumerabitur qui i iſtis temporibus videlicet. paſca. penthe. ⁊ natale domini non communicauerit. Similis ſententia habetur ibidem. c. In cena domini. Item Inno. Tertius extra de penitẽ. ⁊ re. c. omnis. ait. Omnis vtriuſqȝ ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit: omnia ſua peccata ſaltem ſemel i anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti ⁊ iniunctam ſibi penitentiam proprĳs viribus ſtudeat adimplere: ſuſcipiens ad minus in paſcha euchariſtie ſacramentum niſi forte de proprĳ ſacerdotis conſilio: ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius receptione duxerit abſtinendum. alioquin: ⁊ viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur: ⁊ moriens chriſtiana careat ſepultura. Deniqȝ de conſe. diſt. ii. c. Si quis intrat in eccleſia dei: ⁊ ſacras ſcripturas audit ⁊ pro luxuria ſua auertit ſe a ꝯmunione ſacramenti: ⁊ in obſeruandis miſterĳs declinat conſtitutam regulam diſcipline: iſtum talem proiciendũ eſſe de eccleſia catholica decernimus donec penitentiam agat ⁊ oſtendat fructum penitentie ſue: vt poſſit cõmunione ꝑcepta indulgentiam promereri. hec ibi. Ex predictis auctoritatibus patet qualiter quiſqȝ diſcretõe vtens tenetur ſaltem ſemel in anno ꝑut dicit auctoritas Anno ſacram euchariſtiam ſuſcipere. ¶ Secundo hoc idem ꝓbo duabus diſtinctõibus. Prima diſtictio eſt Tho. Tertia ꝑte ſũme. q. lxxiĳ. ar. 3. Et i. iiĳ. di. ix. ar. q. i. di. cũ queritur an ſuſceptio ſacramẽti ſit de neceſſitate ſalutis. Rñdeo ꝙ ſic duplici reſpectu. Primo reſpectu Inſtitutionis. Nã eccleſia ſtatuit vt fideles ꝯmunicent ſaltem ſemel in anno: vnde ſi quis negligit ſupperente facultate talis non ẽ ſine contẽptu: ⁊ ideo mortaliter peccat. Secundo reſpectu ſuppoſitõis ſinis: ſuppoſito enim hoc fine ꝙ homo velit in vita ſpirituali firmus perſiſtere. de neceſſitate ſalutis tenet hoc ſacramentũ ſuſcipere. hec Tho. verbaliter. ¶ Secũda diſtinctio eſt Ricar. in quarto. di. ix. ar. vi. q. i. in cor. q. di. Cũ queritur an frequenter ſit communicandum: an tantum ſemel in anno iuxta preceptum eccleſie. Reſpondeo ꝙ ſicut in corpore ſit quaſi ꝯtinua deperditio naturalis humiditatis ꝑ actionẽ naturalis: caloris qua de cã oportet pluries cibum ſummere ad reſtaurationem deperditi: ne perditio continua mortem inducat: ſic cum ex corruptione cõcupiſcentie in nobis ⁊ occupatione circa exteriora fuit deperditio deuotionis ⁊ charitatis feruoris: debemus pluries non tantum ſemel ſuſcipere hoc ſacramentum: per cuius ſuſceptionem cauſatur in anima ſpirituale nutrimentum ne per nimiam deperditionem ſi non adeſſet reſtauratio: homo paulatiue ad morteȝ ſpiritualem deduceretur. In ſuſcipiẽdo tamen hoc ſacramentum debet eſſe deſideriũ amplioris coniunctionis cuȝ chriſto ⁊ reuerentia ad ſacramentum. vnde ſi homo experimentaliter cognoſcit ꝙ ex frequẽti ſuſceptione huius ſacramenti feruor charitatis augetur in ipſo: ⁊ reuerentia ſacramenti non minuitur frequenter debet cõmunicare nõ tamen in die plus ꝙ̃ ſemel. argumentuȝ de conſe. di. i. c. ſufficit. Si aũt ſentiret ꝑ multam frequentationem minui reuerentiã ad augeri interdũ deberet abſtinere vt cũ maiori reuerentia poſtmoduȝ accederet. Et iõ dicitur de conſe. di. ii. c. quottidie euchariſtie cõmunionem accipere nec laudo nec vitupero. Et ita faciat vnuſquiſqȝ qđ ſcḋm fideȝ ſuam pie credit eſſe faciendum. hec tamen oĩa ſic intelligas vt quiſqȝ obſeruet ſtatutũ eccleſie de communicãdo ſemel in anno ad minus: alio autem tempore non tenetur homo cõmunicare de neceſſitate niſi ꝺ ratione officĳ. quod dico propter ſacerdotes qui cõmunicare tenent quotienſcunqȝ conficiunt corpus chriſti: de conſe. di. ii. c. Relatum vel etiam ratione periculi mortis ſicut ſunt homines in grauibus infirmitatibus conſtituti: in quibus eſt notabile periculũ mortis. tales enim petere tenẽtur euchariſtie ſacramentum ſi vſum habent lib. arbi. Et infra in ſolutione. vltimi argumenti etiam ſubiungit di. In primitiua eccleſia quãdo vigebat maior deuotio: quia paruin ante preceſſerat chriſti paſſio ⁊ erat ab infidelibus maior impugnatio: ordinatum fuit vt fideles ꝗlibet die cõmunicarent vt habetur de cõſe. di. ii. c. peracta. vt ex hoc feruentiores: eſſent in deuotione: ⁊ fortiores in tribulatione. poſtmodum aũt minus feruente charite ordinatuȝ fuit vt ſaltem ter in anno cõmunicarent vt habetur de conſe. di. ii. c. Seculares. poſtmodum vero adue magis frigeſcente charitate ordinatum eſt vt ſalteȝ ſemel in anno ſcilicet in paſcha quiſqȝ communicet vt habetur extra. de. pe. ⁊ re. c. oĩs. hec Ricar. verbaliter. Ex qua di. poſſumus videre moraliter quantum deficit feruor charitatis ⁊ deuotionis in chriſtianis. Nam vt idem Ricardus dicit in primitiua eccleſia quando diuini amoris ebulliebat feruor quottidie ſumebant fideles corpus chriſti. vñ actis. ſecũdo dicitur. Erant omnes perſeuerantes in doctrina apoſtolorum. ⁊ communicatione fractionis panis. Et de ꝯſe. diſtin. ii. c. peracta. precipitur peracta conſecratiõe omnes communicent ⁊c. Sed quid venit. Nam quia mundus ſemper vadit deficiendo in deuotione ⁊ feruore diuini amoris idcirco venit tempus ſacrorum doctorum qui videntes homines effectos valde tepidos ⁊ indeuotos conſulerunt ꝙ non omni die ſed ſolum in dominicis diebus communicarent. vnde Augu. de cõſe. di. ii. c. quottidie. ait. Euchariſtie cõmunionẽ accipere nec laudo nec vitupero omnibus: tñ dominicis diebus cõmunicãdũ hortor. hec ibi. In hoc attende magnum periculũ religioſoꝝ et preſbyterorũ obligatorum ad capellas ⁊ parochias quia multotiens etiã contra ſuã volũtatẽ coacti ſunt celebrare dato ꝙ ſe videant valde tepidos ⁊ inpreparatos ad ſuſcipiendũ tantum ſacramentũ: ⁊ iõ fratres minores qui ſe in talibus non intromittunt ſunt valde leti ⁊ conſolati quia ſunt liberi ⁊ quia poſſunt ad hoc ſacramentũ magis ⁊ minus accedere ſcḋm ꝙ ſe diſpoſitos inueniunt poſtea adhuc defecerunt fideles a deuotione ⁊ feruore dñi amoris: qđ vidẽs Fabianus papa tꝑe ſuo reputauit rem indignam ꝙ fideles

communicarent ſingulis diebus dominicis
propterea inſtituit vt habetur de conſe. di.
ij.c.⁊ ſi non frequentius. vt ſaltē ter in anno
cōmunicarent. videlicet in Natale domini
in paſca: ⁊ in penetcꝫ. Et ideo iterū ſuper
hoc fundamento perſone ſeculares magis
deuote ter in anno ſe cōmunicāt: ⁊ de hoc
multū ſunt cōmendandi. Aliqui ṽo vltra
hoc etiam ſe cōmunicant in aſſumptiōe do
mine qđ plurimum laudabile eſt. Sed qđ
accidit videns poſtmodum papa Innocē.
tempore ſuo chriſtianos effectos indeuotiſ
ſimos ⁊ valde iniquos: fecit ſtatutū in con
cilio vt habetur extra de peni. ⁊ re. ca. oīs
Quod ſaltem ſemel in anno cōmunicarēt
videlicet in paſcha. Sed papa Soterus vt
habetur de conſe. d. ij. c. In cena. dicit. Qđ
fideles debēt cōmunicari in cena dñi. Ca
noniſte tamen ⁊ ſacri theologi dicunt ꝙ ſu
it conſilium non preceptum. Diuerſe autēꝫ
ſunt opiniones an i cena dñi an in paſcha
cōmunicari debeant. Et lꝫ Eugenius papa
fecit per bullam ꝙ ſufficit in cena domini:
tñ mihi videt̃ ſecuriꝰ cōmunicare i paſca:
quia de. pe. ⁊ re. c. omnis vtriuſqꝫ ſexꝰ. dici
tur. Quod ad minus in paſca quiſqꝫ debe
at ſe cōmunicar̃. Ex ꝑmiſſis accipe correla
rium ꝙ ex quo tempore apoſtolorūꝫ fideles
quottidie ſe cōmunicabant. Nunc ṽo non
niſi ſemel in anno: oſtenditur in hoc perfec
tio vel imperfectio noſtra. Nā cum annus
habeat trecentos. lxvi. dies: qui ſemel tantū
cōmunicat in his diebus: aut ſunt. ccclxv.
vicibꝰ peiores illis qui quottidie ſe cōica
bant: aut ſunt. ccclxv. vicibus minus ꝑfec
illis: aut arguit̃ ꝙ illi fuerūt magis ꝑfecti
ccclxv. vicibus. chriſtianis modernis. Sed
quid dicemus de illis qui nō ſe cōmunicāt
quottidie: nec diebus dominicis nec ter in
anno nec ēt ſemel. Immo non ſemel in. x.
annis. profecto tales non ſunt dicendi chri
ſtiani: ſed potius paterini atqꝫ diaboli. Et li
cet aliqui dicant ſe abſtinere a cōmunione
propter reuerentiaꝫ ſacramenti. Iſtis Reſ
pondeo. ꝙ nihil valet excuſatio eoꝝ nec eſt
iuſta cauſa differēdi. Nec ſufficit dicere ꝙ
quis non poteſt indulgere vel non vult alie
na reſtituere ſeu aliquid aliud ad qđ obli
gat̃ facere: qꝛ tales omnes niſi ſe diſponāt
ad ſuſcipiendum ſacramentum mortaliter
peccant ⁊ omnino excōmunicandi ſunt. Si
cut expreſſe habetur ter. de cōſe. di. ij. c. Si
quis intrat. Ric. antē in. iiij. di. ix. ar. ij. q. i. i
ſolutione ſecundi ⁊ tertij argumenti. dic̃ ad
litteram. ꝙ nullus diſcretione vtens excuſa
tur a cōmunione: pro eo ꝙ quiſqꝫ cum dei
adiutorio ſe pōt diſponere ꝑ penitentiā vt
digne ſe cōmunicet. Ex prefactis igit̃ diſtin
ctiōibus etiaꝫ patet qualr̃ quiſqꝫ tenet̃ de
neceſſitate ſalutis ſaltem ſemel in anno ſe
cōmunicare ſeu dominicum ſacramentū ſu
mere. Tertio hoc idem probo quinqꝫ rōni
bus. Primo ratione conſeruationis. Se
cundo ratione adimpletionis. Tertio ratio
ne conſtitutionis. Quarto ratiōe perfectio
nis. Quinto ratione argumentationis.

¶ Primo probo ratione conſeruationis
ſuſceptio eucharistie cuilibet eſt neceſſaria
ad ſalutē. Fundamentū ratiōis ponit phi
loſo. primo de generatione ⁊ cor. di. Omne
viuens ꝙꝫ diu viuit indiget alimento cōue
nienti ſue nature. patet hec regula. in viuē
tibus aīa vegetatiua: vt puta in plātis. Nā
arbor ſeu planta cū habeat vitam vegetati
uā: ad hoc vt viuat indiget aqua mixta ter
ra prout dicit philo. lib. đ vegetabilibꝰ ⁊ plā
tis. nā habet nutrimentū ſuum ab aqua ⁊
terra ⁊ nō ab aqua ſolum ſeu ſolū a terra
vnde ſi caret hoc nutrimento ſtatim morit̃
hoc idem ēt patet in viuētibus anima ſenſi
tiua. Cape q̃ vis aīalia ſeu quas vis aues:
ſemꝑ egent nutrimento cōuenienti ſue natu
re ⁊ hoc ꝓ coruꝫ cōſeruatione ſeu pro deꝑ
diti reſtauratione. hoc idem patet in vita no
ſtri corporis ad cuius conſeruationem ⁊ ēt
reſtaurationem illius quod deperditur ⁊ cō
ſumitur ex humiditate ⁊ caliditate neceſſa
rio requiritur interpollare continuus cibus
⁊ potus: que ſi retrahis ſtatim deficit ⁊ mo
ritur. Et ratio eſt quia calor radicalis ⁊ hu
miditas ſeu calidum ⁊ radicale humidum
ſemper per ſe cōſumuntur: ⁊ niſi reſtaurent̃
per cibū ⁊ potū ſtatim deficiunt ⁊ hominē
interimunt: ⁊ ideo ꝓpter hoc natura immo
diuina ſapientia ſicut creatis rebus ſenſibi
libus ⁊ vegetabilibus: vtputa anime vege
tatiue que ē formale principiū naturalis vi
te hominū generabiliū ⁊ corruptibiliū de
dit potētiā generatiuā per quaꝫ res ab ipſa
producta viuens efficitur. Sic etiam dedit
potentiā argumentatiuam per quam res
genita augmentatur ⁊ roboratur: ⁊ vltra
hoc dedit nutritiuam per quam mitttitur: ⁊
ineſſe conſeruatur quamdiu viuit: quia vt
dicit Philoſophus ſecundo Topicorum
animalia ſemper nutriuntur aliquo modo
Que ſimul tria in arbore exēplificatur. Pri
mo natura dedit illi arbori potētiā genera
tiuā in radicē producēdi ramos. Secundo
dedit potentiam augumentatiuam vt. ſ. cre
ſcat ⁊ augeatur. Tertio dedit nutritiuam ⁊
conſeruatiuam videlicet terram ⁊ aquam
ipſam nutrientem ⁊ conſeruantem qꝛ aliter
deficeret. Quo preſuppoſito ꝙ ſcilicet om
ne viuens indiget alimento vel nutrimento
ſue nature conuenienti certum eſt ꝙ cuꝫ ho
mo ſit compoſitus corpore ⁊ anima: ſi corpꝰ
habet nutrimentuꝫ ſuum aliter deficit ſi nō
habet quia calor naturalis conſumeret to
tum humidum radicale niſi cibo ⁊ potu cō
ſeruaretur: ergo a fortiori debet habere ſpi
ritualis anima ſuum ſpiritualem cibum ne
deficiat vt conſeruetur in ſuo eſſe ſpiritua
li, precipue cum anima ſit quaſi in infinitum
nobilior ipſo corpore. ſed claruꝫ eſt ꝙ talis
cibus non poteſt eſſe niſi panis ſpiritualis
vite anime dicēte ſaluatore. Io. vi. Panis
quē ego dabo caro mea ē pro mūdi vita. ⁊
ibidē ait. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit
meum ſanguinem viuet in eternum. Qđ ſi
ſic eſt: ergo eius ſuſceptio eſt neceſſaria ad
ſalutem. Quod inſinuare volens ſaluator.
Math. iiij. di. Non in ſolo pane viuit homo
ſcilicet materiali. ſcilicet ſm corpus: ſꝫ i om
ni verbo. i. i ſacramēto verbi quod procedit
ex ore dei viuit videlicet ipſa anima. Quam
rationem confirmans Ric. in. iiij. diſti. octa
ua argumenti. i. queſt. iiij. in cor. q. di. Cum
queritur an ſacramentum eucharistie fuit
ad ſumendum ꝯuenienter inſtitutum. Reſ
pondeo ꝙ ſic. Nam conueniens fuit deum
inter cetera ſacramenta inſtituere tria: per
quorum vnum anima efficiatur viuens vi
ta ſpirituali ⁊ ſupernaturali ⁊ hoc eſt ſacra
mentum baptiſmi. Et per aliud in viuente
ſpiritu aliter vita ſpūal̃ augeat̃ ⁊ roboret̃
⁊ hoc eſt ꝯfirmationis ſacr̃m. Et per aliud
viuens ſpiritualiter in vita ſpirituali nutria
tur perficiatur ⁊ conſeruetur. ⁊ hoc ſacramē
tum eucharistie cuius ſuſceptione indiget
viuens vita ſpūali que eſt vita gratie ꝙꝫ
diu ē in ſtatu in quo illā poteſt amitteṙ hoc
eſt toto tp̄e preſentis vite. hec Ric. verbali
ter. Quibus verbis patet ꝙ ad hoc ꝙ ho
mo ſpiritualiter viuat tria ſunt ſibi neceſſa
ria. ¶ Primo potentia generatiua ⁊ hoc
ſacramentum baptiſmi: ſine quo non gene
ratur homo ſpiritualiter ſeu non poſſet ha
bere vitaꝫ ſpūalem. dicente ſaluatore Nico
demo. Io. tertio. Amen amen dico tibi: niſi
qs renatus fuerit denuo nō pōt videre re
gnū dei: dicit ad eum Nicodemus quomō
pōt hō naſci cum ſit ſenex nunquid poteſt
in ventre matris ſue iterato introire ⁊ rena
ſci: ⁊ Reſpondit Ieſus. Amen amen dico
tibi niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiri
tu ſancto: non pōt introire in regnū dei. qđ
natum eſt ex carne caro eſt: ⁊ quod natum
eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Secundo vt ſpiri
tualiter homo viuat eſt ſibi neceſſaria ṽtus
augumentatiua ſine qua nequaquam ani
ma poſſet creſcere ita bene in virtutibus ⁊
gratia: ⁊ hoc eſt ſacramentum confirmatio
nis. Que cōfirmatio habet augere gratias
⁊ dona chriſtiano. ſicut expreſſe habet̃ tex.
de conſe. di. v. c. ſpiritus ſanctus. ⁊ c. nouiſ
ſime. ¶ Tertio deniqꝫ ad conſeruationem
ſpūalis eſſe chriſtiani: ⁊ ad conſeruationeꝫ
augmēti ipſius eſſe chriſtiani. videlicet gra
tia ⁊ virtutū neceſſaria eſt virtus nutritiua
qua ꝯſeruetur ineſſe ꝓpea ꝯueniēs fuit di
uine ſapientie vt ſacramentum eucharistie
inſtitueret: quo mediante generati in bapti
ſmo ineſſe vite ſpirituali ⁊ cōfirmati in con
firmatione: in augmento gratiaruꝫ poſſent
ſe in predictis conſeruare: quia aliter eſtus
vitiorū ⁊ calor originalis concupiſcētie ſic
agerent contra honorem noſtre deuotionis
⁊ gratiaꝝ ſuſceptarum ꝙ anima ipſa debi
litaretur ⁊ deficeret. Et ideo ꝓpter hoc hic
ſpiritualis cibus eſt anime ſumme neceſſari
us: pro eo ꝙ illum effectum quē habet cibꝰ
⁊ potus naturalis ad conſeruationem vite
corporalis ⁊ hunc eundeꝫ habet hoc ſacra
mentum ad conſeruationeꝫ vite ſpiritualis
ipſius anime. ¶ Secundo hoc idē ꝓbo ra
tione adimpletionis videlicet figuraꝝ. fun
damentum rationis ponit philoſophus pri
mo Poli. di. deus nihil facit ocioſum i na
tura ſed ſimpliciter propter finem exēplifi
fica ꝓ vt vis. Quo preſuppoſito certū ē ꝙ
i veteri lege deus ſtatuit ſeu ꝓmiſit multas

figuras ⁊ inter ceteras vt hr̃ exodi.xii. dedit preceptum de imolatione ⁊ cõmeſtione agni paſchalis filijs yſrael. Similiter vt habetur exo.xvi.⁊ xvij. eiſdem pluit manna de celo ad manducandum. peto ergo quo fine premiſit ſupradictas figuras ⁊ certum eſt ꝙ idõ premiſit vt poſt filij dei incarnationem quiſqʒ fidelis ſub ſacramento manducaret ipʒ dei filium qui tanquam agnus ſpiritualis figurabatur per agnuʒ materialem de quo Joan. baptiſta Joan. primo ait. Ecce agnꝰ dei. ecce qui tollit peccata mundi. quod ſi ſic eſt ꝙ intentio Chriſti qui deus ⁊ homo eſt: omnino eſt vt ſuſcipiatur eius corpus: clarꝫ eſt ꝙ omnino oportet vt quiſqʒ illud ſumat Quod ſi aliter vellet: fruſtra pmiſiſſet figuras quod impoſſibile eſt: ⁊ propter hoc etiaʒ rumperet legem figurarum quod etiam impoſſibile eſt: precipue cum dicat Mathe. v. Non veni ſoluere legem ſed adimplere: nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut prophetas: amen quippe dico vobis donec tranſeat celum ⁊ terrã iota vnum aut vnus aper non preteribit a lege donec omnia fiãt ℂ Tertio hoc idẽ probo ratione cõſtitutionis ſeu preceptionis. certum eſt eniʒ ꝙ quiſqʒ ſeruus tenetur in licitis ſuo principi obedire: a fortiori quiſqʒ fidelis tenetur obedirẽ preceptis ⁊ ꝯſtitutionibus ſedis apoſtolice Sʒ clarꝫ ẽ ꝙ ſedes apoſtolica p̃cepit oĩbus diſcretione vtentibus extra de pe. ⁊ re. cap. omnis vtriuſqʒ ſexus. vt ſemel in anno communicent: ergo non licet alicui per obedientiam ſedis apoſtolice ꝯtrarie. ꝓpter ꝙ Grego. xix. di. c. Nulli fas ait. Nulli fas eſt vel velle vel poſſe tranſgredi apoſtolice ſedis p̃cepta: nec noſtre diſpoſitionis miniſterium: quod veſtram oportet ſequi charitatẽ: ſit ergo ruine ſine dolore proſtratus quiſqʒ apoſtolicis voluerint contraire decretis. Item Caliſtus papa. xi. diſt. c. non decet. ait. Nulli dubium eſt ꝙ apoſtolica eccleſia mater eſt omnium eccleſiarum: a cuius vos regula ⁊ obedientia nullatenus ꝯuenit deuiare ſed ſicut filius dei venit facere voluntatẽ patris ſic vos voluntatẽ implete veſtre matris que eſt eccleſia. quicquid igitur ſine diſcretione iuſtitie contra ius ⁊ diſciplinam eccleſie actũ fuerit ratũ habere nulla ratio pmittit. Hec ille. Itẽ Greg. eadem diſtin. ca. preceptis. dicit. Preceptis apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatis: ſʒ p obediẽtiam q̃ a ſancta romana eccleſia ⁊ apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt ſalutifere impleant̃: ſi eiuſdẽ ſancte dei eccleſie que eſt caput noſtruʒ ꝯmunionẽ habere deſideratis. Hec ille. Item extra de conſti. c. canonum. precipitur. Canonum ſtatuta ab omnibus cuſtodiant̃ ⁊ nemo i iudicijs eccleſiaſticis ſuo ſenſu ſʒ ſimpliciter eorũ auctoritate ducatur. hec ibi. Similis ſententia ibidem habetur. c. quoniam. Iteʒ extra de ma. ⁊ obe. c. ſi quis. Greg. ait. Siquis venit contra decretuʒ epiſcopi ⁊ ſedis apoſtolice ab eccleſia abiciatur. In li. Regum legitur. primi Regum. xiij. Qui nõ obedierit principi. glo. i. pape morte moriatur. Et ibidem. c. oẽs. Clemens ait: Oẽs principes terre ⁊ ceteros omnes epiſcopis obedire: ⁊ eorum decretis Petrus precipit. Et ibidẽ. c. ſi ıud. Inno. tertius ait. Cum ſpiritualia ſint temporalibus digniora ⁊ obedientia melior ſit q̃ꝫ victime ⁊ holocauſtum magis q̃ꝫ adipem arietũ offerre: non debet quis pro tpali cõmodo incurrere inobedientie notam ⁊ apoſtolicis iuſſionibus contraire. Deniqʒ Greg. viij. q. i. c. Sciendum. ait. Si eni quaſi peccatũ arriolandi eſt repugnare. ⁊ quaſi ſcelus ydolatrie nolle acquieſcere ſola ẽ q̃ fidei meritum poſſidet obedientia ſine qua quiſqʒ infidelis eſſe conuincitur etiam ſi fidelis eſſe videatur. Ultra preceptum eccleſie tenetur etiam quiſqʒ ex precepto Chriſti hoc ſacramentum ſumere. Jo. vi. dicentis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊c. Adeo enim hoc preceptum Chriſti vnũquemqʒ obligat preſuppoſito ꝙ ſit p̃ceptuʒ ꝙ etiam ſi eccleſia contrariũ preciperet nullus teneretur ſibi obedire: quin potius deberet quiſqʒ ⁊ teneretur ſacramentum ſumere. Sic enim dicitur actuum. v. Obedire magis oportet deo q̃ꝫ hominibus. Et extra de ſen. excõi. c. Relatum. extra de voto. c. ex multa. ⁊. ii. q. 3. c. quiſqʒ plus deo q̃ꝫ homini deferendum eſt. immo extra de reſti. ſpo. c. litteris. dicitur. Obediendum non eſt in his q̃ ſunt contra deum ſʒ magis excõmunicationem humiliter ſubſtinendum. Similis ſententia ponit̃. ii. q. 3. c. ſi quis eps inter ⁊ duobꝰ. c. ſequẽtibꝰ. Itẽ. xvi. q. 3. c. 13. Ex quo duplici precepto patet qualiter quiſqʒ de neceſſitate ſalutis tenetur hoc ſacramentum deuote ſuſcipere. Si autem forte quereres quare deus nõ inſtituit hoc ſacramentũ eẽ ſumendũ tempore legis nature: ⁊ tempore legis ſcripture: ſicut fecit tempore legis gratie. Reſ. ſm Ricar. in. iiij. di. vij. argu. i. q. iiij. in ſolu. ſecundi argumenti. Et ẽt ſm Tho. ſ. iiij. di. viij. ar. iij. q. ij. ⁊ ar. iiij. q. ij. ꝙ hoc ſacramentũ nõ debuit inſtitui tempore legis nature nec tempore legis ſcripture: ſed ſolũ tpe legis gratie. ſ. poſt eſum ligni vetiti. qd tali ratione oſtendo. Sacramentum eucharíſtie non potuit inſtitui ante verbum incarnatũ. Sed verbum incarnatum non fuit ante aduentum xpi in carne. Cuʒ ergo primis parentibus ſtatim peccantibus verbum in carne miſſum non fuerit nec mitti debuerit ob erroreʒ peccati cõmiſſi. ergo ⁊c. Sed forte arguens in oppoſitum tali ratione. exiſtẽte morbo ſtatim fuit neceſſaria medicina: ſed medicina ſpiritualis in remedium morbi proueniens eſt corpus xpi. ergo ⁊c. Reſpondeo duobus modis. Primo quia duplex eſt medicina. ſ. ſpiritualis ⁊ alia ſacramenti eucharíſtie. Prima autẽ ẽ penitentia ⁊ talis exiſtẽte morbo ſemper neceſſaria fuit vel in actu vel in habitu. Secunda. ſ. ſacramenti eucharíſtie nõ potuit eẽ ante aduentum chriſtiin carnem. Secundo reſpõdeo ꝙ medicina ſpiritualis ꝯtra peccatũ eſt duplex. vna verbi dei. ⁊ iſta ſemper fuit. habuerat. n. ſemper verbũ aliquo vel interne inſpirationis vel doctrine exterioris vel ſpiritualis ꝯſolationis ſuſtẽtãs eos in via. Uerbũ autem incarnatum quod eſt viaticum perducens ad patriã nõ debuerunt habere ante tẽpus proueniẽdi in patria: ꝙ nõ fuit eis ꝯceſſum in peccati deteſtationem. ℂ Secundo dico ꝙ non debuit inſtitui ſacramẽtũ tpe legis ſcripte. ſ. Moyſi qd tali rõne oſtẽdo. lex amoris ⁊ lex timoris reſpectu eiuſdẽ nõ cõpatiunt̃ ſe ſimul. Sed lex vetꝰ erat lex timoris. lex ãt noua. ſ. euangelij ẽ lex amoris. cũ ḡ eucharíſtie ſacramentũ ſit amoris vel charitatis. ergo ⁊c. Sʒ forte argues in oppoſitũ ſic: ſacrm̃ eucharíſtie ẽ ſacrm̃ amoris vel charitatis. Sed populus iſrael fuit deo dilectiſſimꝰ. vñ dr̃ exodi. iiij. Filiꝰ meꝰ primogenitꝰ iſrael. ḡ ⁊c. Reſpondeo duobus modis. Primo ꝙ fuit dilectiſſimus pro illo tpe ꝯparatione alioꝝ populorum qui hydolis ſeruiebãt nõ cõparatione noui teſtamẽti. de quo dr̃. i. pe. ij. Uos eſtis gens ſancta genꝰ electũ regale ſacerdotiũ ⁊ ppl's acquiſitiõis. ℂ Scđo dico ꝙ ppl's noui teſtamẽti nõ excludit̃ ab illo puilegio amoris rõne cuiꝰ Iſrael primogenitꝰ dicebat̃. ſ. rõne pmiſſe hereditat̃. Immo ex hoc ẽ magis dilectꝰ a deo eo ꝙ nõ ẽ electꝰ ad hereditatẽ terrenã ⁊ tpalẽ vt ppl's iſrael ſʒ ad celeſtẽ ⁊ eternã. ℂ Tertio dico ꝙ debuit inſtitui ſolũ tpe legis grẽ. ſ. poſt aduentũ xpi in carne ⁊ nõ ãte vniri. rõe e vʒ excellentie. Nã ſacrm̃ eucharíſtie preceteris plenitudinẽ gratie ꝯtinet. pp qd. i. q. i. c. multi dr̃ eucharíſtia grece latine bona grã interpretat̃. Sed certũ ẽ ꝙ tẽpus plenitudinis gratie ab incarnatione xpi incepit ⁊ nõ ante. vnde ⁊ Jo. i. dr̃. de plenitudine eiꝰ gratie oẽs accepimꝰ. ergo p ſupradicta oĩa bñ cõcludit̃ ꝙ nõ tempore legis nature nec tempore legis ſcripture: ſed ſolũ tpe legis euãgelice debuit hoc ſacramentũ inſtitui: ⁊ de ipſo ſumẽdo veris fidelibꝰ preceptũ dari. Quarto etiam probo rõne perfectionis ꝙ ſuſceptio ſacramenti cuilibet adulto eſt neceſſaria ad ſalutem. Fundamentum rõnis ponit Boetius in ſuo libro topicoꝝ. di. Principia rerũ naturaliter ſunt ſuis effectibus perfectiora. patet hec regula. Nã papa ⁊ ſi hãc perfectionẽ habet ꝙ ꝯſecrat epõs. tñ eis nõ cõmunicat auctoritatẽ ꝯſecrandi alios in epiſcopos. Similiter mare magis retinet apud ſe de aqua q̃ꝫ cõmunicet ceteris fluminibus. hoc idẽ facit ſol in cõmunicationẽ lucis erga lunã ⁊ ſydera. Quo preſuppoſito peto an qlibet dñs ⁊ dña habentes ſeruos ⁊ ſeruitrices ſeu quilibet tutor hñs pupillos tenetur hẽre hãc pfectionem charitatis vt inducãt rõnabilr̃ quãtũ poſſe filios ⁊ filias ⁊ ſuos ⁊ nutrices famulos ⁊ pupillos ſub pena peccati mortalis ad ſuſceptionẽ huiꝰ ſacri. Et certũ ẽ ꝙ ſic. ⁊ ratio eſt qr Mathe. xx. precipitur vnicuiqʒ vt diligat proximum ſuum ſicut ſeipſum. Quod ſi eos ad hoc non inducunt faciendum: nequaq̃ꝫ diligunt predictos proximos ſicut ſeipſos cũ non conſulant eos ad ſalutẽ animarũ ſuarũ. propterea eccleſiaſtici. vij. ſapieñ. ait. Filii tibi ſunt: erudias eos: ⁊ incur

na illos.ſ.ad ſuſcipiendum hoc ſacramẽtũ.
Accipite o parentes exemplum a beſtijs vt
puta a canibus:ab auib⁹:ab aſinis:ꝛ cete
ris:que tantam habent curam vt filios ſu
os corporaliter bene nutriant:ꝛ ſi illi hñt
curã de corpore:multo tu de anima filioꝝ
tuorum curam habere debes. Sed heu. Ec
ce ſm Bernar.ꝙ ſi cadit aſinus in foueam
ſtatim paterfamilias ſubleuat eum:ſi autẽ
filius eius cadit in foueã trãſgreſſionis do
minici ꝛ eccleſiaſtici precepti vtputa quãdo
non confitent̃ nec cõmunicant:claudit ocu
los tacet nec ſubleuat eum per inductionẽ
ꝛ correctionẽ. Ecce pater quia plus amas
aſinum ꝗ̃ filiũ. Taceo de cura maria quã
habes in nutriendo corpus filij tui.nã du3
tener eſt trahis eum per manus:tecum du-
cis:amplexaris:ꝛ obſcularis:dum vero
magnus eſt:omnia diſponis erga eum vt
tantum appareat coram mundo:vno bello
pezo de carne:nec curas facere illu3 canoni
cum:abbatẽ:doctorem:armigerũ:comitem:
militẽ ꝛc̃.huiuſmodi.Que omnia ſibi facis
pro mundi honore ꝛ pro ſui corporis dele-
tatione:ſed de ſalute anime ſue nihil ꝑfe-
cto queris ac ſi in totũ eẽt aĩal irrationale.
Hoc idẽ dico de medicis circa egrotos:q2 ſi
grauiter ſtant tenentur eos inducere ſub
pena excõmunicationis ad ſuſceptionẽ ſa-
cramentoꝝ:ſicut expreſſe habet̃ tertus extra
de pe.ꝛ re.c.cum infirmitas.Et nota ꝙ dixi
ꝙ tales ſupradicti debẽt induci ꝛ non cogi:
quoniã nihil põt eſſe bonum niſi ſit volũta
riũ.vt habetur.xx.q.3.c.preſens.ꝛ inſuper
quia coacta ſeruitia deo non placent ſicut
dĩ.xx.q.i.c.illud.xxiij.q.vi.c.iam vero.xxv.
di.c.de iudeis.His premiſſis ſi ſupradicti
tenent̃ ſupradictos inducere ad ſuſceptio-
nẽ dominici ſacramenti:multomagis incõ-
parabiliter tenẽt habere hanc perfectionẽ
charitatis erga ſeipſos:precipue cũ phs.ix.
ethi.dicat.Quod amicabilia que ſunt ad
alterum prius inſunt amicabilibus ꝗ̃ ſunt
ad ſeipſum.Et Aug.li.de doc.xp̃iana dic̃.
Regulam diligendi proximum a ſeipſo pri⁹
dilectio accepit:Sed heu quid dicam de il-
lis qui non cõmunicant:nec filios nec ſer-
uos ad cõionẽ inducunt:tales profecto du
plex mortale cõmittunt.Quãplurimũ tamẽ
accidit ꝙ filij ꝛ ſerui nõ cõmunicant:quia

patres ꝛ dominos cõmunicare non vidẽt.
vnde.i.q.iiij.eccleſia.dĩ.Aliquando pro me
ritis prelatorum deprauatur vita ſubditoꝝ
vt ꝓlatis ſuis ſubditi fauentes ad malũ cũ
illis ſimul corruant:ſicut filij iſrael dum pec-
cata ſacerdotum portantes:tandem cũ eis
in manibus hoſtium ceciderunt. Et Inno.
tertius extra de voto ꝛ voti redemptione.c.
magne.ait.Quod enim agitur a prelatis fa
cile traditur a ſubditis in exemplum.Tali-
bus conuenit ꝙ Nico.papa allegans Gre.
ij.q.3.precipue ait.Scire ꝓlati debent q2 ſi
peruerſa perpetrant tot mortibus digni ſũt
quot ad ſubditos ſuos perditionis exem-
pla trãſmittunt.Unde neceſſe ẽ vt tãto cau
tius ſe cuſtodiant quanto per praua ꝗ̃ faci
unt nõ ſoli moriunt̃. ¶ Quinto hoc idem
ꝓbo rõne argumentatiõis.ꝙ.ſ.quiſq3 de-
uote d3 ſumere ſacramẽta eucharistie.peto
ergo an quis ſumeret cibũ materialẽ pro vi
tanda aliqua infirmitate grauiſſima ꝛ cer
tũ eſt ꝙ ſic:a fortiori qſq3 tenet̃ ſumere ſa-
crã euchariſtiã ne aĩa ſua ſp̃uales infirmi-
tates recipiat ꝛ diuerſimode letaliter vulne
retur.Nã.x.vulnera grauiſſima infligunt̃
aĩe euchariſtiã ſumere nolẽti.Quoꝝ Pri-
mũ dĩ vuln⁹ offenſiõis. Scdm dĩ vulnus
mortificationis.Tertiũ dĩ vuln⁹ priuatõis.
Quartũ dĩ vuuln⁹ ſcandalizationis.Quin
tum dĩ vuln⁹ excõicationis.Sextũ dĩ vuln⁹
excluſionis.Septimũ dĩ vuulnus inabſo-
lutionis.Octauũ dĩ vulnus ſepeltionis.
Nonũ dĩ vulnus certificationis.Decimu3
dicitur vulnus exhoratiõis.¶ Primũ vul-
nus quod infligitur aĩe ſacramentum con-
temnenti dicit̃ offenſionis:v3 ſedis apoſtoli
ce:cui non obedit.Nam talis cõmittit illud
grauiſſimũ peccatũ inobedientie pro quo
Adam ꝛ Eua expulſi fuerunt a paradiſo:ꝛ
per ꝯñs totum mũdũ contaminauerunt:de
qua grauitate peccati inobediẽtie Grego.
papa.lxxxi.diſti.c.ſi qui ſunt preſbyteri.ait.
Qui vero huic precepto ſaluberrimo obedi
re noluerint hydolatrie peccatũ incurrunt.
Samuele teſte inſtruẽte.Peccatũ arriolã-
di ẽ nõ obedire ꝛ ſcelus hydolatrie nõ acqe
ſcere.i.R.xv.Peccatũ igit̃ paganitatis in-
currit qſqs dũ chriſtianum ſe eẽ aſſerit ſe-
di apoſtolice obedire ꝯtemnit.¶ Scd3 vul-
nus qd̃ infligit̃ aĩe ſacramentum ꝯtemnẽ-



ti dicit̃ mortificatiõis.Nã talis anima ſpi
ritualiter moritur:quia ſicut corp⁹ ſine ma-
teriali cibo morit̃:ſic anima ſine cibo ſacra
mẽti.Et ideo Ezech.xviij.dicit̃.Anima que
peccauerit ipſa morietur. Et glo.ſuper ver-
ba luc.xii.ignem veni mittere ꝛc.ait. Sic aq̃
extinguit calorem ignis:ſic peccatum extin-
guit in anima feruorem diuine charitatis.
quo mõ enim charitatẽ in ſe habet q in ho
ſpitio animie nõ vult recipere ſuum ſalua-
torẽ:Jõ Mat.xxv.in iudicio dicet.hoſpes
erã ꝛ nõ collegiſtis me.¶ Tertiũ vuln⁹ qd̃
infligitur anime ſacramentũ contẽnenti di
citur priuationis.certum eſt enim vt habet̃
extra de etate ꝛ qualitate ordinandoru3.c.
cum hone.ꝙ q non obedit pape ꝛ ſedi apo
ſtolice:merito priuatur omni offitio atq3 be
neficio:a fortiori ipſe chriſtus q eſt iuſtior
pape ꝛ ſede apoſtolica priuat cõtẽnentem
euchariſtiam oĩbus ſuis meritis. Sic enim
dicit̃ extra de re.iudi.in regula defleat.De-
fleat peccator:q2 offendens in vno factus
eſt omniũ reus.Et Eccleſiaſtes.ix.dicit̃:qui
offendit in vno multa bõa ꝑdet.¶ Quar-
tum vuln⁹ quod infligitur anime ſacramẽ
tum cõtẽnenti dicitur ſcandalizationis:ta-
lis non communicans profecto ſcandalizat
omnes vicinos de terra vel ciuitate ꝛ ideo
tot penas meret̃ quot ꝑſonas ſcandalizat.
Sic enim dicit Jeroni.i.q.i.c.Si quoſcũq3
Quicunq3 inquit vitam ſuam in ſcandalũ
populi inducunt:rei ſunt omnis iſidelitatꝭ
eorum qui ſcãdalizant̃ hec ille.ꝓpterea ſal
uator Mat.xviij.ait. Qui ſcandalizauerit
vnũ d pu.his qui in me credũt ꝛc.ꝛ ſubdit
vhe homini illi ꝛc.¶ Quintũ vuln⁹ qd̃ in
fligitur anime ſacramẽtum cõtẽnenti dicit̃
excõmunicationis. Scdm enim hoſtien.in
c.omnis vtriuſq3 ſexus.de peniten.ꝛ remi.
Siquis preſbyter habet parochianũ nolen
tem communicare neq3 confiteri.Primo il
lum arguat opportune.ſcilicet illũ mundo.
Secũdo importune.ſcilicet corripiendo ſu-
ſpendendo ꝛ interdicendo.Tertio aũt cre-
ſcente contumatia debet excõmunicari vel
ſuperiori denuntiari:ꝛ de hoc habet̃ expreſ
ſe tex.di.xviij.c.decernim⁹.di.xxiij.c.quorũ
dã.ij.q.3.c.Si aũt.ꝛ.c.ſe.32.q.v.c.ꝓceptu3.
¶ Sextũ vulnus qd̃ infligit̃ aĩe ſacramen
tum contẽnenti dicitur excluſionis.Quicũ

q3 nõ cõmunicat debet omnino ab eccleſia
excludi nec debet permitti ꝙ cũ alijs fideli
bus eccleſiam ingrediatur pro miſſis vel of
ficijs audiendis. Unde de peni.ꝛ remiſ.c.
omnis dr̃.Non cõmunicans viuens arcea
tur ab ingreſſu eccleſie.Similiter de conſe.
di.ſecunda.c.ſi quis intrat.dr̃. Qui auer-
tit ſe a cõmunione talẽ decernimus ab ec-
cleſia eſſe proijciendũ. ¶ Septimũ vuln⁹
quod infligitur anime ſacramentu3 contẽ-
nenti dicitur inabſolutionis.Quicũq3 con
fitetur ſemel in anno prout iniũgit eccleſia:
ꝛ nõ proponit ſumere corpus chriſti ad mi
nus ſemel in anno:talis confeſſio eſt inutil̃
ad ſalutem niſi forte in caſibus licitis quã
do ſcilicet differt̃ ipſa cõmunio ꝓ rõnabili
cauſa.ꝛ ratio eſt quia vtrunq3 precipit̃ ſub
peccato mortali.Si igitur confiteris ꝛ com
municare non vis:diſponis te ad non obe-
diendum eccleſie ꝛ ſic remanes in mortali
peccato ꝛ abſolutio non valet ad ſalutem.
¶ Octauum vulnus quod infligit̃ anime
cotẽnenti ſacramentum dicitur ſepelitionis
Quicunq3 non cõmunicant in paſcha ſi d
cedunt ſine ſignis penitẽtie nequaꝗ̃ debẽt
ſepeliri in eccleſia. Ut ſi in dicto.c.de peni.
ꝛ remiſ.c.omnis.dicitur.ꝛ moriẽs careat ec
cleſiaſtica ſepultura. Quia eni3 tales vt be
ſtie vixerunt:ideo ſepultura nõ ſacra ſ3 be
ſtiarum eis debet̃:propter qd̃ Jere.22.dicit̃
ſepultura aſini ſepelietur:ꝛ hoc ad eorũ cu
mulu3 dãnationis pro vt habetur.23.qõne
ij.c.cũ grauia.ꝛ.c.quibus:ꝛ ratio quare nõ
debẽt ſepeliri eſt:quia.13.queſtione.ꝛ.c.non
eſtimemus.dr̃. Deuote ſepulture officium:
bone fidei eſt teſtimoniũ. Et ideo ne clerici
ꝛ ſeculares ſint falſi teſtes prohibentur ſub
pena peccati mortalis ne interſint eorum ſe
pulture ſicut habet̃ expreſſe extra de rapto
ribus.c.2. Et qd̃ plus eſt ſi in loco ſacro ſe
pulti fuerunt tales:qcunq3 cognoſceret oſſa
eorũ tenetur ſub pena peccati mortalis illa
exhumare ſicut expreſſe habetur tex.extra d
ſepultu.in.c.ſacris.Et ſi eccleſia vel cimite-
rium erant ꝯſecrata fuerunt violata:ꝛ ideo
oportet ea iterum reconſecrari ꝛ recõciliari
ſicut habetur extra de conſe.eccleſiarũ.c.cõ
ſuluiſti.¶ Nonũ vuln⁹ quod infligitur ani
me ſacramentum contẽnenti dicitur certifi
catiõis. Quicũq3 nõ cõmunicat habet ce

titudinem de eterna morte:ſicut qui medici
nam ſpernit certitudinem habet de corpora
li. Et hoc ſm Alexandrū de ales in.iiij.q̃
talis in hoc ſacramento.iiij.bona excellen
tiſſima contĩnet. Primo preſentiā ſaluato
ris Scḋo memoriā humane redẽptionis.
Tertio abundantiam diuine charitatis.
Quarto medicina ꝓpꝛie infirmitatis. hec
Alexander. ¶Demū ⁊ vltimū vulnus qḋ
infligitur aie cõtẽnenti ſacramentū dꝛ cro
tationis. Quocunq; nõ cõmunicat ſi mo
riatur ſine ſignis penitentie nullus põt pro
eo publice exorare:imo ſi qs publice ꝓ ipſo
aut dicũt miſſas ⁊ offĩm aut dicẽ ſac vter
q; mortalr peccat cum ſit ꝯ preceptū eccle
ſie.ſicut habetur expſſe.de pen.c.ad audiẽ
tiam. Et extra de ſta.mona.c.i.⁊.c.cum ſu
per quodã.extra de ſepultu:c.ex pte paren
tum. Et extra de furtis.c.2. Itẽ.15.q.2.c.pro
obeuntibus.c.non extimemus.⁊.c.de qbus
Et.25.q.v.c.placuit. Deniq; extra de ſentẽ.
excõmun.c.a nobis.ſcḋo. Et.c.ſacris.dicit
Quibus cõmunicam⁹ in vita debem⁹ con
municare ⁊ in morte:ſed quibus nõ cõmu
nicamus in vita nec in morte cõmunicare ḋ
bemus.ſ.per ſuffragium orationum. Jo.i.
Jo.v.dicitur. Eſt peccatum ad mortẽ non
dico vt pro eo quis roget. Proinde in figu
ra. Mat.ſecundo dicitur. vox in rama audi
ta eſt: Et ſequitur quia non ſunt. Rama ex
celſum interpꝛetatur ⁊ ſignificat quãdo alte
cantatur miſſa vel officiū pro ſic defuncto.
Rachel.aũt.i.eccleſia plorat ⁊ non vult cõ
ſolari:ideſt nõ acceptat orationes:⁊ hoc q:
nõ ſunt ſcilicet in purgatorio vl in loco me
ritorio. Ex predictis igitur.v.rationib⁹ pa
tet qualiter quiſq; vel neceſſitate ſalutis tene
tur ſaltem ſemel in anno euchariſtiã deuo
te ſuſcipere. ¶Quarto deniq; hoc idẽ pro
bo figuris.primã figurã habemus de agno
paſcali. Qui vt habetur Exo.12.debebat ex
ꝓcepto a filijs iſrael ſemel in anno mãduca
ri:⁊ ſignificat. Quicunq; vult eſſe ver⁹ chri
ſtian⁹ ſaltem ḋꝫ ſemel in anno chriſtū qui
agn⁹ eſt vt habetur Joã.primo ſub ſacra
mento ſuſcipere.propter ꝙ Inno.terti⁹ in
quibuſdam ſententijs ſic dicit. Neceſſario
quippe a nobis ſumendus eſt agn⁹ vt a va
ſtãte angelo protegamur nec exire poſſum⁹
de egipto niſi celebrando phaſe paſcalem
agnū edamus.hec ille. Aliam figurã habe
mus gen̄ ſeptimo.vbi legitur ꝙ tẽpore dilu
uij nullus extra archam noe ſalu⁹ fuit:ergo
a ſimili nullus ſaluari põt niſi eccleſie deſ
cõiungatur per ſuſceptionẽ dñici ſacramẽ
ti. Proinde Ma.22.ponitur de hoc ſimilitu
do vbi dicitur. Quod cum quidã rex ples
inuitaſſet ad nuptias filij ſui illi ꝓo venire
contẽpſiſſent:⁊ vltra hoc eius ſeruos occi
diſſent ſtatī rex miſſis exercitibus ſuis per
didit omnes homicidas illos ⁊ ſuccendit
omnes ciuitates eorum igni. Qua ſimilitu
dine datur intelligi ꝙ quicunq; nõ accedit
ad cenam agni prouidi.i.ad ſuſceptionem
dñici ſacramenti ad quã ipſe chriſtus oẽs
inuitat Mat.11.di.venite ad me omnes q
labo.⁊ one.eſtis:⁊ ego re.vos.ſ.hoc ſacra
mento:perdet eos oẽs atq; ſuccẽdet i eter
nam gehẽnam. Ex predictis igitur auctori
tatibus diſtinc.rõnibus atq; figuris patet
etiam de realitate dominici ſacramenti ſua
neceſſitas. Ubi oſtenſum fuit qualiter null⁹
inuitus ſaluari põt niſi deuote ſacrã eucha
riſtiam ſuſceperit. Rogem⁹ ergo dominum
ieſum chriſtum vt nobis omnibus ꝯcedat
digne ipſum recipere. Qui ex immenſitate
amoris ſeipſum nobis in cibum preſtare di
gnat⁹ eſt:qui viuit ⁊ regnat deus bñdict⁹
per infinita ſecula ſeculorum Amen.

¶Feria quarta poſt dñicam oliuaꝝ. Itẽ
de ſeptima excellentia ipſius ſacratiſſime
fidei:ſeu de realitate dominici ſacramenti.

ACcepto pane
gratias egit ⁊ fregit,⁊ ddit
eis di.hoc eſt corpus meum
qḋ pro vobis tradẽ hoc fa
cite in meam cõmemorationẽ. Scribuntur
hec verba. Luc.22.c.⁊ in paſſiõe currentis
ferie. Declaratis duabus primis concluſio
nibus dominici ſacramenti ſpectabiles ci
ues vos eius veritate atq; neceſſitate: ha
beo in preſenti tertiam eius concluſionem
ſingulariter declarare que dicitur conclu
ſio ſpecialitatis. Cuius tertie concluſionis
declaratio talis erit.

¶De tertia cõcluſione dominici ſacramẽ
ti que dicitur concluſio ſpecialitatis.

Tertia igitur ꝯcluſio.ḋ realitate do
minici ſacramenti i ordine declarã
da dicit cõcluſio ſpecialitatis. Quã
uis in precedenti ſermone oſtenſum fuit ꝙ
oẽs de neceſſitate ſalutis tenentur ſaltē ſe
mel in anno ſacram euchariſtiam ſuſcipere.
hoc intelligendum ẽ ſimpliciter de his q ha
bent dignam diſpoſitionem ad ſuſcipiẽdū
tñ ſacramentū. Quoniã igitur vt dicitur.2.
de anima actus actiuorum nequaꝗ̃ inſunt
niſi in patiente ſeu ſubiecto bene diſpoſito.
Hinc eſt ꝙ multi habent varias indiſpoſi
tiones huic ſacramento proſus ꝯtrarias.
Et ideo intendo in ſpẽ ḋ ipſis tractare oſtẽ
dendo ꝙ exiſtens in tali ſtatu:debeat omni
no a perceptione ſacramenti ſe abſtinere:cū
digne non poſſint ſuſcipere euchariſtiam ſi
cut dictum eſt. Ut igitur quiſq; ſciat ⁊ itelli
gat quot ſunt ſpecialiter illi qui nequaꝗ̃ cõ
municare debent ſed prorſus ꝯmunio ẽ eis
deneganda: concluſionaliter tenendum eſt
ꝙ inter ceteros.12.ſunt genera hominū ⁊ ꝑ
ſonarum que ſucceſſiue ⁊ ſeriatim inferi⁹ de
clarantur:qui nequaquã hoc ſacramẽtū ſu
mere debẽt ſeu qb⁹ ẽ cõio oino denegãda.

¶De.12.generibus ꝑſonarum que debent
omnino abſtinere a cõmunione.

Primum igitur genus hoīū ⁊ perſo
narū quod digne ꝯicare non poteſt
immo cui ẽ omnino ꝯmunio denegã
da.ſunt omnes illi q generaliter actu vl' ha
bitu ſeu ꝓpoſito ſunt in aliqua mortali cul
pa. Unde regulariter nullus exiſtẽs in mor
tali culpa hoc ſacratiſſimum ſacramẽtū ſu
mere debet. Quod quintuplex probo. Pꝛio
auctoritatibus. Scḋo diſtinctionibus. Ter.
tio rationibus. Quarto figuris. Quinto exẽ
plis. ¶Primo probo auctoritatibus.ꝙ qſ
q; debet eſſe mundus a mortabili culpa:ali
ter non debet preſumere tñ ſacramentum
ſuſcipere. Unde apoſtolus prime ad cor.11.
dicit. probet autem ſeipſum homo:⁊ ſic de
pane illo edat.⁊c. Et ille.ſ.indi.man.⁊ bi
bit.glo.ac ſi chriſtum occideret puniet. Itē
Aug.ſuper Jo.ait. Nullus ſpiritualiter chri
ſtum manducat niſi qui innocẽtiã ad altare
portat. Portet igitur vnuſquiſq; mũdã cõ
ſcientiam ad ſacramentum ne ſi immundã
portauerit in eū ſathanas tanꝗ̃ alterū Ju
dam ingrediatur. hec ille. Itẽ Mat.7.ſal
uator ait. Nõ ẽ bonum dare ſcm̃.ſ.ſacrm
canibus.i.eis qui viuũt vt canes:nec mitte
re margaritas ante porcos.i. ante eos qui
viuunt vt porci. Item Alexan.papa de con
ſe.di.2.c.nihil ait. Nihil in ſacrificijs maius
poteſt eſſe ꝙ̃ corpus ⁊ ſanguis Chriſti:nec
vlla oblatio hac potior ẽ ſed h̄ oẽs precellit
que pura conſcientia domino offerenda eſt
⁊ pura mente ſumenda atq; ab omnib⁹ ve
nerãda:⁊ ſicut potior eſt ceteris ita poti⁹ ex
tolli ⁊ venerari debet. Ex quibus auctorita
tibus patet ꝙ nullus cum conſcientia pec
cati mortalis accedere debet ad ſumendū
hoc ſacramentum. Scḋo hoc idẽ probo di
ſtinctionibus:⁊ primo diſtinctione Ric.i.iiij
di.ix.ar.2.q.i.in corpore.q.dicentis. Cū qri
tur an exiſtẽs in peccato mortali debeat ſa
crm ſuſcipere. Reſpondeo ꝙ non q: cū ni
hil in ſacrificijs ſit precioſius hoc corpore
debẽt pura mente venerari: ⁊ ideo volens
accedere ad hoc ſacramentum debet exami
nare ꝯſcientiam ſuam ſm apoſtolū.i. Cor.
11.⁊ ſi videat ſe eẽ i pctõ mortali.ſ.q: videt
ſe nõ ſpenitere de pctõ mortali:iã ꝯmiſſo vel
eſſe in propoſito aliud ꝯmittẽdi:⁊ ſi i tali ſta
tu homo ſuſcipit ſacramentum mortaliter
peccat propter irreuerentiam quam facit ſa
cro ⁊ rei ꝯtente:⁊ etiam q: eſt eccleſiaſtici ꝓ
cepti tranſgreſſor. Ille etiam q ſm rei verita
tem nõ ẽ in pctõ mortali credit tñ eſſe:ſi cū
tali ꝯſciẽtia hoc ſacramẽtū ſuſcipit morta
liter peccat:q: eſt reuerentie ſacramẽto de
bite ꝯtemptor. Si autem non videt ſe eſſe i
mortali peccato nec credit:⁊ tamen eſt: aut
hoc prouenit ex omiſſione debite diligẽtie i
examinãdo ꝯſcientiam.⁊ tunc dico ꝙ mor
taliter peccat nõ tñ ita grauiter ſicut prius
Aut nõ prouenit ex omiſſione debite diligẽ
tie in examinando conſcientiam quã tenet
homo adhibere:ſed q: homo de lege cõmu
ni cert⁹ eſſe nõ poteſt vtꝝ peniteat digne ſꝫ
illḋ eccliaſtes. Nemo ſcit vtꝝ odio an amo
re dignus ſit eccleſiaſtes.ix. ⁊ ſic accedẽs in
peccato mortali ad ſuſceptionem huius ſa
cramenti non peccat mortaliter:ſed ꝯſequi
tur remiſſionem latentis peccati. Aliter.n.
quandocũq; homo hoc ſacramentum ſuſci
peret:exponeret ſe periculo peccati mortal'
quod falſum eſt.hec Ricar.verbaliter. Aliã
diſtictiõꝫ põit Tho.i.iiij.di.ix.ar.i.et ẽt põit

de tarañ. ibidem circa. ſecundum probleme
ar. i. d. Cum queritur inquiunt an mortalit
peccat qui ſacramentum ſuſcipit cum con/
ſcientia peccati mortalis. reſpõdemus ꝙ ſic
Nã habẽs cõſcientiã peccati mortalis qd
non dimittere, ꝓponit peccat mortaliter du
pliciter. ſ. corpus Chriſti ſumẽdo ⁊ nõ ſumẽ
do. Primo peccat non ſumendo tpe ab ec
cleſia conſtituto eo ꝙ eſt inobediens precep
to pape. Secundo peccat ſic accidẽs ad ſu/
mendum eo ꝙ talis indigne accedit. Nõ ꝙ
peccat ex eo ꝙ facit quod papa mandat ad
quod tenetur: quia nullus cum facit ad qd
tenetur non peccat. Sed talis ideo mortali/
ter peccat qꝛ malo modo ꝯmunicat nec in/
ſuper peccat ꝯmunicans cum ꝯſcientia pec
cati mortalis qꝛ res ſit mala quaꝫ recipit ſꝫ
qꝛ ille malꝰ male recipit qd ẽ ex ſe optimũ.
ſcilicet corpus Chriſti. vnde cũ corpꝰ Chri/
ſti ſit de maximis bonis: nullus peccat qꝛ re
bona vtitur ſed qꝛ malo modo ea vtit̃ ſicut
virtutibꝰ que ſunt de maxime bonis aliqs
male vtitur non ꝙ actus eliciendo ſit malũ
ſꝫ de eis ſuperbiendo ⁊ gloriãdo: verũtamẽ
talis manente propoſito peccãdi minus ⁊ le
uius peccat corpꝰ Chriſti non ſumendo: ꝙꝫ
ſumendo: ⁊ ratio eſt qꝛ illud quod eſt malũ
ſm ſe ẽ maius malum ꝙꝫ illud quod malũ
qꝛ prohibitum. Modo igitur ſic eſt ꝙ ſumer̃
corpꝰ. Chriſti cum ꝯſcientia peccati morta/
lis eſt ſimpliciter ſm ſe malum. non ſumere
autem in feſto paſche non eſt ſm ſe malum
ſed ſolum qꝛ hoc eſt contra preceptum eccle
ſie: vnde prius debet ſe quiſqꝫ excõmunica/
ri permittere ꝙꝫ cum peccandi propoſito cor
pus Chriſti velle ſuſciper̃. h Tho. ⁊ Petrꝰ
Aliã deniqꝫ diſtin. ponit Ricar. in. iiij. di. ix.
ar. iij. q. i. in cor. q. di. Cum queritur an exi/
ſtenti in peccato ſacerdos peccat dãdo ſibi
ſacramẽtũ. Rñdeo ꝙ ille quẽ ſacerdos ſcit
eẽ in pctõ mortali: aut nõ petit euchariſtiaꝫ
ſibi dari: ⁊ tũc diſtinguo qꝛ aut ſuũ pecca/
tum mortale eſt occultum aut manifeſtum:
Si manifeſtũ tũc ſacerdos ſibi dando eu/
chariſtiam peccaret: qꝛ contra ipſum habet
exceptionẽ quã ſibi publice obicere poteſt: ⁊
accipio hoc manifeſtũ pro omni eo quod
probari poteſt quod magis proprie dĩ ma/
nifeſtabile ꝙꝫ manifeſtum. Unde ſi ſacerdos
ſciret parrochianũ ſuum eſſe in crimine qd

ontra eum poſſet probari legittime ita ꝙ il
lud crimen neſcirent cum ipſo niſi duo ve
teres teſtes: per quos h probare poſſet: nõ
propter hoc deberet euchariſtiã negare illi
in publico petenti qꝛ iã inferret ſibi penam
ante criminis probationem quod fieri non
debet. ij. q. 3. c. eorum. Sed accipio hic mani
feſtum pro notorio. Eſt autem peccatuꝫ no
torium vel per ſñiam vel per confeſſionem
factam in iure aut euidentiaꝫ rei que tergi
uerſatione aliqua celari non poteſt. extra d
coha. mulierũ. c. vl. Si autem peccatũ ſuuꝫ
eſt occultũ aut petit in occulto: ⁊ tunc ſacer
dos ſibi dando peccaret: quia habet cõtra
eum legittimam exceptionem quam ſibi in
occulto obicere poteſt: ⁊ ipſum debet mone
re ne petat in publico vt habetur de conſe.
di. 2. ne prohibeat. aut petit in publico ⁊ tũc
ſacerdos ſibi dare tenetur quia contra euꝫ
non habet legittimã exceptionem quã ei in
publico obicere poteſt. extra de offi. ordi. Si
ſacerdos. Et infra in ſolu. vlti. argumẽti ſub
iungit di. Caueat tamen ſacerdos ne ſic pe
tenti in manifeſto det hoſtiam non cõſecra
tã ſimulans ſibi dare corpus chriſti: quia ſi
hoc faceret grauiſſime peccaret. daret. n. ſi/
bi ⁊ populo occaſionẽ ydolatrandi quan/
tum in ſe eẽt. Ex predictis diſt. patet qualit̃
nullus exiſtens in peccato mortali accedere
debet ad h ſacramentum. Tertio hoc idem
probo. quinqꝫ rationibus. Primo ratione
augmentations. Secundo ratione profe/
ctionis. Tertio ratione argumentationis.
Quarto ratione comparationis. Quinto.
ratione incurſionis. ¶ Primo probo ratio/
ne augmentationis. ſ. peccati Nam commu
nicans in mortali augmentat peccatum ſu/
um nouum. ſcilicet peccatum committẽdo.
Fundamentum ratiõis ponit tho. lib. tertio
ꝯtra gentiles. allegans quandam ſententi
am ꝯmentatoris in lib. de ſubſtantia orbis
⁊ di. corruptis potentijs earum obiecta eis
plurimum ſunt nociua: patet hec regula in
oculo. Naꝫ ſi potentia viſiua egra fuerit cla
rum eſt ꝙ viſio aeris ⁊ ſolis que primo erãt
ſibi dlectabilia dicẽte ſalomõe eccleſiaſtices
ij. Dulce lumẽ ⁊ delectabile eſt oculis vide
re ſolem ſibi fiet nociua ad videnduꝫ ꝓ eo
ꝙ potẽtiã viſiuã ꝯtriſtant ⁊ magis dbilitãt.
Simuliter Potentia guſtatiua cuius cibus

prius erãt delectabilis: ſi infirmetur ⁊ detur
ei optimus cibus: ſtatim auget ſibi triſtitiaꝫ
⁊ dolorẽ. Que duo cõfirmans Auguſti. ait.
pallato egroto pena eſt panis: qui ſano eſt
ſuauis: ⁊ oculis egris odioſa ẽ lux: que ſa/
nis ẽ amabilis. hec ille. Cui ꝯcordãs Jo. os
auri. de ꝯſe. di. v. c. nihil ait. Nihil ſic iocun/
dũ eſt ſicut cibꝰ bene digeſtus aut decoctꝰ:
nihil ſic ſalutẽ nihil ſic ſenſus acumẽ opat̃:
nihil ſic egritudinẽ. fugat ſicut moderata re
fectio. Sufficiennia qppe cũ nutrimento ⁊
ſoſpitateꝫ ſimul procreat ⁊ iocũditatẽ: abũ
dãtia ꝟo ſupflua morbum facit; moleſtias
ingerit ⁊ egritudines generat: quod cuiꝫ fa/
cit fames hoc etiaꝫ plenitudo ciboꝝ magis
aut multo peiora. fames quippe in paucis
diebus aufert hominẽ ⁊ liberat ex hac vita
penali: exceſſus ꝟo ciboꝝ cõſumit ⁊ cõpu/
treſcere facit corpus humanũ: ⁊ macerat
egritudine diuturna: ⁊ tunc cũ morte crude
li extinguit. Et Boe. ꝓſa. v. ſcdi libri ſic ait.
Si ꝙ nature ſatis ẽ replere indigẽtẽ velis.
Nihil ẽ ꝙ fortune affluẽtiã petas: paucis
enim minimiſqꝫ natura contẽta eſt: cuiꝰ ſa/
tietatẽ ſi ſuperfluis vrgere velis: aut inio/
cundũ fiet qd effuderis aut noxiũ. Et eccle
ſiaſt. xxxvij. di. In multis eſcis erit infirmi/
tas ⁊ auiditas appropinquabit vſqꝫ ad co/
lerã: pp crapulã multi perierunt: qui autem
abſtinens eſt adiiciet vitã. Quo preſuppoſi
to ꝙ. ſ. potentie corrupte ẽt propriũ obiectũ
auget dolorẽ: certũ eſt ꝙ anima hꝫ pro obie
cto cibi ſui ⁊ potius ſpũalis corpus xpi: di
cente ſaluatore Jo. vi. c. Caro. m. vere eſt ci
bus. ⁊. ſ. m. v. eſt po. Si igitur aĩa eſt ſpũa/
liter infirmata per peccatũ: ⁊ hẽt cibũ ſpiri
tualem. vꝫ corpus xpi ſuſcipit: concluditur
ꝙ a ſimili auget tali anime dolorem ⁊ infir
mitatem: qꝛ. ſ. addit peccatũ peccato. quod
egregie cõfirmans Criſo. omel. v. ſup Mat.
dicit. Sicut corporalis cibus cum ventrem
inuenerit aduerſis cõtrarijs vel infectis hu
moribus occupatum: amplius ledit: magis
nocẽt: ⁊ nullum preſtat auxilium: ita ẽt iſte
cibus ſpũalis ſi aliquẽ reperitꝰ malignitate
pollutũ: magis eum perdit non ſua natura
ſed accipiẽtis vitio. Et Iſidorus li. de ſum/
mo bono. ⁊ ponitur de conſecra. di. ij. c. qui
ſcelerate inquit viuũt in eccleſia dei ⁊ com/
municare non deſinunt putantes ſe tali cõ/
munione mundari: diſcant nihil ad emun/

datiouẽ ꝓficere ſibi dicente ꝓpha. Quid ẽ
ꝙ dilectus meus fecit ſcelera multa in do/
mo mea: nũquid carnes ſcẽ auferẽt a te ma
litias tuas: Et apl's inquit. Probet ſeipm
hõ ⁊ ſic de illo pane edat ⁊c. Et de ꝯſe. di.
ij. c. ꝙ diſcorat a xpo: nec manducat carnẽ
eius: nec ſanguinẽ eius bibit: ⁊ ſic tãte rei ſa
cramẽtũ ad iuditiũ ſue perditiõis quoti/
die accipit. Et idẽ. c. qui manducãt. dicitur.
Qui accipit hoc miſteriũ charitatis ⁊ vni/
tatis ⁊ nõ tenet vinculũ pacis: nõ ſacramẽ
tũ accipit pro ſe: ſed teſtimoniũ contra ſe.
Deniqꝫ eadẽ di. c. ⁊ ſcã. dĩ. Et ſcã malis
poſſunt obeſſe. nã bonis ſunt ad ſalutem:
malis aũt ad iudiciũ. vñ apl's. Qui mãdu
cat ⁊ bibit indigne ⁊c. nõ qꝛ illa res mala ẽ
ſed qꝛ malus male accipit quod bonum eſt.
Nõ. n. mala erat bucella que iudea dño da
ta eſt. Saltẽ medicus dedit: ſed qꝛ ille digne
dedit ille indignus erat: accepit ad perniciẽ.
Si aũt quereres cur xps corpus ſuũ ſan/
ctiſſimũ Jude tradidit quẽ iã nouerat pro/
ditorẽ ⁊ per qd ſciebat ipſum incurrere no
uã culpam. Ad h reſpõdet Alex. de ales in
iiij. parte ſumme in tractatu de ſacramẽto.
Et etiam Tho. in. iiij. di. v. ꝙ hoc fuit cõue
niens triplici reſpectu. Primo reſpectu ſue
ſapiẽtie. Scdo reſpectu ſue miſicordie. Ter
tio reſpectu ſue iuſtitie. Primo reſpectu ſue
ſapientie. Et h duplici rõne. prima ẽ pp do
cumẽtũ nrm. vt. ſ. diſcamꝰ ⁊ nos bñ facere
inimicis nrĩs. nã dñs carne ſua ꝓpria Ju/
dam ꝓditorem cibauit: vt hẽtur. i. q. i. c. xps
ad qd facit. i. q. i. c. aduerſitas. vt membra
ſua inſtrueret. ꝙ ẽt inimicis bene facerent.
Quod ⁊ Math. v. pcipit di. benefacite his
qui oderũt vos Et ꝓuer. xxv. dicit̃. ſi eſurie
rit inimicꝰ tuꝰ ciba illũ: ſi ſitit potũ da illi. Se
cũda rõ ẽ pp exẽplũ. Nã ex hoc exẽplum
dedit ꝙ ſacerdotes ẽt peccatoribus ſecre/
tiſne eos ſcandelicent: debent in publico ſa
cramentũ conferre. ¶ Secundo fuit conue/
niens reſpectu ſue miſericordie. ⁊ hoc du/
plici rõne. Prima eſt propter reuocationẽ
eius a malo. bene. n. debuit miſer ille ex con
ſideratiõe diuine bonitatis: que maxime in
hoc apparuit ꝙ illi tradidit corpus ſuum a
malo propoſito reuocari: ⁊ virtute tanti ſa/
cramenti meliorari: ſed ille ſpõte auxit pecca
tũ. Unde debuit ſibi auxiſſe meritũ. Secun
da rõ eſt propter promotionem in bono de/

buit enim fieri melioꝛ ex tribus. Pꝛimo ex
timoꝛe diuine cōminationis que expꝛimitur
Math. xxvi. Ve homini illi ⁊c. Secundo
ex munere collationis ſacramenti gratie: ni
hil enim ſibi maius ꝯferre poterat ꝙ̄ ſe ipꝫ.
¶ Tertio ex honoꝛe confoꝛmis diſpenſatio
nis: magnū .n. honoꝛē exhibuit illi dn̄s di/
ſpenſando coꝛpus ſuū ei ſicut ceteris apo/
ſtolis. ¶ Tertio conueniens fuit reſpectu
ſue iuſtitie: ⁊ hoc quātum ad duo que ei ſūt
inflicta. ¶ Pꝛimū eſt argumētū culpe. ex
quo enim per tantum beneficiū a malitia
concepta ceſſare noluit: iuſto dei iuditio pu
nitus eſt lapſu culpe grauioꝛis. ſ. deſpera
tionis. Nā Math. xxvij di. Et abiēs laqueo
ſe ſuſpendit. ꝓpterea Apoca. vlti. di. Qui
in ſoꝛdib⁹ eſt ſoꝛdeſcat adhuc. glo. ēt q̄dā
ad Ro. i. ait. Strictiſſimo dei iuditio fit vt
peccata peccatis puniantur. ¶ Secūdum ē
retributio ſue damnationis. Nā ex ingrati
tudine tāti beneficij euidentioꝛ apparet di/
uina iuſtitia in dānatione eiuſdē. Secūdo
etiā pꝛobo rōne perfectiōis: ꝙ. ſ. nullus ſu/
ſcipere debet ſacramentū cū moꝛtali culpa
pꝛo eo ꝙ talis ſuſceptio nihil pꝛoficit ad di
uinā gratiam acquirendā. Fūdamentū ra
tionis ponit Philoſo. in. i. phiſi. di. Acci/
dens nullū erit nec ꝓderit ſubiecto nō pre/
exiſtēte. pꝫ hec regula. Nā delectationes ac
cidentales ſeu etiā infirmitates coꝛpoꝛales
que adueniūt coꝛpi in comedēdo: bibendo:
doꝛmiēdo coꝛpus onerando ⁊ huiuſmodi
nequaꝙ̄ haberi poſſent niſi coꝛpus exiſteret
in quo hec oīa fundantur. Quo pꝛeſuppoſi
to certū eſt ꝙ ſicut aīa eſt ſubiectū coꝛpoꝛis
coꝛpus vero eſt ſubiectum pꝛedictoꝝ: ſic
mundicia ⁊ puritas anime obiectum quod/
dā ſunt gratie ſeu diuinarū gratiarum di/
cente Auguſti. li. de verbis domini. Puri/
tas ſic eſt ſubſtantia gratie ſicut anima eſt
ſubſtantia coꝛpoꝛis. Quod ſi ſic ē: ergo de/
ficiente ſubiecto diuine gratie quod eſt pu
ritas ſequitur neceſſario ꝙ non habēs pu/
ritatē anime: dato ꝙ ſuſcipiat ſacramētum
nihil ſuſcipere pōt de abūdātia diuine gra
tie: ꝓpter ꝙ de ꝯſecra. di. iiij. c. nō pōt. di.
Nō pōt quis vite celeſtis gratiā accipere ni
ſi purgatus fuerit ab omni ſoꝛde peccati:
Et ideo ſicut ſtultus diceretur ille qui ſu/
ſciperet medicinas valoꝛis impꝛetiabilis q̄
nihil ſanitatis in eo operaret; multomagis

ſtultus dicendus eſt qui eucharistiam ſuſci
pit que eſt infiniti valoꝛis ex quo nullā pꝛo/
pter hoc gratiā ſuſcipere pōt. Et confirmo
iſtā rōnē per ſimilitudinē ſic. Sicut enim ali/
mentū coꝛpoꝛale ſe hꝫ ad vitā coꝛpoꝛalem
ſic alimentū ſpūale coꝛpoꝛis xpi ſe hꝫ ad
vitā anime ſpiritualem. Sed clarum eſt ꝙ
alimentum coꝛpoꝛale ſolum pꝛodeſt coꝛpoꝛi
viuenti ⁊ nō moꝛtuo: quia ſi ponerentur in
oꝛe moꝛtui omnes delicati cibi de mundo
nihil ſibi pꝛoficerent ad augmētū vite eo
ꝙ in mēbꝛis mortuis non eſt virtus digerē
di: nec cibum in ſubſtātiam conuertendi: cū
omni caloꝛe naturali penitus ſint pꝛiuata.
ergo a ſimili alimentum ſpirituale quale eſt
coꝛpus chꝛiſti ſolum pꝛodeſt anime viuenti
vita gratie: ſed non moꝛtue per peccatū moꝛ
tale quod occidit aīam: ſicut dicitur Apo/
chalipſis. 3. Nomē hēs ꝙ viuas ⁊ moꝛtuus
es. Et hoc ideo fit: quia talis anima ſpiri/
tuali caloꝛe. i. diuino amoꝛe ē pꝛiuata. Nō/
ne ēt videmus ꝙ mēbꝛū a coꝛpoꝛe pꝛeciſuꝫ
nō pōt participare aliqd de vita coꝛpoꝛis:
Et certū eſt ꝙ ſic: ſed clarū eſt ꝙ ſumens ſa/
cramentū cū peccato eſt quoddā membꝝ
pꝛeciſum a coꝛpoꝛe ⁊ charitate fidelium.
ergo impoſſibile eſt ꝙ etiam per ſuſceptio/
nē ſacramenti poſſit aliqd ꝑticipare de diui
na gratia ⁊ de merito fidelium. Sicut eniꝫ
dicit de cōſe. di. iiij. c. Eccleſie vnitas ⁊ cha/
ritas nō diffūditur niſi in coꝛdibus eoꝝ qui
participes ſui ſunt. Similis ſententia poni/
tur. 23. q. vij. c. quēadmodū. ¶ Tertio h idē
pꝛobo ratione argumentationis. clara ē ſen
tentia ꝙ ſi quis obligat̄ facere minus: mul
to magis tenetur facere ⁊ fuger̄ maius. Nā
ſiquis tenetur non percutere hominē: multo
magis tenetur non occidere. Similiter. ſi qs
tenetur habere curam de equo domini ſui:
multo magis ꝺ domino. Quo pꝛeſuppoſito
certum eſt ꝙ quiſqꝫ ſacerdos tenetur ꝯſer/
uare eccleſias ⁊ vaſcula in quibus conſecra
tur corpus chꝛiſti ⁊ reponitur. Qꝺ ſi ſic eſt
ergo a foꝛtioꝛi tenetur quiſqꝫ habere aīam
mundam ab omni culpa moꝛtali in qua re/
cipit ſacramentaliter ipm veꝝ coꝛpus chꝛi/
ſti. Et ꝙ eccleſie vaſa in quibus ponit̄ ⁊ cō/
ſecratur coꝛpus chꝛiſti debeāt eſſe mūda: te
ſtatur Inno. tertius extra ꝺ cuſtodia eucari
ſtie. c. relinqui. di. Relinqui nolumus incoꝛre
ctum ꝙ Quidam clerici eccleſias ſic expo/

liunt ſupellectib⁹ pꝛopꝛijs ⁊ etiā alienis: vt
potius domus laice ꝙ̄ dei baſilice videant̄
non conſiderantes ꝙ dominus nō ſinebat
vt vas trāſferetur per templum. Sunt ⁊
alij qui non ſolum eccleſias dimittunt immū/
das vel maculatas veꝝ etiā vaſa miniſterij
⁊ veſtimenta miniſterioꝝ ac pallas altaris
necnon ⁊ ipſa coꝛpoꝛalia taꝫ inmunda re/
linquunt ꝙ interdū aliquibus ſunt hoꝛroꝛi
Quia vero zelus nos comedit domus dei
ſimiliter pꝛohibemus ne huiuſmodi ſuppel
lectilia in eccleſiis admittant̄: niſi ꝓpter ho
ſtiles incurſus ⁊ incendia repentina: ⁊ hoc
ſic vt neceſſitate ceſſante: res i loca pꝛiſtina
repoꝛtent̄: ꝓcipim⁹ quoqꝫ vt oꝛatoꝛia coꝛpo
ralia vaſa ⁊ veſtimēta ꝓdicta mūda oīno
⁊ nitida obſeruentur: nimis enim videt̄ ab
ſurdum in ſacris ſoꝛdes negligere q̄ dede
cerent etiā in ꝓfanis. glo. i. in pꝛiuatoꝝ ve
ſtibus. hec ibi. Si igitur vt patꝫ coꝛpoꝛalia
⁊ vaſa que in ſe non ſuſcipiunt niſi accidē
tia ꝯſecrata: debent eſſe nitida ⁊ ſine vlla
immūditia Immo alr nō debēt admitti ad
tāgendū pꝛedicta accidentia: multo magis
q̄libet ꝑſona que ſuſcipit nō tantū accidē/
tia ſed ipſum ſacratiſſimū chꝛiſti coꝛp⁹ de
bet eē ab omni macula peccati purificata.
ꝓtermito ꝙ tu mulier ⁊ hō ꝺdignaris cami
ſiam ⁊ bꝛachas recipere niſi pꝛius ab omni
ſoꝛde fuerint purificata. ¶ Quarto h idem
ꝓbo rōne comparationis. quā rationeꝫ in
foꝛma queſtionis declaro. peto igit̄ qs gra
uius peccat. aut ſumens coꝛp⁹ chꝛiſti in pec
cato moꝛtali an chꝛiſtum occidens quēad/
modū fecerūt iudei. Ad qꝺ rūdēs Tho. in
iiij. di. ix. ar. 3. q. 3. dicit. Cū querit̄ qs graui⁹
peccet an Chꝛiſtū crucifigens an ipſum in
digne ſub ſacramento ſuſcipiens. Reſpon
deo tribus modis. Pꝛimo ꝙ peccatū indi/
gne communicantiū aſſimulatur ſeu cōpa
ratur peccato crucifigētium xpm inquantū
vtrūqꝫ in Chꝛiſtum cōmittit̄. Pꝛoinde ad
Hebꝛe. vi. dicitur. Rurſus inſemetipſis cruci
figentes filium dei ⁊ oſtentui habētes. Qꝺ
cōfirmās Ambꝛoſius ſup verba. i. coꝛ. xi. qui
cūqꝫ manducauerit ⁊c. ait. Omnis q chꝛi/
ſtum indigne manducat reus erit coꝛpoꝛis
⁊ ſanguinis domini. i. ac ſi chꝛiſtum occide
rit punietur. Secūdo dico ꝙ peccatū occiden
tium chꝛiſtum eſt maius vel grauius pecca
to indigne cōmunicātium: qꝛ illud peccatuꝫ

eſt commiſſum in perſonā chꝛiſti: hoc autē cō
mittitur in chꝛiſtum ſm ꝙ eſt in ſacramēto
altaris. Tertio dico ꝙ peccatū idigne ꝯmu
nicandum eſt grauius peccato chꝛiſtū occi
dentium: eo ꝙ hoc peccatum ꝯmittitur ſciē
ter ⁊ ex malitia ⁊ ex ꝯtēptu: que oīa pec/
catum agrauant: peccatū autē pꝛedictoꝝ
eſt commiſſum ignoꝛanter: que ignoꝛantia
⁊ ſi nō excuſat a toto: tamen excuſat a tāto.
Adde ⁊ quartū. Nam indigne cōmunicās
quia quantū eſt in ſe chꝛiſtū glorioſuꝫ cruci
figit. Econtra vero qꝛ iudei crucifixerūt moꝛ
talem: ideo grauius peccat eis. Pꝛoinde re
migius in gloſa ſup illud Mat. xxvi. vhe illi
per queꝫ filius hominis tradetur: ſic ait. vhe
tradentibus chꝛiſtū ad crucifigendū: ſꝫ vhe
magis cum maligna ꝯſcientia ſub ſacramē
to ſumētib⁹ illū: qꝛ ⁊ ſi nō tradūt iudeis ad
crucifigenduꝫ: tradūt tn̄ illū membꝛis inimi
ci ad ſumendum. O igitur infelix peccatoꝛ
o infelix aīa. o iniqua. o crudeliſſime: xpiane
qui chꝛiſtum dei filium denuo crucifigis: cū
ipſum indigne ſuſcipis. vhe tibi qꝛ melius
tibi eſſet ꝙ natus nunꝙ̄ fuiſſes. Quantum
grauiter etiam peccet per aliā ſimilitudinē
patet: An non queſo grauiſſime peccaret q
coꝛpus Chꝛiſti ſpōte in ſtercus ⁊ lutū ꝓijce
ret: claruꝫ eſt ꝙ ſic: ⁊ ego dico ꝙ grauis pec
cat qui ſacramentum indigne ſuſcipit. Qꝺ
confirmans Ricar. in. iiij. di. ix. articu. 3. q. i. in
ſecundo argumento. ⁊ reſponſione eiuſdem
ſic ait. Vilioꝛ inquit res eſt peccatoꝛ inqātū
peccatoꝛ ꝙ̄ ſtercus ⁊ lutum. Si igitur graui
ter peccaret qui coꝛpus chꝛiſti ſcienter in lu
tū ꝓijceret: ergo multo grauius peccat qui
ipſū ſuſcipit cū moꝛtali pctō: ⁊ rō eſt: qꝛ lu/
tū coꝛꝑale polluit illud qꝺ ſimplr in ipſum
pꝛoijcitur: ꝓut ſūt ſpēs conſecrate: ſꝫ pecca
toꝛ recipiens coꝛpus chꝛiſti quātū ē i ſe: nō
tm̄ poluit ſpecies ꝯſecratas; ſed ēt ipꝫ veꝝ
coꝛpus chꝛiſti. h Ric. Qꝺ cōfirmās Gre. i.
q. i. c. Mlti. ait. polluim⁹ itaqꝫ panē. i. coꝛpus
xpi quādo idigne accedim⁹ ad altare: ⁊ ſoꝛ/
didi mūdū ſanguinem bibimus. Et. i. q. i. c.
ꝙ qdam. ēt dicitur. Mali dicūt̄ ſacr̄m pol/
luē ꝙ̄tū i eis ē cū polluti ꝑmanēt: ⁊ iō ſicut
bonis ſacramentū eſt ad pꝛemium: ſic malis
ad iuditium. ¶ Quinto hoc idē ꝓbo rōne
incurſionis. Nullus dꝫ accedere indigne ad
hoc ſacramentum. Quia ſi indigne hoc ſa/
cramentuꝫ ſumit. tripliccm penam incurrit.

Prima dicitur temporalis. Secunda dicitur ſpiritualis. Tertia eternal'. ¶ Prima pena quã indigne cõmunicãs incurrit dicitur temporalis. Nam ſepius indigne communicans faciẽte diuina iuſticia corporal'r moritur ſeu abbreuiat ſuã temporalez vitã. Unde apoſtolus de quibuſdã .i.cor.xj. ait. Jõ inter vos multi infirmi ſunt ꝛ imbecilles ꝛ dormiunt multi. glo. i. ꝑpter h mortui ſunt. Et i libro paſcaſij dicit. Nuncq̃ indigne cõicat niſi diuina bonitas gladiũ ſuſpenderet: ſtatim ab angelis ad hoc poſitis perimeretur. Et de talib⁹ ꝑpha dicit. viri ſanguinũ ꝛ do.n.di.d.ſ. Et ſaluator Jo.vi. figuratiue dicit. patres veſtri mãducauerũt mãna i deſerto: ꝛ mortui ſũt. Et nũeri.xj. di. Quod cũ ppl's iſrl' eſſet i deſerto ꝛ murmuraret de mãna quod de celo pluebat illis dñs: deſiderãs carnes piſces cucumeros pepões cepe ꝛ alia: cũ miſiſſz dñs coturnices in caſtra eoꝝ: dũ carnes comederẽt: ſtatim furor dei ꝑpter indignationẽ comedentiũ fuit cõcitatus in ppl'm: ꝛ ſic ꝑcuſſit eũ crudeli morte. ꝑꝑ qđ vocatus eſt loc⁹ ille ↄcupiſẽtie ſepultura. Si igit de⁹ idigne ſumẽtes mãna mãles carnes tẽporal'r occidit: qd credis ſit facturus his q indigne corpus ſuũ ſuſcipiunt tanq̃ carnes caſtronuz: ¶ Scđa pena quã idigne cõicãs icurrit dicitur ſpũalis. Nam indigne cõmunicãs diabolum i ſe ſuſcipit q propter hoc maiorẽ poteſtatem habet in ipſo. ſ. retinendi eũ in duritia cordis q̃ antea habebat. Exemplũ habem⁹ de iudeis de q̃ Jo.xiij. dicit. Quod poſt q̃ bucellã ſuſcepit: ſtatiz i eũ ſathanas itroiuit. Proinde Aug. de ↄſe.d.ij.c.ſic Judas inquit. cui bucellã tradidit chriſtus: ſi malũ accipiendo ſed bonũ male ſumendo locum prebuit diabolo: ſic indigne qſqz ſumẽs corpus xpi. Immo plus dico ꝙ ſi exñs i mortali vnum diabolum in ſe habet: dum indigne cõmunicat: ſeptem demones in eo ingrediũtur: ſic enim dicit ſaluator luc.xj. Tũc vadit ille ſpiritus ꝛ ſecum aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe ꝛ ingreſſi habitant ibi ꝛ fiunt no.h.i.p. prioribus. ¶ Tertia pena quã indigne cõmunicans incurrit dicitur eternalis. Ultra predictas penas quicũqz indigne cõmunicat: eternã penaz promeretur: q: grauiter offendit illũ qui eternus eſt. vz chriſtuz Dei filium ẜm diuinitatem loquor. proinde Leui.vij. figuratiue dicitur: Anima polluta que ederit de carnibus pacificorũ hoſtie q oblata eſt dño peribit de populis ſuis ideſt eiicietur a ſaluandis ad damnationem eterne mortis. Et profecto talis indigne cõicãs eternam mortem digne meretur triplici reſpectu. Primo quia ficte ꝛ ſimulate ſe oſtẽdit eſſe verum Chriſti membrum: cũ totus tñ ſit falſus ꝛ ſimulat⁹. Jõ talib⁹ Mat.xxiij. cõminat xp̃s di. Uhe vobis hypocrite triſtes ꝛc. Secũdo quia talis irreuerentiã horrendam atqz contemptum cõmittit contra tm̃ ſacramentũ. Tertio q: talis abutitur ſacro quod inſtitutum eſt ad preſtandum gratiaz ꝛ eternam gloriam. Ex predictis rationib⁹ pz qualiter nulli exiſtenti in mortali culpa licet hoc ſacm̃ ſuſcipere. Quarto hoc idez probo duabus figuris. Primam figuram habemus .ij. Re.vi. de oza. q percuſſus fuit eo ꝙ idigne archã dñi tetigit. ꝛ aſſignat Jero. rõnẽ: ꝙ in nocte p̃cedente iacuit cũ vxore. Si igitur ille ꝑcuſſus eſt qui iacuit cum vxore propria: qua percuſſione dignus erit qui iacuerit cũ meretrice ꝛ vxore aliena: Si ille q tetigit archã ligneã percuſſus ẽ: qua percuſſione eſt dignus q idigne recipit carnem dei veram. Si ille percuſſus eſt qui archã tetigit, vt iuuaret ne pateretur ruinã: q̃ percuſſione dignus erit q corpus Chriſti ſumit ad prohiciendum eum in latrinam. vz i conſcentiam immundam ꝛ impudicam: Secundam figuram habemus de bethzamitis qui vt habetur Primi reg.vi. etiam ꝑcuſſi ſunt: q: archam dñi ꝛ indigne ꝛ contra ei⁹ voluntatem viderũt. Quod ſi illi videndo archã tm̃ iudicium promeruerunt: quale iudicium ſuſcepturi ſunt q corpus xp̃i idigne ſumunt: Nota tamen ẜm Ric. in .iiij. di.ix. ar.ij.q.i. in ſolu. ſecũdi argu. ꝙ exiſtẽs i peccato mortali videndo corpus xp̃i ꝛ aſpiciendo illud non peccat; quia propter hoc nullã facit irreuerentiam ſacramento. Immo ẜm Alexan. in .iiij. ei valde ẽ fructuoſuz: quia ſi peccator corpus xp̃i inſpicit ea intentõe q̃ eſt ab eccleſia inſtitutum: multiplex' ↄmodũ ſuſcipit tũ ex ponderatione caritatis ſaluatoris: tũ ex ſubuentione beneficij reparationis tũ ex recordatõe paſſionis redemptoris. hec enim tria debet ꝛ iuſtus ꝛ peccator in corporis chriſti inſpectione recolere ſ. quantũ fuit beneficium reparationis: quãta paſſio redemptoris. ꝛ quanta caritas ſaluatoris. hec Alex. Adiungit inſuper Ricar. vbi ſupra in ſolutione eiuſdez argumẽti. ꝙ ſi qs erigeret hoſtiã cõſecratã iacentẽ in terra cum timore ꝛ reuerentia: nõ exñte pñte ſacerdote ſeu digniore ſe: non peccaret dato ꝙ eſſz laicus ꝛ eſſet in mortali culpa. Si tñ lz aſpicere ꝛ tãgere ſacm̃ cũ culpa: nũq̃ tñ lz ſuſcipere. Ex predictis igit figuris patet etiã ꝙ nulli lz eucharistiã ſuſcipere cum mortali culpa. ¶ Quinto deniqz hoc idem probo exẽplis duobus. Primũ exẽplum ponit Franci. de mayro. in quodam ſermone quẽ fecit de eucharistia ſuſcipienda. Qui incipit pluit illis manna ꝛc. Ibi enim refert ꝙ ſacerdos qdã equitans tranſibat per ſiluam cum corpore Chriſti habens ſimul campanellã cum qua pulſabat ante corpus Chriſti: quẽ latrones audiẽtes ꝛ cũ de remotis videntes: dixit vn⁹ ex illis: accipiam⁹ ei equũ: ad quẽ cũ ceteri reſpõdiſſent ꝙ nõ liceret cũ corpus Chriſti deferret: ille rñdit nolite timere: ego ſimulabo me infirmũ ꝛ velle me cõicare: ꝛ tũc deſcẽdẽs ipſe de equo vos equũ deducetis ꝛ auferetis. Qui cum hoc feciſſet ſacerdoſqz deſcẽdiſſet: reqſiſſetqz an ↄtritus ꝛ cõfeſſus cõicare vellet: aſſentiens ille ꝛ os pro ſuſcipiẽdo ſacro: in quo tñ non credebat: aperiens: ſtatim mortuus cecidit: ꝛ effectus ẽ niger veluti carbo mortu⁹. Qđ ceteri videntes compuncti equum ſacerdoti reddiderunt: ꝛ monaſterium quoddã intrauerũt: ſicqz oẽs vitam ſuam cuz magnis dei laudibus finierunt. Si ergo hoc iudicium ille ſuſcepit: qui incredulus ꝛ indign⁹ ſe cõicare volebat: q̃le iudiciũ ſunt ſuſcepturi qui indigne ꝛ i mortali culpa totiens ſuſcipiũt ſacm̃: ¶ Scđz exemplũ accidit in ciuitate Aſiſii prout retulerũt mihi fratres ↄuentus ꝛ illi de ciuitate. Fuit qdã vſurarius ſemel in eadẽ Aſiſii ciuitate: qui veniẽs ad mortem ſine vlla male ablatoꝝ reſtitutiõe ſacm̃ ſuſcepit. Qui ſtatim defunctus portatus fuit ad ſepeliendũ a fratribus conuentus: qui poſuerunt eũ in quodam ſepulchro nouo pro ipo cõdito: qđ eſt ante portam ſeu ingreſſum eccleſie ipſi⁹ conuentus: in qua corpus beati patris nr̃i Franciſci vt creditur requieſcit integꝝ. Quo ſepulto circa mediã noctem quidam demon in humana forma acceſſit ad ſacriſtaz dormientẽ quẽ euigilans dixit. Ego ſum demõ qui ex precepto dei in hac forma ad te veni: noli timere. Induere igitur te ſuppelliciam ꝛ accipe calicem cum patena: ꝛ da mihi luminaria accenſa ꝛ veni mecũ ſecure. Qui attonitus hec oia fecit. Accedens autẽ demon cũ eo ad ſepulturã predicti vſurarij ſolus ꝑ ſe reuoluit lapidẽ ab oſtio monumẽti. Quo facto dixit ſacriſte: vt ſupponeret calicẽ ori illius vſurarij: qđ faciẽs cepit demõ caput vſurarij per capillos ꝛ percutiens ipſuz fortiter pugno clamauit fortit. O traditor vſurarie ꝑhice ꝛ extra mitte verũ corp⁹ Chriſti quod indigne ſuſcepiſti: q ſtatim reiecit corpus Chriſti in calice. Quo facto demõ cuz luminaribus accenſis preibat ante ſacriſtaz reuerenter corpus Chriſti deferentem: ꝛ dũ in ſacraſtia fuiſſent dix ſacriſte. Recõde tuo modo corpus Chriſti reuerenter ꝛ quieſce. Tũc diabol⁹ acceſſit ad ſepulturã ꝛ aſportauit corpus illud maledictum. Mane aũt facto accedens ſacriſta cũ fratrib⁹ qb⁹ oia narrauerat ad ſepulturam illi⁹ vſurarij: eã vacuã cũ lapide reuoluto inuenerunt: que ſepultura vſqz in hodiernũ diẽ vacua remanet: quã ꝛ ego ipſe vacuam conſperi. Relata retuli. Ex predictis auctoritatibus: diſtinctionibus: rõnibus: figuris: atqz exẽplis pz qualiter nullus accedere debet ad ſuſcipiẽdum dñicum ſacm̃ cum mortali culpa taz actuali q̃ habituali. Et per ↄñs pz de ſpecialitate realitatis dñici ſacri ꝑmum gen⁹ hominum quod cõicare nõ debet: ꝛ cui cõio eſt omnino deneganda. Rogemus ergo clementiſſimum deum dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ: qui eſt purificator cordiũ ꝛ aiaruz vt nos ab omni culpa purificet vt ſic digne ad ſacm̃ accedamus. Cui ſemper ſit omnis laus ꝛ gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria qnta in cena dñi. Itez de ſeptima excellẽtia ipſius ſacratiſſime fidei: ſeu de realitate ſacramenti dominici.

Cuz dilexiſſet ſuos qui erant in mũdo in finẽ dilexit eos: in inſtrãdo ſcz eis ſuum ſacratiſſimuz corpus. Scribũtur hec verba Joan.xiij.c. ꝛ in euangelio occurrentis ferie. Poſtq̃ nobiliſſimi cines de tertia concluſione dominici ſacramenti: que dicitur

ſpālitatis.in qua prepoſitā fuerāt.ii.genera
hominum ſeu perſonarum quibus cōicare
non licet ſeu cōio dari.declaraui pmū genꝰ
in quo oſtenſum fuit generaľr q̄liter nullus
cū mortali culpa accedere dꝫ ad ſuſcipiēdū
ipſum dñicum ſacramentum. habeo ſimiľr
in preſenti ſermone declarare vndecim genā
perſonaꝝ que ſuperfuerunt: ⁊ quibꝰ cōmu-
nio nequaꝗ dꝫ exhiberi: quorūz declaratio
talis erit.

¶ De reliquis vndecim generibus pſonaꝝ
que omnino debēt a cōione abſtinere.

Ecū dū inſuper genus hoīz ſeu
perſonaꝝ que digne cōicare non
pñt. Immo qbꝰ eſt oio cōio dene
gāda ſunt oēs illi q de aliq̄ crimine notabi
liter ſunt ſuſpecti. Quā veritatē ꝓbo p ſolā
diſtīctionē Ric.i.iiij.di.ix.ar.3.q.3.in cor.q.
dicētis. Cū queritur inquit,an ſacerdos de-
beat dare ſacramētū illis qui de aliquo cri
mine ſunt ſuſpecti. Reſpondeo ſicut dicit
glo.ſup.c.dixit dñs.32.q.i. ꝙ triplex ē ſuſpi
cio.vꝫ temeraria probabilis ⁊ violenta. Su
ſpicio temeraria dicitur que prouenit ſine
aliquo argumēto:vel que ex leui coniectu-
ra ortum hꝫ:ſeu que ex irrationabili cā con
ſurgit:cuiuſmodi eſt illa que conficta ē ru-
moribus maledicoꝝ hoium ⁊ obtrectatorū
xi.q.3.c.in cunctis. Et pro tali ſuſpitōe cum
ſit preſumptuoſa nō dꝫ dimittere ſacerdos
euchariſtiam dare ſuſpecto ſi eā petat. Pro
babilis autem ſuſpitio dī que ꝯſurgit ex ꝓ
babilibꝰ ſignis:put eſt ſi quis ſolus inueni
retur loquens cū ſola tpe vel loco non val-
de ſuſpectis: ⁊ pp hanc ſuſpitionem nō dꝫ
ſacerdos dimittere etiam dare euchariſtiā
⁊ ratio eſt: quia pena non debet infligi vbi
culpa ignoratur.proinde.2.q.2.c.deus.dicit
Mala audita nullū moueant:nec paſſim di
cta abſqꝫ certa probatione quiſꝗ credat.
Sed ante audita diligēter inquirat: nec pre
cipitanter quid aliquis agat: ⁊ ita nullū añ
veram iuſtamqꝫ probationem iudicare aut
damnare debemus. Violēta vero ſuſpitio
eſt que ſurgit ex preſumptionibus violētis:
ſeu ad cuius contrarium non admittit ꝓba
tio:prout eſt ſi inueniatur ſuſpectus cū ſu-
ſpecta:nudus cum nuda:ſolus cum ſola in
eodem loco lecto ⁊ tēpore ſuſpectis. Cōtra
tales ſuſpectos iudicādū eſt:ſicut iudicare
tur de ſcō q̄.ſ. ſi interuenerit carnalꝭ copula.vñ
ſicut publice crimīnoſo ſacerdos non debet
dare euchariſtiā:ſic nec publice ſuſpecto de
crimine modo predicto dari dꝫ. ⁊ ratio eſt:
q2 ſi daret tali corpus Chriſti manifeſte ſu
ſpecto de crimine eſſet ſcandalū populo vi-
denti ⁊ ſciēti ꝙ quiſqꝫ maxime ſacerdos vi
tare debet: ⁊ poſito ꝙ talis adhuc generaľr
ſuſpectus de crimine conſcio ſacerdote eſſꝫ
bene cōtritus ⁊ confeſſus; adhuc ſacerdos
non debet ei ſacramentum dare: ſed magis
cōſulere ꝙ differat ſacrꝫ ſumere per aliqđ
tp̄s quouſqꝫ populo eius penitentia ⁊ vera
conuerſio innoteſcat. Sic.n.dī de pe.diſti.i.
c.non ſufficit. Et.c.in actione. Scđm tamen
iura conuincit hō quattuor modis de crimi
ne.ſ.inſtrumētis:aut teſtibꝰ: vel facti euidē
tia:que tria ponunt ex.de coha.cle.⁊ mu.c.
tua.⁊.2.q.i.c.ſcelus. Aut etiam iuris interp̄
tatione:vt qñ quis ſepe citatur ⁊ monetur:
nec tñ ſe purgat neccomparet:hoc habetur
3.q.ix.c.decreuimus.vbi ſic dī. Manifeſtum
eſt cōfiteri de crimine cum qui indulto ⁊ to
tiens delegato iudicio purgandi ſe occaſio
ne nō vtit:aut violēta ſuſpitione.hoc etiāz
notat.2.q.i.c.i.in gl.h Ric.quaſi verbaliter.
Et ſic ex predictis pꝫ ſcḿ genus hominum
declarandum quibus cōio non debet dari.
Tertiū genus hoium ſeu perſonaꝝ qui di-
gne cōicare non poſſunt ſeu quibꝰ eſt cōio
oio denegāda ſunt oēs illi qui nō ſunt con
feſſi. Quā veritatē ꝓbo ſingulariter p diſti
ctionē Ric.i.iiij.di.ix.ar.2.q.2.i cor.q.di. Cū
querit vtꝝ cōtritus nō ꝯfeſſus peccet mor-
taliter recipiendo ſacrm̄. Rñdeo ꝙ cōtritus
nō ꝯfeſſus itelligi pōt dupľr:aut de pctō ve
niali aut mortali. Primo mō ſuſcipiendo
ſacrꝫ nō peccat mortalr:q2 de pctō veniali
nō eſt neceſſaria ꝯfeſſio: niſi qñ nō hꝫ pcc̄m
mortale.tunc.n.cū teneat ſemel in āno ꝯfi
teri:oꝫ ꝙ de venialibus cōfiteat. Scđo mō
diſtinguēdū ē:q2 aut hꝫ copiā ꝯfeſſoris ido
nei ⁊ tp̄s ſufficiēs ad ꝯfitēdū ⁊ loquellā li-
berā aut nō. Primo mō dico ꝙ ſuſcipiēdo
hoc ſacrm̄ mortalr peccat:q2 ad hoc ꝙ hō
ſit dignus hoc ſacrm̄ ſuſcipere requiritur ꝙ
reconcilietur deo ⁊ eccleſie:.que recōciliatio
ſit per confeſſionē ⁊ abſolutionē. Jō Vgo
lib.de poteſtate ligandi ⁊ ſoluendi.c.xi.ait.
Audacter dico ꝙ ſi ante ſacerdotis abſolu
tionem criminoſus ad cōionēꝫ corporis xp̄i
accedat:pro certo iudicium ſibi māducat ⁊
bibit:etiā ſi eum ante iam multūꝫ peniteat.
hec ille. Scđo modo ſubdiſtinguendūꝫ eſt
q2 aut iminet ſcādalū pſone ſue niſi cōicet
aut populi:aut q2 iam icepit myſteriū ſacri
ficꝫ ſacerdos: ⁊ in quolibet iſtoꝝ triū caſuūꝫ
licitū eſt ſibi cōicare cum ꝓpoſito ꝯfitendi.
Si tñ non adeſt aliquis predictoꝝ caſuū te
net expectare quouſqꝫ habeat copiā ſacer
dotis.h Ric.verbaliter: Ex qua etiā diſtin
ctione patet tertiū genus hoium q digne cō
municare non pñt. ¶ Quartū genꝰ hoium
ſeu pſonaꝝ qui digne cōicare non poſſunt
aliter mortaliter peccarent ſunt oēs illi qui
vident ſuos curatos ſeu ep̄os a qbꝰ debēt
cōionēꝫ ſuſcipere eſſe expreſſe in aliquo pu
blico mortali peccato:vtputa fornicationis
⁊ hmōi. Quā veritatē omiſſis rōibꝰ breui
tatis cā dupliciter ꝓbo:vꝫ p diſtinctionem
⁊ p auctoritates. Primo ꝓbo p diſtinctio
nē Ric.in.iiij.di.i3.arti.i.q.iiij.in cor.q.dicē
tis. Cū querit vtrū ſit licitū hoi etiā cōtrito
⁊ confeſſo ſacramētū ſuſcipere a publico ſa
cerdote peccatore. Reſpondeo ꝙ a publico
peccatore:heretico:ſymoniaco: ſiſmatico.ſ.
excōicato:nō lꝫ hoc ſacramētū ſuſcipere:q2
predictis interdicta eſt diſpenſatio huiꝰ ſa
cramenti ex ſtatuto:q2 ſunt extra vnitatē ec
cleſie ipſius in qua ſacramenta ꝯferuntur:
nec ēt a publico fornicatore:q2 pp huiꝰ ſa-
cramenti reuerentiā etiāꝫ illis interdicta eſt
huius ſacri diſpenſatio. Maior tñ requirit
manifeſtatio criminis fornicationis ad hoc
vt euitet fornicator ꝗ ſymonie:aut ſciſma
tis:aut excōicationis ad h vt caueāt hoies
hoc ſacramentū recipe ab eis. Non eni de
bent vitare recipere ſacramentū a fornica-
rio niſi ſit cōuictus ⁊ ꝯdēnatus p rei euidē
tiā.q̄ tanta eſt ꝙ nulla pōt tergiuerſatiōe
celari.ex de coha.cleri.⁊.mulie.c.vlti.⁊.c.ve
ſtra.⁊ ſic intelligit illud decretūꝫ diſt.32.c.
nullus. Nullꝰ miſſam audiat pſbyteri quēꝫ
ſit concubinā indubitant habere. Si autēꝫ
queras vtrum licitū ſit homini hoc ſacrm̄
ſuſcipere a ſacerdote degradato:dico ꝙ nō
nec etiam ab irregulari ſi ſua irregularitas
eſt notoria:nec etiam a ſuſpenſo a ſacerdo
tali offō ſi illa ſuſpenſio notoria eſt:q2 qui
ſcienter ſuſciperet hoc ſacramentū contēne
ret ſententiā eccleſie qđ facere nō lꝫ.h Ric.
verbaliter. ¶ Scđo etiam ꝓbo p auctorita
tes ꝙ nullꝰ debet a publico fornicario ſuſci
pere ſacramētū:ſed magis debet ſtare ſine
ſuſceptione eiuſdēꝫ. Prima auctoritas eſt
Alexā.pape di.32.c. Preter hoc āt.vbi di.
Preter hoc autē precipiēdo mādamus: ꝙ
nullus miſſaꝫ audiat preſbyteri quē ſcit cō-
cubinam indubitanter habere vel ſub itro
ductam mulierē:vnde etiā ſancta ſynodus
hoc caplm̄ ſub excōicatione ſtatuit dicens.
Quicūqꝫ ſacerdotū diaconoꝝ ſubdiacono
rū poſt cōſtitutū bone memorie predeceſſo-
ris noſtri ſancti Leonis pape aut Nicolai
de caſtitate clericoꝝ cōcubinā palā duxit vl
ductā ñ reliqrit ex pte oipotētis dei ⁊ aucto
ritate apoſtoloꝝ pncipum Petri ⁊ Pauli
pcipimꝰ ⁊ oino cōtradicimꝰ:vt miſſam nō
cantet.ſ.pſbyter:nec euangeliū legat.ſ.dia
conus:nec epiſtolā ad miſſam cantet.ſ.ſub-
diaconus nec in preſbyterio cūꝫ his ad di-
uina officia. Qui pſate cōſtitutiōi inobediē
tes fuerint:maneat neqꝫ partē ab eccl'ia ſu
ſcipiant.hec ille. Scđa auctoritas eſt Greg.
pape.lxxxi.diſti.c. Si q ſunt.dicētis. Si qui
ſunt pſbyteri diaconi ſubdiaconi q in crimi
ne publico fornicatiōis iaceāt interdicimus
eis ex parte oipotentis dei ⁊ ſancti Petri
auc̄te introitū eccleſie vſqꝫ dū peniteant ⁊
ſe emēdent. Si q vo in pctō ſuo pſeuerare
maluerint:nullꝰ veſtrū pſumat audire offi
ciū eoꝝ ⁊ miſſas:q2 bñdictio eoꝝ vertit in
maledictionē:⁊ oratio in pctm̄:dicente dño
per ꝓpham. Maledicā inqt maledictiōibꝰ
veſtris.q vo huic ſaluberrimo pcepto obe-
dire noluerint:idolatrie incurrunt teſte Sa
muele:q ait.i.Reg.xv. Peccatū inqt ario-
landi eſt nō obedire:⁊ ſcelus idolatrie non
acqeſcere. Pctm̄ igit paganitatis incurrit
qſqs dū xp̄ianū ſe aſſerit ⁊ ſedi apl'ice obe
dire ꝯtēnit. Tertia auc̄tas ē Greg.noni ex
de coha.cle.⁊ mu.c.q̄ſitū. Queſitū eſt inqt
de clericis in fornicatione ꝓlapſis ſi eoꝝ ſit
offm̄ priuſꝗ penituerit audiendū.veꝝ ⁊ ſi
quēlibet ꝓ mortali peccato ad ſeipſūꝫ con
ſtet eſſe ſuſpenſum:nō dꝫ tñ in diuinis offi-
cijs euitari:q2 quātū ad alios in caſu ꝓpo
ſito ſuſpenſus nō eſt niſi pctm̄ hmōi ſit no
toriū p ſniam ſeu confeſſionē factā in iure:
aut per euidentiā rei que tergiuerſatiōe ali
qua celari non poſſit.h ibi. Quarta deniqꝫ
auc̄tas eſt Inno.3.ex de coha.cle.⁊ mu.c.
vr̄a duxit duotio.vi. Alicubi.n.dr nullꝰ au
diat miſſaꝫ ſacerdotis quē ſcit cōcubinā in-

dubitanter habere. Alibi vero legit̄. Non
poteſt aliquis quātūcūqꝫ polutus ſit diui-
na polluere ſacramenta q̄ purgatoria cūcta
rū cogitationū exiſtūt. qualiſcūqꝫ eni ſacer
dos ſit que ſancta ſunt coinquinari n̄ pñt.
ſumite ergo ab oi ſacerdote myſteria xpi
quia omnia in Chriſti fide purgant̄. Certuꝫ
aliud eſt crimen notoriū aliud occultū: No
toriuꝫ diffinitur: de quo preſbyter canonice
condēnatur. Occultum vero quod ab eccle
ſia tolleratur. Iteꝫ aliud eſt a taliū officijs
abſtinere vt peccandi licētia ceteris aufera
tur ⁊ in huiuſmodi ad penitentie fructū tra
hatur: atqꝫ aliud ſi talium tanq̄ꝫ in fornica
tione iacētiū miniſteria reſpuant̄. Sine du-
bitatione ita teneatis ꝙ a clericis ⁊ a p̄ſby
teris (quaſiq̄ꝫ fornicarijs) q̄ꝫ diu tollerantur:
nec habēt opis euidentiā licite diuina my
ſteria audiātur ⁊ alia recipiant̄ eccl'iaſtica
ſacramēta. h Innocentiꝰ. Ex p̄dicta diſtin
ctione ⁊ auctoritatibus patet quartū genꝰ
hominū vel perſonaꝝ qui debēt omnino a
cōione abſtinere. ¶ Quintū genus hoīum
vel perſonaꝝ qui digne cōicare nō poſſunt
⁊ quibus omnino eſt cōmunio deneganda
ſunt omnes illi q ſunt amentes vel furioſi
Quā veritatē probo per diſtinctionē Tho.
in. iiij. diſt. ix. art. q. v. ꝫ. ⁊ ēt Ricar. i. iiij. diſt.
ix. arti. 2. q. ꝫ. in corpore. q. dicentis. Cū que-
ritur an digne poſſint cōicari amentes ⁊ fu
rioſi. Reſpōdeo ꝙ tales ſunt in triplici ſta-
tu. Quidā enim ſunt amentes qui debilem
mentē habēt ⁊ tn̄ ſunt dociles coꝝ que ad
fidem ⁊ deuotionē ſpectāt: ⁊ talibꝰ Chriſti
corpus negari nō debet. Quidā alij hn̄t lu
cida interualla in quibus dum apparēt di
ſcretionis ⁊ deuotionis ſigna eiſdē dari dꝫ.
Quidā vero alij a natiuitate ⁊ ſemper ſunt
omnino iudicio rationis carentes: ⁊ talibꝰ
dari non debet. Addit ēt Ricar. vbi ſupra
Si furioſus inquit anteq̄ꝫ intraret furiaꝫ h
ſacramētū petijt in debito ſtatu: ſibi poſtea
in furia poteſt dari: niſi forte ꝓbabiliter ti-
meatur ꝙ proijceret vel aliquā aliam irre
uerentiaꝫ faceret ſacramento. h Ric. Addit
tn̄ rationē quare amentibus ⁊ furioſis non
dbeat omnino dari. Ad hoc inquit ꝙ ſacra
mentū digne recipiat̄ exigit oīo vt ipſum
ſuſcipiens diligenter recogitet quid ſit illꝺ
quod accipit: ⁊ ſic reuerenter recipiat. Que
duo cum non inueniantur in predictis pro

pter hoc debet eis ſacramentum denegari.
Ex quā diſtinctiōe etiam patet qntum genꝰ
hoīum vel pſonaꝝ quibus cōio debet de-
negari. ¶ Sextum genus hominum qui di
gne cōmunicare non poſſunt ⁊ quibus cōio
eſt omnino deneganda ſunt oēs illi qui ac
tu vel habitu ſūt aleatores vel luſores: ſeu
q ludūt ad cartas vl' taxillos ⁊ huiuſmoi.
Ubi nota ꝙ aleatores dicunt̄ illi q ludum
alee vel taxilloꝝ in conſuetudineꝫ ducūt: ⁊
inde quaſi ſuam vitam deducūt. tales eniꝫ
cum non ſint in ſtatu ſaluādoꝝ nequaq̄ꝫ cō
municari debent pp multa ⁊ precipue ſm
Raiſi. ꝓpter nouem que in talibꝰ attendū
tur. Primuꝫ eſt deſideriū lucrandi: ecce cu-
piditas q̄ radix eſt oīuꝫ maloꝝ. i. Thi. vlti-
mo. ⁊ de qua Grego. xlvij. diſti. c. bonorum
ait. Bonorū auctori aliter placere nō vale-
mus niſi cupiditatē que radix eſt oīum ma
loꝝ a nobis penitus abſcidamus. Secūdū
eſt voluntas ſpoliandi ꝓximū: ecce rapina
de qua Innocentiꝰ. ꝫ. ex̄ de reſtitu. ſpolia. c.
ſepe contingit. ait. Aleis ⁊ taxillis clerici vel
laici non ludant: nec ludentibꝰ aſſiſtāt: qꝛ
iniuſte detinere non multuꝫ differt quo ad
ſalutem ab eo qꝺ eſt alienum rapere. Ter-
tium eſt vſura maxima. ſ. ix. ꝓ. xi. acquiren-
do: ⁊ nō ſolum in anno vel in menſe ſed in
eadem die: prout habet̄ ex̄ de exceſ. p̄lato. c.
inter dilectos. Quaꝝ eſt multiplicatio men
daciorū ⁊ periurioꝝ ſeu verboꝝ ocioſorum
atqꝫ vanoꝝ. Quintū eſt blaſfemia in deuꝫ
virginē ⁊ ſanctos: ecce hereſis. Sextum eſt
fraus ſiue dolus. Septimū eſt corruptio ꝓ
ximorum confluentiū ⁊ luduꝫ inſpicientiū.
Octauum eſt ſcandalum bonoꝝ virorum:
Nonum ⁊ vltimū eſt cōtemptus ꝓhibitiōis
eccleſiaſtice que intelligit omne illud eſſe ꝓ
hibitum de quo nihil boni ſed totum mali
egredit̄. Adde ſi vis ⁊. io. ꝙ eſt amiſſio tem
poris ⁊ bonoꝝ: que in illo tempore facere te
nebantur. concordat Hoſtien. cum Ray. ⁊
addit alia ſeptem que ſunt. Furtum qꝛ lu
ſores frequent̄ inopia vrgente diſcant fura
ri. Item violētia aliquotiens eni ad hoc vt
aliquis laudat violēter detinere. Itē crimē
falſi qꝺ cōmittit̄ in falſis taxillis faciēdis ⁊
ex certa ſcia cōmodandis ſiue locādis. Itē
homicidiū: quia de ludo veniunt ad vba:
ex his ad verbera: tandē ad homicidia: ecce
immiſericordia homicidia qbus iudex ex offō

ſuo occurrere dꝫ. Item fraus ⁊ deceptio qꝛ
qui melius ſit decipere melius credit ludere
Itē adulatio vn̄ dicūt hoies pulcher ⁊ bo
nus luſor eſt dn̄s meus. Item turpis ⁊ iho
neſta vita pp predicta peccata que ex ludo
cōiter ꝓueniunt: tales cōicari prohibentur.
Proinde de pe. di. v. ille. i. fine di. Cohibe
at ſe ꝓpterea ab oibus ludis atqꝫ ſpectacu
lis ſcl'i q p̄fatā vult ꝯſequi grām remiſſio-
nis. h ibi. Ex quibꝰ ēt pꝫ ſextum genꝰ oium
quibus cōio dari nec dꝫ. Septimum genus
hoīum ſeu pſonaꝝ q digne cōicare nō pn̄t
et quibus cōio dꝫ oīno denegari ſunt oēs
pueri nō adulti q diſcretione carēt. Quam
veritatē ꝓbo ſolū p diſtinctionē Alexā. de
ales in. iiij. i tractatu de eucharıſtia. di. Cū
querit̄ an pueris debeat cōio dari. Rn̄deo
ꝙ in pueris tria ꝯſiderāda ſunt. vꝫ etas: di
ſcretio: atqꝫ deuotio. Primū dꝫ conſiderari
etas: ꝙ. ſ. puer vel puella habeat ad minus
x. vel. xij. ānos: qꝛ cōiter diſcretio i his ānis
hꝫ. Scdm qꝺ dꝫ conſiderari in pueris eſt di
ſcretio: ꝙ. ſ. ſciant diſcernere cibū ſpiritualē
i. ſacrm̄ a cibo corporali: non tn̄ ꝙ puer tūc
dꝫ habere diſcretionem: quando eſt doli ca
pax: ſicut dicit glo. in. c. oīs. ex̄ de peni. ⁊ re.
ſup verbo ānos diſcretionis. Doli capax ē
qn̄ mortaliter peccare pōt: qꝺ pōt euenire
in. viij. vij. vi. vl'. v. ānis. ſm Hoſti. ſicut etiā
euenit puero. v. ānoꝝ quē diabolus extrare
rit a brachijs pr̄is: ſicut recitat Greg. in. iiij.
dialo. Et iſup ex̄ de delic. pue. c. ꝑuis. gran-
diuſculis di in tex. ⁊ in gl. ꝙ in p̄dcā etate
peccare pn̄t ⁊ eſſe doli capaces. ⁊ iō tūc cū
ſic diſcernūt ⁊ venenū peccati committunt
inducēdi ſunt ad cōionē: vt remedium ſu-
mant ꝯ morbum peccati: qꝛ de ꝯſe. di. vij. c.
Ante bn̄dictionē. Ambro. ait. Quicūqꝫ mā
ducauerit hoc corpus fiet ei remiſſio pctōꝝ
glo. ſ. venialiū ⁊ mortaliū oblitoꝝ. Si antē
puer nō hꝫ iudiciū in predictis ānis diſcer
nendi inter ſacrm̄ ⁊ panē materialē neq̄ꝫ
cōicari dꝫ nec ad cōionem induci. Contra h
tn̄ qdam greci faciunt: qui irrationabiliter
etiam pueros ſine diſcretione cōicāt. prout
dicit Tho. in. iiij. di. ix. ar. v. q. iiij. Et ēt Dio
ni. 2. c. de eccleſiaſtica ierar. dicit ꝙ baptizaꝺ
dari debꝫ ſacra cōio: vbi ipe intelligit ſoluꝫ
de baptizatis adultis: nec obſtat illꝺ Io. vi.
Niſi māducaueritis ⁊c. qꝛ ſm Aug. ad Bo

niſa. papā. Tunc vnuſqſqꝫ fideliſſime cor-
pis ⁊ ſanguinis Chriſti ſpūaliter fit pticeps
qn̄ in baptiſmo mēbꝝ efficitur corpis xpi.
¶ Tertium qꝺ dꝫ conſiderari in pueris eſt
deuotio mentis: qꝛ. n. corpus Chriſti deuo-
ta ⁊ inflammata mēte aſſumi debet: ideo ſi
puer careat hac deuotione etiā ſi haberent
etatē ⁊ diſcretionē: non debet eis cōio dari.
Ex qbus collige ꝙ ſi pueri carēt vno trium
predictoꝝ: vꝫ aut etate: aut diſcretione: aut
deuotiōe: cōicari nō debēt. Et ſic pꝫ ex p̄di-
ctis ſeptimuꝫ genꝰ pſonaꝝ qbus cōio non
dꝫ dari. Octauū genus hoīuꝫ vel pſonarū
qui digne cōicari nō poſſunt: ⁊ qbꝰ cōio eſt
oīno deneganda ſunt oēs corizantes ſeu ro
rizatrices. Quam veritatē probo p Alex. de
ales in. iiij. di. xvi. di. Cuꝫ queritur an corea
trices debeāt cōicari. Rn̄deo ꝙ inter corea-
trices triplex eſt differentia. Quedam enim
ſunt quibus ex vſu eaꝝ inoteſcunt malitia
que inde ꝓueniunt vel ꝓpria induſtria vel
expiēntia vel conſcia vel p̄dicatione: ⁊ tamē
exercitium hmōi in ꝯſuetudine hn̄t: ⁊ cū ſu
is geſtibus ⁊ cantibꝰ ſe ⁊ alios ad ꝯcupiſcē
tiā ſui vel alioꝝ libidinem ꝓuocant: ⁊ tales
dū in voluntate ⁊ ꝓpoſito hmōi exercendi
peccata intentione pſeuerāt non debent ad
ſacrā cōionem accedere: qꝛ dū ſibi ⁊ alijs la
queos peccati mortalis voluntarie parāt: ⁊
mortal'r peccāt ⁊ i mortali culpa iugiter exi
ſtūt. Quedaꝫ vero alie ſunt: q̄ raro ⁊ quaſi
inuite ſe imiſcent ſupradictis coreis: ⁊ d ta
libus nec audeo diffinire ꝙ peccēt mortal'r
nec illas aſſecurare a pctō mortali: cū inge
rat̄ ſe piculo aſſiſtendi ⁊ aſſociādi eas que
ꝓuocāt alios ad libidineꝫ. Nam vt di Ec-
cleſi. ꝫ. Qui amat piculum peribit in illo. Si
talibus tn̄ ꝯſcia dictaret ꝙ non irent ad p̄-
dictas coreas pro eo: ꝙ valde ſunt prone
ad ꝯſenſum libidinis ex aſpectu iuuenum:
ſi tunc irent mortal'r peccarent: qꝛ cōtra cō
ſciam ad notabile periculum ſue dānatōis
ſe exponerent. pp qꝺ. xxviij. q. i. c. oēs. §. ex
his. Et ex̄ de reſti. ſpo. c. litteras. di. Q ē qꝺ
fit contra conſciam edificat ad gehennam.
Quedā alie ſunt deniqꝫ que ignorātes peri
culum ex tali ludo alicui ꝓuenire: ⁊ ex pura
intentione ſolum cauſa alicuius ſolatij vel
recreatiōis ludunt ⁊ tales excuſant̄ a pctō
mortali niſi forte talē ludum ſeu coreas du

cant in ↄtinuā ↄſuetudinē corizando. ſ.i oi
ſolemnitate ⁊ feſto iugiter per totū diem q̄ꝛ
tunc mortaliter peccant reſpectu ↄtemptus
cum ibi cōiter non deficiat peccatū veniale
reſpectu perditionis tanti tp̄is quod debe-
bat expendi in redemptoris gloriã. Quod
ↄfirmans Aug. xxv. di. c. vnum orarium. §.
criminis. ait. Nullum peccatũ eſt adeo ve
niale quod nō fiat criminale dū placet. gl.
i. per continuum conſenſum. Preterea de
tali materia ⁊ lōga cōſuetudine. viij. diſt. c.
mala di. Mala ↄſuetudo nō minus q̄ꝫ pni-
cioſa corruptela vitāda ē. Pretermitto ꝙ
hodie quaſi oēs exercent has coreas reſpe
ctu libidinis aut mundane vanitatis: pp̄ qđ
iudico quaſi impoſſibile ꝙ hodiernis tp̄ibꝰ
quis vadat ad tales coreas ⁊ non mortalit̄
peccet: precipue cū Hieronymus in quadā
omelia dicat. Non credo viro ſi dicit ſe ille-
ſum euaſiſſe a ſpectaculis talium: cum Da-
uid electus a dn̄o et co: ꝙ vidit Berſabee
lauantem ſe ad libidinem prouocatus ſit.
Et Bernar. dicit. Cum mulieribus ⁊ iuueni
bus diu conuerſari ⁊ non peccare maiꝰ mi
raculum eſt q̄ꝫ mortuos ſuſcitare. h Alex. fi-
naliter ex predictis etiam patet octauū ge-
nus hoium ſeu perſonaꝝ quibus ſacr̄m ē
omnino denegandū. ¶ Nonū genus homi
nū ſeu pſonaꝝ qui digne cōicari nō pñt ſeu
quibus cōio eſt oio denegāda ſunt oēs pre
cipue vſurarij publici qui aliorum bona in-
iuſte vſurpauerunt. Ratiō quare non debēt
cōicari eſt: q̄ꝛ excōicati ſunt a iure ſicut cōit̄
notū eſt. Et ideo in ſumma confe. li. 2. ti. 2. q.
xlvij. di. ꝙ ſacerdotes ⁊ curati circa vſurari
os ſe debent habere reſpectu iuſtitie q̄ꝫtum
ad tria. Primo non debent eos recip̄e ad
cōionē altaris: Secundo non debent recip̄e
eoꝝ oblationē ne reddant eos impenitētes
Tertio non debent eos admittere ſi in hoc
peccato deceſſerint ad xp̄ianam ſepulturã
Ultra tamē predicta dico ꝙ tales nō ſunt
communicandi. ⁊ ratio eſt: quia eorum ↄfeſ
ſio ⁊ penitentia ſine male ablatorum ſatiſfa
tione falſa eſt. di. Aug. xiiij. q. vi. c. ſi res in-
quit. Si res aliena per quā peccatū ē reddi
pōt ⁊ non redditur penitentia non agit̄: ſed
ſimulatur: ꝙ ſi veraciter agitur non remittit̄
peccatum niſi reſtituatur ablatum. Petrus
autem de taren. in iiij. di. ix. art. 3. dicit. ꝙ nō

tantum vſurarius communicare non dꝫ: ſꝫ
nec etiam interdictus ⁊ ſuſpenſus: ⁊ etiam
iuſte excōicatus: cuius ratio eſt: q̄ꝛ in talibꝰ
eſt defectus rei ſignificate. ſ. vnitatis corp̄is
miſtici. Excōmunicatus autem iniuſte q̄ꝫuis
non ſit indignus accedere ad h ſacr̄m: tam̄
pp̄ obedientiã eccleſie debet humiliter ab-
reſpōdere. Non. n. qƌ ante oculos ſitū ē ſuffi
cit intueri. ſꝫ reꝝ exitus ſemper prudētia me/
titur. Ecce poterat dicere. O ppl'e iudaice no/
li mirari ſi lachrymas fundo pro honore queꝫ
exhibes mihi: q: honor iſte vertetur cito in vi
tuperiū meū. Ecce ꝙ me honoratis nūc cū per
ſonis ꝓprijs: cū pſonaliter obuiā mihi veni/
ſtis ⁊ in Hyeruſalē me introduxiſtis: ſꝫ heu p̄
uideo ꝙ feria. vj. ꝓxime futura oēs de ciuita
te hyeruſalē nō eqtando ſꝫ crucē portādo me
cōtumelioſe eicietis: ⁊ inſuꝑ crucifigetis. Ecce
inſuper ꝙ me honoratis cum verbis laudis:
dū me ſaluatorē deum ⁊ regē appellatis. Sal/
uatorem quidē dum clamatis. Oſanna quod
interpretatur ſalua nos. Deumquoqꝫ duꝫ cla
matis. Benedictus qui venit in nomine domi

mi.i.tanq̄ habens rem ⁊ nomen veri dei. Re-
gem etiam eum ſubiungitis. Rex Yſrael: ſed
heu preuideo ꝙ feria.vj.ſequēti amplius mul
tiplicabitur ignominia mea: q2 qui dixiſtis. O
ſanna poſtea clamabitis. Matthe.xxvij. ſan-
guis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros.
Item qui dixiſtis. benedictus qui.v.in no.do.
poſtea clamabitis oēs. Crucifige crucifige eum.
Inſuper qui dixiſtis rex Yſrael: poſtea clama
bitis non habemus regē niſi Ceſarem. Ecce ꝙ
me honoratis cum operibus virtuoſis: dum
ſcinditis ramos oliuaꝝ ⁊ palmaꝝ: ⁊ flores: ⁊
folia proſternitis in via: ſed heu preuideo: ꝙ
palme conuertentur in virgas ⁊ flagella ⁊ ra-
mi oliuarum conuertentur in crucem. Flores
conuertentur in ſpineam coronam. Folia ve-
ro conuertentur in clauos. Ecce deniq3 ꝙ me
honoratis cum rebus veſtris dum.ſ.cum reue
rentia ex vitis vos veſtimenta veſtra ⁊ ea pro
ſternitis ſub pedibus meis ⁊ ſub pedibꝰ aſel-
li me ferentis. Sed heu preuideo quia feria.vj
ſequenti auferetis a me veſtimenta mea ⁊ ſor-
tem mitteris ſuper ea. De his omnibus: que
venient ſuper me prophetauit Iſa.lij.c. Ecce
inquit intelliget ſeruus meus ⁊ exaltabitur in
populis eleuabitur ⁊ ſublimis erit valde: S3
ſicut obſtupuerunt ſuper eum multi ſic inglo-
rius erit inter viros aſpectus eius. Ecce po-
pule cauſas mei fletus. Si igitur chriſtus o ai-
ma fleuit per compaſſionem diſperſionem tu-
am cur tu hodie per compaſſionē3 non defles
paſſionem ſuam. ¶ Sexto etiam o aia pro te
amare fleuit ⁊ lachrymatus eſt dominus Ie-
ſus in die Iouis ſancta cum eſſet in menſa cū
apoſtolis. Sic eni3 dicit glo. ſuper verba. Io.
13. Ieſus autem infremuit ⁊ turbatus eſt ſpiri
tu. Du3 ſic fleret interrogatus a diſcipulis cur
ſic fleret reſpondit. Amen dico vobis q2 vnus
veſtrum me traditurus eſt. Quaſi diceret non
plango mortem meam: ſed peccatum tradito-
ris. vbi Augꝰ. dicit ꝙ chriſtus non ſolum Iu-
de: ſed omnium traditorum tunc planxit pec-
cata. o Ieſu quot traditores ſunt in mundo.
An non traditores ſunt illi qui in baptiſmo
dant fidem tibi ſemper ſeruire ⁊ poſtmodum
cunctis diebus vite ſue dyabolo inimico tuo
adherent ⁊ ſeruiunt. o traditores chryſtiani: ſi
Chriſtus fleuit peccata veſtra: ergo ⁊ vos ho-
die deflete paſſionem ſuam. ¶ Septimo deni
q3 o anima pro te amare fleuit ⁊ lachrymatus
eſt Ieſus dum eſſet in ligno crucis. Unde ad
Hebre.v. dicitur. Cum clamore valido: ⁊ la-
chrymis in diebus mortis ſue exauditus ē ꝓ
ſua reuerentia: vbi ⁊ glo. dicit: ꝙ tunc fleuit
quando Luc.23. dixit Pater ignoſce illis quia
neſciunt quid faciunt. tunc.n. accepit omnem
potentiam omnes vires atq3 omnem virtutē
vocis ſue ⁊ cum lachrymis clamauit q̄ntu3 po
tuit. O mi pater eterne: o pater omnipotens:
o pater miſericordiaru3. Recommitto tibi po
pulum meum commendo tibi meas animas
recommendo tibi chryſtianos meos vt eis mi
ſerearis. Et tunc credendum eſt ꝙ lachrymas
funderet vſq3 ad terram. Ecce igitur deuota
anima ex quo ſepcies pro te dominus amare
fleuit: profecto ingratiſſima eris ſi ſaltem ho-
die ſemel pro amore ſuo non lachrymaberis.
Ex predictis igitur quinq3 rationibus: patet:
qualiter quiſq3 verus chryſtianus tenetur ho-
die lachrymare paſſionem domini Ieſu. Ter-
cio etiam probo ſimilitudinibus tribus: ꝙ ſci-
licet quiſq3 verus chryſtianus tenetur homi-
ne in corde ſuo per compaſſionem ſuſcipere
penas dolores ⁊ mortem ſui ſaluatoris.
¶ Primo ſimilitudo cum ſit naturalis talis
eſt. Conſuetudo enim eſt vt videmus ⁊ expe-
rientia docet: ꝙ quando moritur vnꝰ magnus
Rex ſeu dominus potens ſapiens iuſtus cle-
mens ⁊ totus bonus: totum regnum ſuum:
omnes ſui barones nobiles atq3 familia ingē
tes lachrymas fundunt: ⁊ vltra hoc nigris ob-
ſcuris atq3 lachrymoſis ſe induunt veſtimen-
tis. reiectis a ſe omnibus veſtibus vanis atq3
delicatis. hoc idem fit quando vnus bonus pa
terfamilias qui bene rexit ⁊ gubernauit fami
liam ſuam moritur: quia tunc omnis familia
ſimul cum filijs ⁊ filiabus amare ſuſpirat: ⁊
lachrymatur. Ecce anima ꝙ hodie eſt dies illa
in qua rex regum ⁊ dominus dominantium q̄
ſua potentia cuncta de nihilo creauit ſuaq3 bo
nitate ⁊ ſapientia oia regit ordinat ⁊ diſpo-
nit mortuus eſt: ⁊ tu nunquid poteris te cōti-
nere quin lachrymeris. Certe qui hodie non
lachrymatur chriſti mortē ⁊ paſſionē: oſtēdit
ꝓfecto ꝙ nō eſt d̄ familia chriſti. ¶ Secunda
ſimilitudo habetur de eccleſia que hodie pro-
pter chryſti ſponſi ſui mortem ſingulariter fa
cit tria plena pietate ⁊ dolore. Primo facit de
nudare ⁊ ſpoliare omnia altaria ornamentis
ſuis. Secundo non vult ꝙ ſonentur campa-
ne quaꝝ ſonus eſt cauſatiuus leticie. Tertio
non vult ꝙ miſſa hodie habeat aliquod princi
pium medium ⁊ finem. Non enim dicit cō
feſſio ⁊ introitus nec inſuper hodie conſe-
cratur nec inſuper in fine dicit vt moris eſt
Benedicamus domino. Pretermitto ꝙ fa
cit tenebras in nocte ⁊ officium tribus die-
bꝰ ⁊ inſuꝑ ꝙ tabule ꝓ cāpanis ꝑcutiuntur
Que omnia ideo facit. vt hodie ſine quaſi
vllo principio medio ⁊ fine q̄ſq3 chriſtianus
inducatur ad flendum mortem domini ſui.
¶ Tertia ſimilitudo eſt Hyero. ſuper v̄ba
Zacha.vij. Poſuerūt cor ſuū ſicut adamā
tem dicentis. Adamas eſt lapis duriſſimus
⁊ in tantum durus vt omnia metalla cōfrin
gat ipſe v̄o a nullo ꝯfringatꝰ. vnde ⁊ a gre
cis indomabilis dicitur. Et ſi tamen duriſſi-
mus ſit hircino tamen ſanguine frangibilis
eſt. Cor autem ipſius obſtinati quod ⁊ car-
neu3 eſt: ipſo adamāte durius ē quia a nul
lo frangi poteſt nec etiam chryſti ſanguine
emolliri. hec ille. Si igitur ſanguis hyrci cō
terit duriſſimum lapidem: nūquid ſanguis
Chryſti hodie decurrētis in terrā tante po-
terit eſſe virtutis ꝙ conterat corda carnea
chryſtianorū vt etiā illa conuertat in habū
dantias lachrymarū. Ex predictis etiam tri
bus ſimilitudinibꝰ p3 ꝙ quiſq3 verus chry
ſtianꝰ debet hodie cōpati chryſto Ieſu mo
rienti: ⁊ pro eius amore acriter lachrymari.
¶ Quarto deniq3 probo exemplis ꝙ q̄ſq3
verus chryſtianus debet hodie cordialr̄ fle
re ⁊ lachrymari mortem ⁊ paſſionē ſaluato
ris ſui. ¶ Primum exēplū habemus d̄ ſan
ctis angelis. Rem ſtupendam narrabo vo
bis: legi in quodālib. quod intitulatur Ho
logiū ſapientie cuius auctori apparuit qui
dam angelus qui hec ſibi reuelauit: Angelꝰ
igitur ille ſibi apparēs in oratiōe dixit. Sci-
to frater mi ꝙ quādo ſaluator chryſtꝰ pla-
gatus in cruce pēdebat: multi angeli de pa-
radiſo egreſſi ſunt ⁊ corpora humana ſuſce
perūt: ſtātesq3 iuxta crucē fortiꝰ lachrymati
ſunt. Quod ideo factū fuit vt impleretꝰ pro
phetia Iere.33. dicētis. Angeli pacis amare
flebunt. Exemplo igitur angelorum quiſq3
chriſtianus debet hodie ſingulariter affli-
gi ⁊ mortē domini Ieſu lacrymari. ¶ Se-
cundum exemplū habemus de ſanctis apo
ſtolis q licet timore paſſionis tēpore a chry
ſto ſe ſeparauerint: tamē mortē domini ſui
amariſſime flebāt. ¶ De quibꝰ cantat eccle
ſia: Triſtes erant apl'i de nece ſui domini
⁊c. Fleuit tamen precipue Petrus d̄ quo.
Mathe.xxvi. dicitur egreſſus foras Petrꝰ
fleuit amare. Et de quo dicit Inno. Q d̄ con
tinue portabat ſecum ſudariū vſq3 ad mor
tē: ⁊ ſi millies in die recordatꝰ fuiſſet paſſio
nis chryſti ⁊ negationis eius millies lachry
mari cogebatur. hoc idem cogita de reliquis
apoſtolis. S3 inter ceteros omnes amarius
fleuiſſe creditur Ioannes q iugiter cū vir
gine chryſtū vſq3 ad morte3 cōmitatus fuit
De Paulo q̄d dicam q licet Chryſtū mor
talē nō viderit: tamen poſt chryſti aſcenſio-
nē q̄ſi iugiter eius mortē ⁊ cruce3 in corde
portauit. propter quod ad galla.2. dicebat
chryſto crucifixus ſum cruci viuo autē iam
nō ego viuit v̄o in me chryſtꝰ: ꝙ aūt nūc vi
uo i carne in fide viuo filij dei q dilexit me
⁊ tradidit ſemetipſu3 ꝑꝑ me. hec ibi. Et ad
galla.vi. ait. Mihi aūt abſit gloriari niſi in
c.d.n. Ieſu chryſti per quē mihi mū.c. eſt ⁊
ego mundo: ergo exēplo ſanctoꝝ apoſtoloꝝ
plāge ⁊ tu aia amare hodie morte3 tui ſal-
uatoris. ¶ Tertiū exēplū habemꝰ d̄ ſanctis
martyribꝰ qui propter chryſtū non tantum
lachrymas ſed ſanguinē ꝓpriū effuderūt
De quibus cātat eccleſia viri ſancti glorio-
ſum ſanguinē ſuderūt pro domino: amaue
runt Chryſtū in vita ſua imitati ſunt eū
in morte ſua. pretermitto conſtantia3 ſancti
Iacobi interciſi cui cu3 mēbrati oia mēbra
vſq3 penes cor ꝓciſa fuiſſent gaudens dice
bat. O domine Ieſu ꝓ me crucifixe vtinā
haberē alia mille corꝑa q̄m oia illa amore
tuo exponerē morti precidēda. ¶ Quartu3
exēplū habemꝰ de ſacris virginibus q̄ oēs
q̄ntū fas fuit morte3 chryſti fleuerunt: ⁊ plu
res ex his pro eius amore ſanguinē ⁊ vita3
perdiderūt. Reſpice queſo virginē Cateri-
nam q̄ ſpreto regno ſuo ſpretiſq3 minis ⁊
verberibus carnificum: tandem ſanguine3
capitis abſciſſione ꝓ ipſo chryſto fudit. hoc
ide3 dicas de beata. Agata. Agnete. Lucia
Cecilia ceteriſq3 virginibꝰ. ¶ Quintū exē-
plum habemus de ſanctis confeſſoribꝰ qui
omnes quātū fas fuit chryſti mortē lachry
mati ſunt: ſed inter ceteros fuit beatus pr̄
nr̄ Frāciſcꝰ q vt habetꝰ in eiꝰ legēda adeo
fleuit paſſionē xp̄i ꝙ effectꝰ q̄ſi cecꝰ oculoꝝ
lumē ꝑdiderat: cui cū medicꝰ diceret. Si vis
ſanari oportet ꝙ a lachrymis te cōtineas.
Reſpondit potius paratus ſum mille ocu-

los perdere ſi tot haberem ꝗ ceſſare plan-
gere mortem ſaluatoris mei. O mirabilis
amor Franciſci ad dñm ſuũ. Quid plura
ꝓpter imenſam cõpaſſionez quã habuit ad
paſſionem chriſti: meruit a dño ꝓprijs pla-
gis ſtigmatizari. Pro inde Apoſto. in eius
perſona ad gal. vi. ait. Decetero nemo mihi
moleſtꝰ ſit. e. n. ſtig. do. Ieſu. in cor. m. p. Ec-
cleſia de ipſo cãtat Celoꝝ candor ⁊c̃. dic to
tũ ſi placet. Exẽplo ergo ſanctoꝝ cõfeſſorũ
quiſqꝫ debet hodie chriſti mortẽ plangere.
¶ Sextũ exẽplũ habemꝰ de diuerſis generi
bꝰ hereticoꝝ. Nã ad ſanctũ ſepulchrũ ſtãt
octo diuerſa genera hereticoꝝ diuerſas lin
guas habẽtiũ: adeo ꝙ nullꝰ intelligit aliũ
⁊ ſunt oẽs religioſi faciẽtes diuerſa offitia
⁊ maximas penitẽtias: omneſqꝫ hñt aliquã
hereſim preter fratres ordinis noſtri qui pro
prie habitãt penes ſanctũ ſepulchrũ ⁊ d ip
ſo cuſtodiã hẽnt. Et pmi qdẽ dicũt greci q
habitãt vbi xp̃s appuit Magdalene i mõꝫ
ortulani. Scdi dicunt Gorgij ⁊ hi habitãt
vbi Chriſtꝰ poſitus fuit in Cruce. Tertij di
cuntur Indiani ⁊ hi habitant vbi chriſtus
apparuit Petro lachrymãti. Quarti dicun
tur Soriani ⁊ hi habitant vbi chriſtus fuit
ſpoliatus. Quinti dicũtur. Neſtoriani ⁊ hi
habitãt quaſi penes fratres noſtros. Sexti
dicunt Abbaſſiti ⁊ hi habitãt vbi Chriſtus
cecidit cum cruce. Septimi dicuntur Iaco-
pite ⁊ hi habitant vbi Chriſtꝰ fuit depoſitꝰ
de cruce. Octaui dicunt Maroniti ⁊ hi ſũt
magis cõformes fidei nr̃e ꝗ omnes alie ſe-
cte hi oẽs ſupradicti per totũ annũ dicũt of
fitium ⁊ ſepius lachrimãtur Chriſti mortem
percipue tñ i die veneris ſancta pectora ton
dunt nihil comedũt: ⁊ quaſi iugiter lachry-
mantur. Si ergo predicti heretici ſic plorãt
paſſionẽ chriſti: ꝗ magis quiſqꝫ verus chri
ſtianꝰ eandẽ mortẽ dꝫ lachrymari. ¶ Septi
mũ exẽplũ habemus de rebꝰ inſenſibilibꝰ:
que hodie ſuo modo morti Chriſti compaſ
ſionem oſtenderũt. Cum eni chriſtꝰ in cruce
moreret: ſtatim vt dicitur luc. 23. Sol obſcu-
ratꝰ eſt ⁊ tenebre facte ſunt i vni. ter. ⁊ velũ
tẽpli corruit ⁊ petre ſciſſe ſt ⁊ mõumẽta ſeu
ſepulchra apta ſt vt habet Mat. xxvij. ⁊ de
ſolis obſcuritate. ẽt apoc. vi. di. Sol factꝰ ẽ
niger tanꝗ ſaccꝰ cilicinꝰ q̃ oĩa cõtra natu-
rã hoc fecerũt vt creaturas rõales ⁊ pcipue
chriſtianos ad cõpaciẽdũ chriſto crucifixo
inducerent. Et certe bene dura immo male
dicta erunt illa corda chriſtianorũ que ho
die non flectentur ad plangendum mortem
chriſti: ex quo duriſſime petre ꝓpter eius cõ
paſſionẽ ſciſſe ſunt. ¶ Octauũ deniqꝫ exẽ-
plum habemus de glorioſa virgine q̃ etiã
fleuit chriſti mortem. nonne ſi eſſet vna do-
mina vidua que vnicum haberet filium bo-
num pulchrum ſapientẽ ⁊ iuuenem: ⁊ filiꝰ
iſte crucifigeretur amariſſime fleret. Cer-
tũ eſt ꝙ ſic multo magis fleuit hodie virgo
Maria que vidua remanſit: quoniam Io-
ſeph maritus eius vt credit ante chriſti mor
tẽ mortuꝰ erat. Precipue fleuit dũ hodie
vidit vnicũ filium ſuum ſapientiſſimũ pul-
cherrimum ⁊ optimũ in etate florida. 33. an
norũ ſic vituperabiliter mori ⁊ crucifigi. Ex
tende te ad practicam in omnibus ſupradi
ctis vt vis quam relinquo breuitat cauſa.
Exemplo tamen virginis quelibet precipue
mulier debet propter eius amorem Chriſti
mortem lachrymari. Et adeo fuerunt eius
lachryme efficaces ꝙ etiam nunc prout re
tulerũt mihi fratres noſtri qui viderunt: ap
parent adhuc in petris fixe in Hieruſalem
⁊ etiam in aliquo quodam lapide qui tran
ſlatus eſt in ciuitate Conſtantinopolitana.
Ex predictis igitur auctoritatibꝰ. rationibꝰ
ſimilitudinibꝰ atqꝫ exemplis audiſti anima
chriſtiana primũ miſterium paſſionis chri-
ſti quod dicitur myſterium neceſſitatis. In
quo clare videre potuiſti quomodo nullus
poterit dici vere chriſtianꝰ niſi hodie incor-
de ſuo ſuſceperit penas dolores atqꝫ angu
ſtias ſui ſaluatoris.

¶ De ſcdo miſterio ſacratiſſime paſſionis
Chriſti qd̓ dicitur miſterium acerbitatis.

S Ecundum inſuper miſterium de ſa-
cratiſſima chriſti paſſione cõtemplã
dum dicit myſteriũ accerbitat̃ poſt
ꝗ vidiſti fidelis anima neceſſitatem paſſio
nis xp̃i. i. q̃lit vnuſquiſqꝫ fidelis chriſtianꝰ
tenet cõpati chriſto morienti: nũc habeo ti
bi oſtendere maximam acerbitatem ipſius
mortis ⁊ paſſionis chriſti: vt ex hoc magis
inducaris ad flendum ipſam xp̃i mortem ⁊
paſſionem. Accipe igitur concluſionaliter ꝙ
chriſti mors ⁊ paſſio adeo fuit grauis ama
ra ⁊ acerba ꝙ grauior fuit amarior ⁊ acerbi
or omni ſimul morte atqꝫ paſſione oĩum ſi-
mul martyrum beatorum. Et profecto ſi cõ
parentur mortes ⁊ paſſiones omnium ſimul
martyrum licet fuerint acerbiſſime ⁊ grauiſſi-
me morti ⁊ paſſioni domini Ieſu chriſti: que-
dam certe non tormenta: ſed refrigeria appa-
rebunt. Et licet omnia genera paſſionum: ſeu
omne genus mortis non ſuſceperit chryſtus i
corpore ſuo: ſuſcepit tamen non tantum eq-
ualentiam ſed quaſi in infinitum ſuperequi-
ualentiam omnes penas mortis vel predicta-
rum paſſionum ipſorum martyrum. Quod
autem chryſti mors ⁊ paſſio fuerit per ſe gra-
uior acerbior amarior doloroſior atqꝫ crude-
lior omne ſimul morte atqꝫ paſſione beatorũ
martyrum necnon ⁊ ſacratiſſimarum virginũ
tripliciter probo. Primo auctoritatibus. Se-
cundo rationibus. Tertio diſtinctione.
¶ Primo probo auctoritatibus. Nam Iere.
in chryſti perſona tren. i. hoc aſſerit di: O vos
omnes qui tranſitis per viam. a. ⁊ vi. ſi eſt do-
lor ſicut do. meus. glo. ſimilis. non eſt inuen-
tus dolor: nec inuenietur. Anſelmus inſuper li
bro cur deus homo c. iiij. ait. Quelibet parua
leſio etiam facta in corpore Chriſti peior ⁊ dã
nabilior fuit q̃ʒ eſſet deſtructio totius mundi:
⁊ q̃ʒ eſſet leſio quantumcunqꝫ magna vel mors
inflicta paſſibili cuilibet creature. Deniqꝫ gloſ.
Ambro. ſuper verba prophete. Omnes flu-
ctus tuos induxiſti ſuper me. ſic ait. cũ triplex
fuerit in Chryſto ſubſtantia videlicet: carnalis:
ſpiritualis: ⁊ diuina: q̃ʒuis diuina ſubſtantia
non ſit paſſa: paſſa eſt tamen ſubſtantia corpo
ris: ⁊ ſubſtantia inferior anime ſuper omnem
paſſibilem paſſionem. ¶ Secundo hoc idem
probo duplici ratione. Primo ratione nobili
tatis. Secundo ratõne perſonalitatis. ¶ Pri
mo ratione nobilitatis, ꝙ paſſio Chryſti: ⁊
mors fuit acerbiſſima ſuper omnem mortem:
⁊ paſſionem ipſorum martyrum: ſeu aliarum
perſonarum. Fundamentum rationis ponit
Phyloſo. lib. de ſenſu ⁊ ſenſato di. Nobilio-
res potentie ſunt magis apprehenſiue proprio
rum ⁊ oppoſitorum contrariorum. patet hec
regula. Cũ eni oculus ſit nobilior potentia ma
nu: manus vero ſit delicatior calcaneo: hinc ẽ
ꝙ eadem percuſſio equaliter facta in predictis
grauiorem incomparabiliter penam ⁊ dolo-
rem exhibebit oculo: q̃ʒ manui: vel calcaneo.
Quo preſuppoſito videlicet ꝙ quanto poten
tia. vel complexio eſt nobilior tanto paſſio do
loris eſt in ea acerbior certum eſt: ꝙ Chryſtus
habuit nobiliſſimam complexionem ſup om-
nes humanas creaturas. Nam nobilitas com
plexionis reſpondet nobilitati anime. Cũ igi-
tur Chryſtus habuerit nobiliſſimam animam:
concluditur neceſſario: ꝙ etiam habuit in ſua
morte ⁊ paſſione maximam ſuper omnes do-
lores afflictionem. ⁊ confirma iſtam rationẽ
ſic. Certum eſt enim vt dicit Philoſophus lib.
de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ omnis pena eſt principa
liter in tactu. Quod ſic patet: quia quando per
ſona habet vnum membrum freneticum vel
inordinatum: non ſentit quaſi nihil: vel modi
cum puncturas in eo factas: ⁊ propterea ha-
bentes tactum nobiliorem magis ſunt paſſibi-
les. Quo conceſſo ꝙ quanto ſenſus tactus eſt
viuatior. tanto dolor ẽ acutior: propter quod
in illis membris in quibus magis viget ſenſus
tactus eſt dolor acutiſſimus: clarum eſt ꝙ chri-
ſtus habuit ſenſum tactus ſuper omnes crea-
turas viuaciſſimum: pro eo ꝙ corpus eius fu-
it nobiliſſimum: quia virtute ſpiritus ſancti fu
it formatum: ⁊ illa que fiunt immediate a deo
ſunt nobiliora meliora ⁊ perfectiora. Sicut
patet de vino facto in nuptijs: vt habetur Io.
2. qd̓ ſi ſic eſt ꝙ Chryſtus habuit ſenſum tactus
viuaciſſimum ſuper omnes reſpectu corporis
nobiliſſimi. concluditur per conſequens ꝙ do-
lor eius ſenſibilis fuit acutiſſimus ⁊ grauiſſi-
mus ſuper omnes dolores mundi. Et ideo q̃ſ-
qꝫ verus fidelis tanto magis debet moueri ad
eius compaſſionem quanto conſpicit corpus
illud nobiliſſimum per ſpiritus ſancti opera-
tionem conceptum maiorem ſenſiſſe penam ⁊
paſſionem. ¶ Secundo etiam probo ratione
perſonalitatis: ꝙ quelibet etiam minima le-
ſio vel percuſſio facta in corpore Chryſti eſt
grauior omne ſimul paſſione ⁊ morte omni-
um ſanctorum martyrum. Et pro fundamen-
to rationis in forma queſtionis quero vtrum
Chryſtus fuit deus ⁊ homo ⁊ per conſequens
vna tantum perſona ⁊ non plures. Ad quod
breuiter reſpondet Seraphycus Bonauen. in
3. diſtin. vij. articu. i. q. i. in corpore queſtionis
d. ꝙ ſic. Cum queritur inquit de hac locutione
deus eſt homo ⁊ econuerſo. vtrum ſit vera p̃-
dicatio. Reſpondeo dicendum: ꝙ ſecundum
catholicam veritatem abſqꝫ dubio neceſſe eſt
concedere hominem eſſe deum: ⁊ deum eſſe ho
minem pro eo ꝙ due nature ſunt ibi vnite ſi-
mul in vnam perſonam: que autem in vno
ſuppoſito vniuntur neceſſario de ſe inuicem
p̃dicãtur. Et accipiantur concrete propter illã

maximaꝫ philoſo. qua dicitur. Quecunqꝫ vni
⁊ eidem ſunt inter ſe ſunt eadem: per quam
etiam fundari habet virtus ſilogiſmi expoſito
rij: quod probat Philoſophus in libro prio-
rum. Ea que dicuntur de vno ⁊ eodem predi-
cari de ſe inuicem. Si igitur vnus eſt Chryſt⁹
qui eſt deus ⁊ homo: neceſſario oportet con-
cludere deum eſſe hominem: ⁊ hominem eſſe
deum. Eſt tamen in hoc cuꝫ ſit predicatio de-
us eſt homo ſingul'is modus predicandi. Nõ
enim eſt talis predicatio per eſſentiam: nec ꝑ
cauſam: nec per inherentiam: ſed eſt predica-
tio per vnionem. Ideo enim homo predica-
tur de deo: quia vnitur ei in vnitate perſone
Et quoniam hec vnio eſt ſingularis non ẽ mi
rum ſi ſingularem modum exigit predicandi.
Et per hoc patet ꝙ talis predicatio non redu-
citur ad alios modos predicandi conſuetos:
habet tamen in ſe veritatem ſicut oſtendunt ra
tiones ad hanc partem inducte. Et hoc quidẽ
communiter fatentur omnes doctores theologie
⁊ inſuper hoc atteſtantur ſanctorum auctori-
tates. Unde Athanaſius in ſimbo. ait. Sicut
anima rationalis ⁊ caro vnus eſt hõ: ita deus
⁊ hõ vnus eſt xp̃s. h̄ Bo. verbaliter. Qd̄ aſſe
rens ẽt Alex. 3. extra de here. c. cũ xp̃s ait. Cum
xp̃s ꝑfectus deus ſit ⁊ ꝑfect⁹ hõ: in. idamus ſub
anatemate ne quis de cetero dicer audeat chri
ſtum non eſſe aliquid ſꝫm ꝙ homo: quia ſicut
chryſtus verus eſt deus ita verus eſt homo. ex
anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens. h̄
ibi. Idem aſſerit Centurio Matth. xv. dicens
Uere hic homo filius dei erat. quod confir-
mans inſuper Ber. lib. v. ad Eugenium. ait.
Tantam ⁊ tam expreſſam vnionis vim in ſe
prefert ea perſona qua deus ⁊ homo vnus eſt
Chryſtus: vt ſi duo de ſe predices: non erres.
Hec Augu. Et in Ench. ait. vtraqꝫ ſubſtantia
diuina ⁊ humana: filius eſt vnicus dei patris
Rationem de hoc aſſignat Bonauen. vbi ſu
pra ad partẽ affirmatiuã di. Medium inquit
quod optime iungit extrema ad vtrunqꝫ ex-
tremorum comparatur ſecundum habitudi-
nem ſubiciendi ⁊ predicandi. Si ergo chryſt⁹
perfectus eſt mediator dei ⁊ hominum vel in
ter deum ⁊ hominem vt dicitur prime Thi.
i. Et ad Hebre. ii. ergo deus ⁊ homo talem ha
bent habitudinem reſpectu eiuſdem. Sed que
talem habent habitudinem reſpectu eiuſdem
dicuntur neceſſario de ſe inuicem: ergo homo
predicatur de deo ⁊ deus de homine. hec ibi.

verbaliter. Alexan. autem in tertia parte ſum
me. i. q. vtrum deus ſit homo ⁊ ecõuerſo. hoc
idem confirmat quod Bo. Et vlterius in. q.
vbi querit vtrum Chryſtus ſꝫm ꝙ homo ſit ꝑ-
ſona. Reſpondet in corpore. q. di. ꝙ non. cum
.n. inquit perſona dicat quaſi ꝑ ſe vnũ ſonãs:
dico ꝙ xp̃s ſꝫm ꝙ homo non eſt perſona. ẽ ta
men indiuiduũ. vnde ſi queritur vtrum xp̃s
ſꝫm ꝙ homo ſit quis: ſi hoc nomen q̇s ſuppo-
nit generaliter ſꝫam generalem hoc dicere: ſi
ſupponatur indiuiduum: dico ꝙ eſt quis: ſi ve
ro ſupponatur ſꝫam ſingularem non aliquan
do digniori cõiunctã: ſed diſtinctã ꝙ eſt perſo
na: dico ꝙ ſꝫm ꝙ homo hoc mõ non eſt q̇s. h̄
Alexan. verbaliter. his oibus premiſſis: ſeu
hoc ſuppoſito ꝙ xp̃s deus ⁊ homo eſt tantum
vna pſona: ponaꝫ nũc caſus ꝙ fiat vna ꝑcuſ-
ſio vel leſio i corpe xp̃i certũ ẽ ꝙ nõ põt fieri il
la leſio quin fiat in perſona diuina: que cũ ſit
in infinitum melior ⁊ nobilior omnibus hu
manis perſonis: neceſſe eſt omnino propter
hoc concludere ꝙ grauior eſt illa leſio per ſe:
quam ſimul eſſe poſſent omnes leſiones vel ꝑ
cuſſure: que vnquam fieri poſſent in omnib⁹
humanis corporibus: q: ſicut predixi non po-
teſt tangi vel ledi corpus Chriſti quin tangaꝫ:
vel ledatur perſona diuina. Quod cõfirmãs
Aug. prout recitat Mag. in. 3. di. 11. c. Recedẽ
te. vero ait. Quicquid paſſus eſt homo nõ po
teſt dici non paſſus deus: q: deus erat homo.
Quomodo põt dicere. non te paſſum iniuriaꝫ
ſi veſtis tua cõſcindantur q̃uis veſtis tua nõ
ſit tu. Multo magis ergo quicquid patitur ca
ro vnita verbo poteſt dici pati deus lꝫ verbũ
nec corrumpi nec mori potuerit. hec Auguſti
nus ibi. Si igitur o fidelis anima tam grauis
fuit ſola ⁊ minima ꝑcuſſio ꝑ iudeoſ. i xp̃i cor-
pe facta: q̃to magis credis ꝙ fuerit ſimul gra
uiores innumerabiles ꝑcuſſiones que cũ alapis
ſpinis ⁊ flagellis facte ſunt i ei⁹ corpe bñdicto
Certe vt di. Iſa. i. A plãta pedis vſqꝫ ad vti
cẽ nõ erat i eo ſanitas. Et Iſa. lv. di vidim⁹ eũ
quaſi leproſuꝫ o p̃dicator ſup his fortiſſimis
fundamẽtis que tibi feci poteſ te extẽdere egre
gie ꝑ practicã inducẽdo ppl'uꝫ ad lachrymas
prout vis. Ex predictis igitur duabus ratio-
nibus etiam patet qualiter paſſio Chriſti ve-
re ⁊ realiter fuit acerbiſſima ſuper omnes paſ
ſiones oium hominũ mũdi. ¶ Tertio hoc idẽ
probo duabus diſtinctionibus. Prima diſti
ctio eſt Alex. de ales. in tertia pte ſũme in tra-

ctatu vbi agit de q̃titate paſſiõis xp̃i dicen
tis. Cũ querit an dolor xp̃i fuerit maximus
ſup oẽs dolores. Rñdeo diſtinguendo ſꝫm
Damaſcenũ nãm in chriſto ⁊ ẽt rõnem. Si
eni dolor chryſti cõſideret ſꝫm nãm maxim⁹
fuit dolor ſup oẽs. Nã magn⁹ eſt dolor qui
eſt ꝯ naturã pacientis: maior q̇ magis eſt cõ
tra nãm pacientis vel etiã cõtra volũtateꝫ.
Maior igitur fuit dolor in xp̃o quia magis
fuit cõtra nãm pacientis quaꝫ in ceteris. vñ
cum corpus ẽt fuerit optime cõplexiõis ſup
omnes ⁊ optime ꝯueniens aie aia maxime
doluit in eius flagellatione ⁊ ſeparatiõe q̃
dolere poſſent oẽs alie anime Si vero cõſi-
deretur maior dolor ſꝫm ꝙ dicit contra vo-
luntatẽ pacientis hoc eſt dupliciter Naꝫ eſt
voluntas naturalis ⁊ eſt voluntas rationis
vel rõnalis. ¶ Primo mõ fuit maxim⁹ do-
lor in xp̃o. ¶ Secundo mõ non fuit dolor i
xp̃o: q: nunq̃ fuit martir q̇ tm̃ informatus
charitate deſideraret mori ⁊ h̄ fuit meritũ
paſſionis. Si autẽ obijceres. paſſio q̃ magis
hꝫ ſibi cõiunctã delectationẽ minor eſt cete-
ris: ⁊ q̃ maxime cõiuncta ẽ delectatiõi mini
ma ẽ: ſꝫ cũ xp̃s ſemꝑ frueret diuinitare: ergo
minimã vr̃ habuiſſe paſſionem inter marty
res. Rñdeo ⁊ dico ꝙ delectatio fuit in volũ
tate vt eſt ratio. paſſio vo in voluntate vt ẽ
natura. ⁊ ideo nõ ex eadẽ parte fuit delecta
tio ⁊ paſſio. vñ oportuit ꝙ in vna pte habe-
ret ſũmum gaudiũ vt volũtarie ⁊ ex charita
te impleret paſſionẽ: ⁊ ex alia parte maximũ
hẽret ſup oẽs dolorẽ ⁊ hoc vult Damaſce-
nus cũ loquit de paſſionibus ſꝫm naturam
h̄ Alex. verbaliter. Aliã diſt. ponit ſeraphic⁹
Bo. in. 3. di. xvi. ar. i. q. 2. in cor. q. di. Cuꝫ q̃rit
vtꝝ in xp̃o fuit dolor ſup oẽs acerbiſſimus.
Rñdeo ꝙ dolor paſſionis xp̃i inter ceteros
dolores ⁊ paſſiones fuit acerbiſſimus: ⁊ hoc
pꝫ ſi illa cõſiderentur que doloris paſſionẽ
acerbiorẽ reddũt. h̄ at ſũt tria. ſ. cã paſſiõis
mod⁹ paciẽdi: ⁊ cõditio patientis. Si cõſide
ret cã ob quã xp̃s paſſus ẽ fuit i eo doloris
afflictio magna: ſi. n. patiebat ꝓ culpa ꝓpa
imo ꝑ aliena: nõ ꝓ amicis tm̃ ſꝫ ẽt ꝓ inimi-
cis: ⁊ ẽt ꝓ his quos videbat ingratos. Si at
ꝯſideret mod⁹ paciẽdi fuit in eo paſſio dolo
ris acerbior: tũ ꝑꝑ gñalitatẽ: q: i oib⁹ mẽbris
affligebat: tũ ẽt ꝑꝑ ꝯtinuitatẽ: q: ſuſpẽdiuꝫ
ei⁹ ꝯtinuabat ⁊ claui adeo affligebãt pẽdẽtẽ
ſic affixerũt q̇ñ man⁹ ei⁹ ⁊ pedes ꝯfodiebãt

i qb⁹ maxia erat afflictio ꝑꝑ neruos ⁊ muſ
culos ibidẽ ꝯcurrẽtes: i qb⁹ ꝑcipue viget ſẽ
ſus. Si vo ꝯſideret q̃litas ſiue ꝯditio paci
entis maxia vtiqꝫ erat afflictio ꝑꝑ maxiaꝫ cõ
plexiõis eq̃litatẽ ⁊ ꝑꝑ ſẽſus viuacitatẽ. vñ
q: null⁹ potuit ei adeq̃ri nec i eq̃litate cõple
xõis nec i viuacitate ſẽſus: Idcirco dolor il
li⁹ oium doloꝝ fuit acutiſſim⁹ ⁊ maxim⁹ ⁊
iõ di grãs q̃tas poſſum⁹ referam⁹: ſi q̃ mõ
donet nobis tã ꝑuit paciẽti cõpaciamur. h̄
Bo. vbal'r. Ex p̃dictis igit auctib⁹ rõnibus
atqꝫ diſtictiõib⁹ vidiſti aia xp̃iana ſꝫ miſte
riũ paſſionis xp̃i qd̄ dr̃ miſteriũ acerbitatꝭ in
quo clare itelleriſti ꝙ xp̃i paſſio fuit grauior
acerbior ⁊ amarior atqꝫ doloroſior omni ſil'
morte ⁊ paſſione btõꝝ martyꝝ: ꝑꝑ qd̄ tãto
magis teneris ei ꝯpati: q̃to magis ſupradi
ctã paſſionẽ ꝓ amore ſalutis tue paſſus ẽ.
¶ De tertio myſterio ſacratiſſime paſſionis
xp̃i quod dr̃ myſterium ſpecialitatis.

Ertiũ deniqꝫ myſteriũ de ſacratiſſi
ma xp̃i paſſiõe ꝯtẽplãdũ dr̃ myſteri
uꝫ ſpalitatꝭ. Poſtq̃ itellexiſti aia d
nota neceſſitatẽ ⁊ acerbitatẽ paſſiõis tui ſal
uatoris hẽo tibi nũc oñder ſpal'r q̃t ⁊ q̇ fue
rit dolores illi acerbiſſimi q̇ adeo ipm̃ xp̃m
anguſtiauerũt ꝙ ipꝫ credul'r mori cogerũt.
hos tñ dolores xp̃i acutiſſimos. o tu euãgeli
ce p̃dicator cã ꝓlixitatꝭ euitande tibi breuiẽ
dclarabo: ⁊ ẽt tu breuit traſcurrer poteris p̃
dicãdo: q: ſic ſꝫ platonẽ i thimeo. Sublectꝭ
bñ diſpoſitꝭ ſtari ⁊ ſine retardatõe forma ip̃
mit: ſic facil'r poteris iducẽ ⁊ q̃ſi cogẽ ppl'm
ad lachrymãdũ: erq̃ ſufficient auditores ꝑ
duo myſteria p̃cedẽtia ad fletũ ⁊ lachrimaſ
fuerũt diſpoſiti. accipe igit o fidel' aia vt ha
bũdãti⁹ ad lachrymas iducaris ꝓ ei⁹ paſſi
one ceteris omiſſis ꝓ nũc ſeptẽ ſpãles acer
biſſimos atqꝫ acutiſſimos dolores q̇s xp̃s
hodie ꝓ amore tuo atqꝫ ſalute ſuſtinere di-
gnat⁹ ẽ. Quoꝝ p̃m⁹ dr̃ dolor ſatiſfactiõis.
Scd̄s dr̃ dolor ſeparationis. Terti⁹ dr̃ dolor
flagellatiõis. Quart⁹ dr̃ dolor cõfuſionis.
Quit⁹ dr̃ dolor ꝯculcatõis. Sext⁹ di dolor
abbreuiatõis. Septim⁹ dr̃ dolor mortificati
onis. ¶ Prim⁹ igit dolor acerbiſſim⁹ ama
riſſim⁹ atqꝫ acutiſſim⁹ quẽ hodie ꝓ te o po
pule chryſtiane ſuſtinuit dñs Ihs dr̃ dolor
ſatiſfactõis. ꝓ q̃ dclarãdo ſciẽdũ ẽ ꝙ i xp̃o
fuit triplex diuerſa ſꝫa. ¶ Prima fuit diui
na: ⁊ h̄ hodie nec fuit paſſa nec pati potuit

vnde Aug. prout recitat Marchus in tertio
di.xi.c.recedēte. ait. Si quis dixerit aut cre-
diderit dei filiū paſſuꝫ anathema ſit. h ille.
¶ Secunda fuit corporalis ⁊ hec vt inferiꝰ
declarabiť acerbum dolorem paſſa eſt.
¶ Tertia fuit ſpecialis que nihil ē aliud ꝙ
eius aīa ⁊ h ſm ptē inferiorē grauiſſimum
dolorē paſſa ē:⁊ adeo dolor mentis xpī fuit
grauis ꝙ minimus dolor excesſit incompa
rabiliter oēs dolores ſui corporis:⁊ h dolor
mētalis xpī tantꝰ fuit in eius aīa pp offen-
ſiōes ꝯ prēm ſuū celeſtē factas. Nā ꝓuidit
aīa xpī benedicta ab inſtanti creationis ſue
in vtero virginaliter vnione cū diuino v̄bo
omnia peccata hominū tam preterita quaꝫ
preſentia ⁊ futura. Et hoc ideo fuit quia re
ſpiciens in verbo in quo omnia relucēt tan
quā in ſpeculo quodam:habuit cognitioneꝫ
omnium rerum preteritarum preſentium ⁊
futuraruꝫ. Quoniam igitur omnia peccata
preterita preſentia ⁊ futura erant cōtra ho
norem vel inoffenſionem ſui patris celeſtis:
⁊ etiam contra animaꝝ ſalutē. Ideo vt pa
tri celeſti ꝓ eius offenſis ſatiſfaceret qui ne
quaꝙ volebat peccatuꝫ aliquod dimittere
impunitum ⁊ inſuper a morte ad eternā vi-
taꝫ animas reuocaret:voluit nimia deuictꝰ
charitate in ſe ⁊ i anima ſua tot ſingulares
dolores ſuſcipeř quot ſingularia fuerāt pec
cata cōmiſſa ſeu in poſterū cōmittenda. Et
tantū inſuper pro qualibet culpa dolorē in
anima ſuſtinuit:ꝗtum grauis erat ſui pris
iniuria. Et quia celeſtis pať infinite erat bo
nitatis. Iccirco culpa contra eum cōmiſſa:
erat infinita:⁊ per cōſequens chriſtꝰ vt pa-
tri ſatiſfaceret pro qualibet iniuria ſingula-
riter infinitum doloreꝫ voluit ſuſtinere. Et ſi
dolor vnius culpe tantus fuit ꝙ in infinitū
excederet hominum omnium penas:cogita
ꝗſo anima quanta fuerit pena anime chriſti
que pro peccať innumerabilibꝰ innumera-
biles in ſe ſuſcepit penas. Proinde d̄ mul
titudine peccatorū videlꝫ cordis oris ⁊ ope
ris q̄ homines comittunt propha dicit. Di-
numerabo eos.ſ.hominum defectus:⁊ ſup
harenam multiplicabūtur. Et ꝙ chriſtus in
anima ⁊ corde ſuo hodie tot penas dolores
⁊ vulnera ſuſceperit quot ſunt vel fuerunt
oīa peccata hominū preterita preſentia ⁊ fu
tura : ſiue ſint peccata cordis ſiue oris ſiue
opis quadrupľr ꝓbo. Primo auctoritate
Secundo rōne. Tertio ſimilitudine. Quar-
to ſignificatione. ¶ Primo probo auctori-
tate ꝙ Chriſtus hodie ſatiſfecit patri ſuſci
piēs in ſe ſingulariter tot penas quot fue-
runt peccata hominuꝫ preterita preſentia ⁊
futura. Unde Iſa.liij.c.dř. Uere langores
noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipe por
tauit:⁊ nos reputauimꝰ eum ꝗſi leproſum
⁊ percuſſum a deo ⁊ humiliatū:ipſe aūt vul
neratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras attri
tus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pa-
cis noſtre ſuper eū cuiꝰ liuore ſanati ſumus
omnes nos quaſi oues errauimꝰ:vnuſqſqꝫ
in viā ſuā d̄clinauit:⁊ poſuit dn̄s in eo iniq
tem omnium noſtrū. h ibi. propterea Mat.
xxvi. apoſtolis in orto exiſtētibꝰ dicebat. Tri
ſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortē vbi etiaꝫ
gloſa dicit tātam triſtitiā in anima ſuſcepit
Chriſtꝰ:quātam peccati malitiam homines
cōmiſerunt. ¶ Secundo hoc idem ꝓbo vni
ca ratione videlicet equalificatiōis. Funda
mentum ratiōis ponit philoſophus.v.Ethi
corū di. Pena taxatur in opere iuſtitie ſm
quantitatem culpe. Quo conceſſo certū eſt
ꝙ culpa tanto eſt grauior quāto perſona cō
tra quā cōmittiť ē nobilior prout expſſe ha-
betur.xx.q.ii.c.monet. Item.ii.q.ii.c.gloria.
Itē.xxvij.q.i.c.nuptiarū. Et extra de ſen.
excō.c.illoꝝ. Sed clarū ē ꝙ nobilitas pris
celeſtis cōtra quē culpe cōmittunť ē infini-
ta:ergo oportuit hodie chriſtū tot penas pa
ti quot peccata hoies cōmiſerāt ⁊ cōmiſuri
erāt:⁊ precipue cū pater celeſtis vt di Iob
xxiiij.nihil inultū pati volebat:⁊ inſup quia
ipſe xp̄s cū eēt deus ⁊ hō.⁊ per cōſequens
virtutis infinite ſolum ſatiſfacere poterat.
Quod totum confirmans Moyſes deuťo.
xxv.dicebat. Secūdū menſuram delicti erit
⁊ plagarum modus. Cogita igitur hec o fi
delis anima:quot penas hodie ſagittas ⁊
vulnera in corde ſuo chriſtꝰ ſuſcepit. ¶ Ter
tio hoc idē probo ſimilitudine.ſ.ꝙ chriſtus
vt patri ſatiſfaceret in ſe ſuſcepit oēs penas
peccatis noſtris debitas. Nam ponatur ꝙ
eēt filius ſummi regis vel imperatoris ꝙ
videret dilectū patrē ſuū a viliſſimis ribal
dis per lutū ⁊ ſtercus per capillos ⁊ barbā
contumelioſe trahi.⁊ pugnis ⁊ calcibus os
⁊ faciem eius contundi: quanta credis ꝗſo
amaritudine repleretur:vtiqꝫ tanta quan-
tum diligeret eum:⁊ quanta in eo vulnera
eta fuiſſent. Quod ſi ſic faceret talis filius.
multo perfectius hoc facit chriſtus cum ex
cederet in charitate oēs filios hominū. O
igitur quantos dolores:quantas ſagittas:
quantas penas:quātaſqꝫ amaritudines ho
die dn̄e ieſu vt patri ſatiſfaceres ⁊ nō redi
meres in corde tuo ſuſcepiſti. ¶ Quarto de-
niqꝫ ꝓbo ſignificatiōe:ꝙ.ſ. chriſtus hodie
in corde ſuo innumerabiles ⁊ infinitas pe
nas pro nobis ribaldis ⁊ peccatoribꝰ ſuſce
pit. Nā phs ſecūdo prioꝝ dicit. Signū eſt
propoſitio demonſtratiua faciēs fidē ⁊ per
ſigna corporis nobis nota ſilogizamꝰ inquit
diſpoſitiones anime nobis ignotas. Quod
ſic patet. Nā per ſudores ⁊ ſigna que appa
rent ab extra in corpore infirmi iudicat ſa-
piens medicus de infirmitatibus que intrin
ſecus latent. Hoc modo quiſqꝫ chriſtianus
poteſt iudicare quod hodie chriſtus intrin-
ſecus in corde pro peccatis noſtris imēſas
ſuſcepit penas:dū cōſpicit chriſtū ab extra
per corpus emittere immenſum ſudorē ſeu
immenſas guttas ſanguinis. Cum.n.vt ha-
betur Mat.xxvi. chriſtus ter in orto ab apo
ſtolis ſeparatus oraſſet di. Pater mi ſi poſ
ſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Statim vt
dicitur Luč.xx. Factus eſt ſudor eiꝰ ſič gut-
te ſanguinis decurrētis in terrā. Qui vtiꝙ
ſudor ſanguineus per genas:oculos:⁊ to-
tū chriſti corpus egrediens:vtiqꝫ ſignifica-
bat maximas penas ſui cordis quas ꝓ pec
catis nr̄is tollerabat. Et licet ſenſualitas ꝓ-
pter timorē mortis imminētis ſic diſſolucreť:
tn̄ rō faciebat ſic corpus in ſanguinē diſſol
ui propter ſatiſfactionē peccatoꝝ noſtroꝝ.
Proinde Bernar. in ſermone de mirandis
beneficijs humane redēptionis:qui incipit
Ieſum nazarenum:ſic ait. Anguſtias tui cor
dis domine ieſu certiſſime indicabat ſudor
ille ſanguineus pro nobis effuſus:qui ora-
tionis tempore abundanter de carne tua ſā
ctiſſima decurrebat in terram:Ut igiť amo
ris erga te ⁊ gratitudinis ſtimulos habea-
mus verā ⁊ naturalē carnis infirmitatē his
indicijs in te expreſſiſtis qbꝰ doceremur:qr
ꝟe langores noſtros portaſti ⁊ nō abſqꝫ ſen
ſu doloris vt quidā exiſtimāt paſſionū ſen
tes percurriſti. hec ille. Adde ꝙ lꝫ magnas
penas ſuſcipet pro peccatis preximoꝝ:ma
xime tamē dolorem ſuſcipiebat immenſum
pro iniurijs ⁊ blaſphemijs:quas videbat ſie
ri debere contra matrem ſuaꝫ:precipue quia
videbat ꝙ aliqui eā appellarent meretricem
aliqui figerent gladios in pectore:⁊ i oculos
hymaginis eius ⁊ huiuſmodi. Ex predictis
auctoritate ratione ſimilitudine atqꝫ ſignifi
catione vidiſti anima primum dolorem acer
biſſimū tui ſaluatoris. In quo etiam lachry
mas ſanguis ꝓ te effudit:vt ex hoc ⁊ tu ſal
tem pro ipſo lachrymas aquaruꝫ effundas
qui dicitur dolor offenſionis.

S Ecundꝰ inſuper dolor acerbiſſimꝰ
amariſſimus atqꝫ acutiſſimꝰ queꝫ
hodie ſuſcepit chriſtꝰ: diciť dolor
ſeparationis. Immenſum quidē doloreꝫ vl
tra predictuꝫ chriſtus ſuſcepit:quādo a dul-
ciſſima matre ſua ſe propter nos ſaluādos
ſeparauit. Sicut.n.dicūt deuoti tractatores
⁊ ꝯtēplatores dominice paſſionis:dulciſſi
mus dei filiꝰ die mercurij trāſacta poſtꝙ ce
nauit cū matre ſua dulciſſima i domo mar
the ⁊ Marie eadē ſequenti nocte iugiter cū
ipſa vigilauit. Cui ſingulariter totuꝫ curſum
⁊ miſterium ſue mortis ⁊ paſſionis apte re-
uelauit. Dicere namqꝫ potuit. O amantiſſi-
ma mater O virgo benedicta:qr ſequēti ma
ne receſſurus ſuꝫ a te ⁊ velut agnus inocēs
⁊ imaculatus propter humani generis ſalu-
tem a iudeis ſum mortem ⁊ crucifixionē cru
deliter ſuſcepturꝰ. Decreui vltra mētales pe
nas meas tibi omnes futuros dolores mei
corporis pandere. Qui vtiqꝫ quaſi infiniti ⁊
innumerabiles erant. Scis enim eſſe de me ꝓ
phetatum Iſay.prio.ꝙ a planta pedis vſqꝫ
ad verticeꝫ non debet in corpore meo eē ſa
nitas. hoc iccirco tibi ſtatui reuelaŕ vt cū ea
videris conſtantius te munire poſſis armis
paciētie atqꝫ ꝯſtantie. vides igitur o interne
rata mater vt a vertice icipiaꝫ hos capillos
meos pulcherrimos ⁊ nazerenos quos fer-
rum non tetigit quiqꝫ veluti fila auri appa-
rent certe craſtina die ab ipſis perfidis ⁊ ini
quis iudeis per modum triclarum i palatio
Cayphe ⁊ Pilati tota nocte trahentur ⁊ ſic
quaſi omnes euellentur q̄ euulſio tantos ge
nerabit i capite meo dolores quot capilli de
ipſo extrahentur. Et ſic extractio vnius ca-
pilli propter delicantiam ⁊ teneritudinem ca
pitis mei generabit in me inextimabilem do
lorem : quantus ergo erit dolor meus quaſi
de omnium extractione:cum hoc videris ha
beas queſo pacientiam. Uides inſuper. O

amariſſima mater caput meū delicatiſſimuȝ
nunc eſſe ſine vllo vulnere ⁊ pena: ſed heu
me craſtina die videbis ipſum mille ſpinis
marinis perforatū: ita vt cerebrū de eo egre
diatur. Et inſuper videbis ipſum vulnera-
tum cū arundinis ⁊ baculis. Et ſi ſola ſpina
⁊ ſoli baculi ictus quaſi infinitam penā da
bit in corde ⁊ capite meo: q̄to magis tot ſpi
ne totq; baculoꝝ percuſſiones. Cum hoc
videbis patientiam habeto queſo. ¶ Ui-
des etiam nunc dulciſſima mater aures me-
as que audire ſolent angelorum cantus ſi-
ne vlla pena eſſe: ſed heu craſtina die audi-
ent iugiter a iudeis crucifige crucifige hic ē
malefactor ⁊ populiq; ſeductor. ¶ Uides
ēt mater nūc oculos meos letos eē claros ⁊
imaculatos: ſed heu cras videbis eos a iude
is velatos languētes: lachrymoſos ⁊ clau-
ſos in morte: ita vt te amplius videre neque
ant. ¶ Uides ēt nūc virgo bn̄dicta genas
⁊ maxillas meas imaculatas eē ⁊ ſine pena
ſed heu cras ſuſcipient quaſi alapas infini-
tas ⁊ luto ſputoq; putrido iudeoꝝ penitus
deformabuntur: cū hec videris habeas pa
tientiā queſo. ¶ Uides inſup os meū omni
dulcedine plenū: ſed heu cras aceto ⁊ felle
amariſſimo replebit. ¶ Uides nunc ſpatu-
las ⁊ humeros meos nihil habere pene: ſed
heu portabunt cras ſuper ſe grauiſſimā cru
cem propter quā vt videbis cadam in terra
¶ Uides nūc brachia ⁊ manus meas ſine
pena eſſe: ſed heu cras brachia extenſa erūt
in cruce manuſq; eidē cruci magnis ⁊ crude
libus clauis tranſfixe. ¶ Uides nūc pedes
meos ⁊ dextrū latus ſine vllo dolore eē: ſed
heu cras videbis latꝰ pforatū lācea: pedes
magniſq; clauis cruci affixos. ¶ Uides in
ſuper barbam meā integrā eē: ſed heu cras
videbis eā fere totā depilatā. ¶ Uides nūc
totū corpus meū ſanum eſſe: ſed heu cras
videbis cū ſm Bernar. ſex millibus ſexcen-
tis ⁊ ſexagintaſex plagis ad columnam vul-
neratum. Quid plura? O mater dulciſſima
hodie me vides viuum: ſed heu cras me vi
debis in cruce capite inclinato ⁊ nimio do-
lore defunctum. Cū hec omnia videris q̄ſo
patientiam habeas. Que ſiml' omnia cum
diceret mater audiēs lugēs lachrymas emit
tebat. Que lachryme erant tot gladij: tot ia
cula: tot enſes totq; nouacl'a ſeu raſorij cor
penetrantes ipſius chriſti ⁊ ſagittātes. Qui

bus dictis mater pͥſſima dolore gladiata
quaſi loqui non valēs: extēdit brachia ſua
ſuper collū filij ſui: ⁊ ſtringens eū ſemimor
tua cecidit. Que amplexatio ⁊ ſi dulcis vi-
derēt tn̄ fuit amarior xp̄o oībꝰ paſſionibus
preſentis vite. Quoniā tūc vidit xp̄s ꝙ ani
ma virginis ſuſcipiebat in ſeipſa oēs dolo
res ſuos. ſ. in aīa ſua ⁊ iō chriſtus tunc re-
accepit omnes dolores matris per compaſ
ſionem. Reuerſa tandē poſtmodū in ſe di-
cebat. O dulciſſime filij vt quid te concepi
infelix ⁊ doloroſa mater. Ex quo ſic crude-
liter flagellari debes ⁊ mori. Si fieri poteſt
rogo te hanc ſententiā reuoces: tūc chriſtus
cū iam mane factum eſſet humiliter genu-
flexit ante matrem petens ab ea benedictio
nem ⁊ di. Quod ſic fieri neceſſe erat. Tunc
mater ingemiſcens dixit heu fili mi. Que
vnq̄ȝ mater eſſet que filiuȝ benediceret eiq;
licentiam daret vt iret ad furchas ⁊ ſuſpē-
dium. Cui filiꝰ. Dilectiſſima mater quoniā
ſic a patre meo diffinitū ē, de duobus vnuȝ
elige. Aut benedic me vt crucifigi vadā ⁊
ſic humanū genꝰ ſaluabitur: de quo nullus
per ſex milia ⁊ ſexcentū annos potuit para
diſi portam ingredi pro peccato primi paren
tis. Aut ſi non vis ꝙ crucifigar propter hoc
totum genus humanum damnabitur. Cui
virgo O fili mi quoniā nimis diligo ſalutē
humani populi idcirco ſm rōnē lȝ non ſm
ſenſualitatem contēta ſuȝ ꝙ moriaris ⁊ cru
cifigaris. Et ſi haberē mille filios: tibi ſimi-
les oēs illos vellem crucifigi vt vel ſic hu-
manū genus ſaluaretur. Quid plura? Ecce
ꝙ ego ſi neceſſe eſt ēt tecū pro humani gene
ris ſalute parata ſum crucifigi. O charitas
imenſa. O amor ineffabilis: o dilectio incō-
parabilis virginis glorioſe circa nos. Quis
ē iſte o virgo tā ribaldus: ⁊ infelix qui te nō
diligat? Quis ē qui te de cetero ampliꝰ blaſ
phemare preſumat? His dictis extenſis bra
chijs benedixit filium in omnibus membris
ſuis a capite ad pedes: ⁊ ſimiliter oīa eius
membra non ſine maximo profluuio lachry
marū dulciter oſculata eſt. Sentientes autē
Martha ⁊ Maria atq; apoſtoli magnos ſin
gultus chriſti ⁊ virginis glorioſe venerunt
ad eos. Et proſtrata Magdalena dicebat.
O magiſter bone q̄d ē hoc? quo vis ire. An
neſcis qr iudei conſiliū fecerūt vt te occidāt.
Ecce ſi vadis in hierl'm crucifigent te iu-

dei. A noli queſo ire propter amorem meum
⁊ propter amorem dulciſſime matris tue: ſed
hic ſta ad faciendum paſca nobiſcuȝ. Cui chri
ſtus. O filia benedicta magdalena ardentem
amorem tui cordis video: ſed non ſapis que
pro ſalute humani generis neceſſaria ſunt: ſci
to igitur ꝙ me oportet comedere paſca in ie-
ruſalem ex precepto patris ⁊ ibi omnia que
de me ſcripta ſunt adimplere vnumᵘ tantum
a te peto ꝙ plus ſolito meam dulciſſimaȝ ma
trem habeas cōmendatam: ⁊ ei cum ſit pau-
percula amore mei ſubuenias. Non enim ti
bi ingratus exiſtā. quibus dictis videns ꝙ nō
proficeret proſtrata cuȝ maximus lachrymis
pedes domini Jeſu perſtringens oſculata eſt
⁊ petens benedictionem a chriſto eam bene-
dixit. Hoc idem fecit Martha alieq; Marie
totumq; collegium apoſtolorum. Poſt hec
cum poſtularet mater Martha ⁊ Maria vt
eis concederet ꝙ ſecum irent in ieruſalem re-
nuit omnino di. ſolum apoſtoli mei ſi volunt
mecum venire poſſunt. Qui omnes dixerūt
eamus ⁊ moriamur cum eo. Tunc benedicēs
matri cum ſolis apoſtolis receſſit dimittens
tamen cor ſuum in pectore matris ſue: quia ſe
cundum Bernar. anima plus eſt vbi amat q̄ȝ
vbi animat. Uirgo autem quādiu poterat vi
dere filium poſt eum lachrymoſa ⁊ lamenta
bili voce clamabat di. O fili. mi. o amor meꝰ
o ſpes mea vnica. o refugium meum. O gau-
dium anime me. O dulce refrigerium corpo
ris mei quo vadis. Que omnia verba audi-
ens filius penetrabat animam ſuam: ⁊ erant
tot ſagitte eius intima ſagittantes: ſeu tot ra-
ſorij cor eius dulciſſimum radentes. Ex predi
ctis omnibus vidiſti anima ſecundū dolorem
acerbiſſimū tui ſaluatoris: quem habuit ex eiꝰ
ſeparatione a ſua matre benedicta. qui dictus
fuit dolor ſeparationis.

Ertius inſuper dolor acerbiſſimus
amariſſimus atq; acutiſſimus quē
hodie pro humani generis ſalute
chriſtus ſuſcepit dicitur dolor flagellationis.
vltra predictos dolores immenſum dolorem
etiam chriſtus habuit dum crudeliter flagellā
tus fuit: tribus enim vicibus o fidelis anima
pro te chriſtus flagellatus fuit ſeu triplex fuit
chriſti flagellatio. ¶ Prima crudelis fuit.
¶ Secūda crudelior. ¶ Tertia crudeliſſima.
¶ Prima igitur flagellatio crudelis quam

chriſtus ſuſtinuit facta fuit ei dum duceretur
ab orto vſq; ad domum Anne. poſtquam enī
chriſtus a matre diſceſſit ⁊ in ieruſalem deue
nit: ⁊ ibi in cena ſimul cum apoſtolis paſca-
lem agnum comedit: pedes diſcipulorum la-
uit: corpus ⁊ ſanguinem ſuum eiſdem apoſto
lis dedit: eiſq; ſermonem poſt cenam ſecūduȝ
Joannem plenum charitate fecit: poſtq̄ȝ eorū
diſperſionem futuram eis predixit: poſtquā
ortum tranſ torrentem cedron ingreſſus ter pa
trem exorauit. Et in tertia oratione angelum
de celo eum confortantem habuit. Ecce ꝙ tra
ditor Judas cum magno exercitu armatorum
in orto aduenit ipſumq; chriſtum oſculatus
eſt ⁊ ſalutauit di. Aue rabi: ⁊ cum ipſum chri-
ſtum Judas ſalutaſſet ⁊ chriſtus ipſe dixiſſet.
Quem queritis illiq; omnes clamaſſent ye-
ſum nazarenum: ſtatim vt dicitur Joannis.
xviij. Omnes retrorſum ceciderunt in terraȝ
poſt quod factum cum chriſtus ſponte in eo-
rum manibus propter ſalutem noſtram ſe po
nere volens dixiſſet: dixi vobis qr ego ſum.
Si ergo me queritis ſinite hos abire: ſtatim
poſt reſtitutam auriculam ſeruo pōtificis quā
ei Petrus abſciderat. Cohors vt dicitur Jo-
an. xviij. ⁊ tribunus ⁊ miniſtri iudeorum cō
prehenderunt ipſum yeſum ⁊ ligauerunt euȝ
⁊ adduxerunt eum primum ad domum Anne
qui erat ſocer Cayphe qui Cayphas pontifex
erat anni illius. Dum autem duceretur ligatus
vt dicit Joan. ab orto ad domum Anne: cogi
ta queſo anima prout dicunt deuoti tractato-
res dominice paſſionis quot percuſſiones ⁊
flagella per illam longam viam chriſtus ſuſti-
nuerit. Cū enim eſſent pedes xp̄i nudi ⁊ diſcal
ciati ⁊ huc atq; illuc ab eiſdem miniſtris du-
cerēt ⁊ traherēt: pie credendū eſt ꝙ ſepius cū
in lapides impingebat ſacrum ⁊ delicatuȝ ſan
guinem p viam effundebat. Conſidera etiam
queſo qualiter aliqui cū baculis ⁊ fuſtibꝰ ſeu
lanceis pcutiebant eius tibias: alij vulnerabāt
eius brachia eius humeros eiuſq; ſacratiſſi-
mū caput: ⁊ adeo grauiter eum in predictis le
debant ꝙ quaſi eius tenerrima ⁊ delicatiſſima
oſſa confringebant poſtquā autē cum predi-
ctis ⁊ pluribus alijs: percuſſiōibꝰ ad domum
Anne pontificis Jeſum deduxerunt: tunc vt
dicitur Joan. xviij. Anna pontifex ipȝ inter-
rogauit de doctrina ⁊ diſcipulis eius. Cui cuȝ
reſpondiſſet Jeſus. Ego palam locutus ſum
mundo ⁊ ſemper docui in ſynagoga ⁊ intē-

